









THO  
LINAC

DE EMEN

Lati

Con epist

Et index

*From [unclear]*

  
BIBLIOTHE

78

  
MAGI

per

L

II.

# THOMAE LINACRI BRITANNI

DE EMENDATA STRUCTURA

Latini sermonis, Libri VI.

Cum epistola commendatitia Philippi  
Melanchthonis.

Et indice quàm antea copiosiore &  
diligentiore.

*Fr̃m Cruiſiferorum in Puffel*



*ne J. Gregor  
pastoris in Br*

MAGDEBURGAE

per Michaelem  
Lottherum.

ANNO,  
M. D. XLIII



NICOLAUS BRYLING.  
LECTORI S. D.

ERat animus tam Græcos, quam latinos autores in  
usum studiosorum nostro prælo (quod ab integro  
instituímus) excipere, non more quorundam, qui plus  
æquo inbiant lucro. nihili curantes, an autores resti-  
tuantur, si deprauati sunt: aut si uel parum mendosi  
exacta norma corrigantur, idq; non ex proprio inge-  
nio, sed ex uetustis exemplaribus: ne lector simplex,  
quum uel unam lineolam legerit, gradum fistat. Insti-  
tuimus inquam officinam, ex qua autores tales prodia-  
unt, de quibus lector iudicium suum additurus est me-  
sera dixisse, tam ad uetusta exemplaria emendatos,  
quam optime, & summa diligentia excusos. Specimen  
autem damus in his grammaticæ institutionibus, ue-  
luti elementa prima pueris tradentes, ut ijs allecti, ea  
quæ postea prælo nostro euulgaturi sumus, maiori  
alacritate emât, utpote exacte emendata. & pulchro  
charactere exarata, necnon scholijs nouis illustrata.

Eaq; omnia in usum studiosorum: Vale,

Basilie ex officina nostra.

typographica.

011565 312

1435 52201

PHILIPPVS MELAN<sup>3</sup>

CHTHON ADOLESCENTI

Vilelmo Rifenstein Vilelmi  
filio, S. D.



LLATVS est huc Lin-  
cri uiri doctis. Liber de Syn-  
taxi Latini sermonis, quem cum  
statim auidè percurrissem, iu-  
dicaui magnopere profuturū  
esse studiosis ad emendatē, &  
uere latine loquendum, & ac-  
recte iudicandum de phrasi, & omnibus figuris lati-  
ni sermonis. Etenim non solū uulgaria præcepta trad-  
dit, quæ etiam si pueris necessaria sunt, tamen ad co-  
gnoscendam naturam sermonis nullo modo sufficiunt  
Sed etiam præter analogiam collegit exempla dissi-  
milia, in quibus uaria constructio earundem uocum  
cernitur. Et singulari prudentia significationis diuer-  
sitate, quæ sæpe fallit incautos in dissimili con-  
stru-  
ctiōe earundem uocum, ostendit. Syncategorem-  
um mirabili diligentia excussit, quæ quantū mo-  
ti habeant in uarianda significatione aliarum uo-  
homines acuti facile perspiciunt. Itaque mihi quia  
nullum uidetur in hoc genere scriptum extare per-  
ctius. Quare egi cum typographis nostris, ut qua-  
primum excuderent, & passim in omnibus scholis  
rum regionum spargerent, Nunc uerò etiam hos



præfunt scholis duxi adhortādos esse, ut hunc librum  
 adolescentibus proponāt et prælegant, sed ita, si prius  
 uulgares regulas breui compedio tradiderint. Ad has  
 postea uelim accedere hunc libellum, qui quasi ex adi-  
 ficatio est doctrinæ de constructione. Valde enim con-  
 ducit in hac parte grāmatices diligenter elaborare,  
 propterea quod neque natura sermonis cognosci po-  
 test, neq; certa loquendi ratio retineri, nisi hac parte  
 perfectè cognita. Porro quam sit necessarium in om-  
 nibus artibus, in omni uita naturam sermonis nosse, et  
 certam loquendi rationem tenere, non est obscurum.  
 Diu igitur in hoc studio detinendi sunt adolescentes,  
 & diligenter assuefaciēdi, ut et regulas reddere pos-  
 sint, & habeāt in promptu exempla autorum, si quid  
 extra analogiam dicitur. Ac pessimè de pueris me-  
 reuntur præceptores, qui aut regulas nullas tradūt, aut  
 certe statim abijciunt, & magnifice promittunt fore,  
 ut usu loquendi discantur constructiones. Nā. illi qui  
 non norunt regulam, etiam si legunt exempla in auto-  
 rum lingua, tamen loqui non satis audent, quia non  
 habent certam rationem, ad quam dirigant composi-  
 tionem uerborum. Et hoc impediti metu, raro loquuntur  
 latine. Ita nunquam hoc assequi possunt, ut que-  
 rint, facile explicare queant. Frustra autem labor  
 mis summitur in litteris, si nūquā hæc facultas, que  
 citationes animorum nostrorum, & quicquid de  
 a ignis rebus didicimus, perspicuè exponere potest,  
 attingit. Ipse uidi multos his annis, qui sentiebant se  
 ab hac



COMMENDATITIA.

**S** ab hac parte non satis instructos esse, desperantes om-  
 nem fructum studiorum, prorsus à litteris desciscere.  
 Quare publicè debebant in tales præceptores pœnæ  
 constitui, qui præcepta fastidiunt. Omnino enim dan-  
 da est opera, ut tamdiu in ipsa arte detineantur adole-  
 scentes, donec perfecti grammatici, donec Architecti  
 sermonis, et absoluti artifices euuaserint. Fortassis au-  
 tem Linacer uidebitur nonnullis delicatis alicubi plus  
 satis curiosus in rebus minutis. Ega uero hæc in gram-  
 matico subtilitatē requiro, quæ in loco usurpata exer-  
 cet & acuit iudicia adolescentium. Sciēt enim prudēs  
 præceptor, ut aliarum rerum, ita etiam harum quæ-  
 stionum modum quendam esse oportere. Voluerūt  
 ante hæc tempora grammaticistæ quidam arguti perhi-  
 beri, qui totam artem in sulsißimis & nugacißimis ca-  
 uillationibus oppresserūt, quales sunt uersoris in Do-  
 natum & similibus. Sed hi neq; modum adhibebant  
 ullum, neq; utilitatem inde aliquam uenabantur ad iu-  
 dicandum de exemplis eloquentium autorum, quos ne-  
 attingebant quidem, tantum per lusum confunde-  
 artes dialecticam in grammatica tradebant, in dial-  
 ctica grammaticam. Nam parua logicalia, quæ sic  
 cāt, nihil sunt aliud, nisi uarietates significatiōis, quæ  
 grammatici ex figuris facile dijudicant. Horum ig-  
 tur ineptias procul à scholis arcēdas esse censeo. Di-  
 lectus enim adhibendus est, quæ argutiæ profint ad  
 dicandum de sermone, quæ non profint. Et accedat  
 lectio eloquentium scriptorum debet, quos cum quæ-

loquentes audimus, facile præcepta ad eorum exempla conferre, & perspicere totam sermonis naturam possumus. Linacer ubiq; recitat exempla prudenter electa ex optimis autoribus. Et interdum aliquam subtilem interpretationem addit. Neq; hoc facit immodicè aut intèpestiuè. Sed elegit eiusmodi τεχνολογίας quæ iudicium lectoris acuiunt. Quare ualde optarim eum in scholis uersari ac legi. Et si quid mihi tribuunt isti qui præsunt ludis literarijs, adhortor eos, ut dent operam, ut hic libellus studiosis familiaris fiat. In tenui labor est, at tenuis non gloria perfecti grammatici est.

Etsi autè in ciuile est, de alieno largiri, ego tamen non sum ueritus, tibi mi Vilhelme, alienum opus dedicare, quod postquam edidit autor, publici iuris esse cœpit. Ego igitur hoc tibi consilio dedico, ut ad publicæ operis lectionem & te inuitarem, & tuo exemplo συμφορτικὰς tuos accenderem. Audio enim uos iam pulchrè callere prima præcepta grammatices, Quod ne libellum ad illa addideritis, præcipua uobis difficillima pars grammatices absoluta crit. Quam autem multa sunt argumenta grauijsima, quæ hortari debent ad hæc studia colenda, in quæ ingressi estis, tamen in primis decet uos autoritate patrum moueri, quorum sapientissimo consilio ad literas adhibiti estis. Recte enim iudicant in his studijs tetarum & uobis priuatim maxima uitæ præsidia & ornamenta proposita esse, & rempublicâ sine scientia



COMMENDATITIA.

7

entia literarum ad ministrari non posse. Itaq; dabitur  
operam, ut honestiss. uoluntati parentum morem ge-  
ratis, & sentietis uos non tantum priuatae utilitatis  
causa discere, sed etiam quasi in hanc militiam à re-  
publica conscriptos esse. Vt enim belli temporibus,  
defendenda est armis respublica, ita in pace hac do-  
mestica militia retinetur, quæ religiones, iudicia &  
uniuersam ciuilem disciplinam continet, Quoties igi-  
tur afficitis libellos uestros, cogitabitis non secus ac  
milites arma uos tractare, necessaria rei publicae. Co-  
gitabitis uos in stationem à republica accersitos esse,  
ad optimas res in uita retinendas, & uos gratissimum  
officium Deo facturos esse, si ad hanc militiam uos di-  
ligenter preparaueritis. Christum precor, ut studia  
uestra, & omnem uite cursum fortunet. Bene ua-  
le, cum toto sodalitie tuo, Vitebergæ.

Mense Febuario, Anno,

M. D. XXXI.

4 4

THOM



# THOMAE

LINACRI ANGLI DE  
emendata structura, siue de octo  
partibus, Liber primus.



**P**ARTES orationis in lin-  
gua latina publicè ab idoneis  
autoribus receptæ sunt octo,  
Nomen, Pronomen, Verbum,  
Participium, Prepositio, Ad-  
uerbium, Interiectio, Coniun-  
ctio ueteres (ut uidentur) sex  
erant contenti, qui Participium Verbo, et Interiectio-  
nem Aduerbio annumerarunt, Sed ex his octo, incli-  
nabiles flexibilesq; sunt quatuor, Nomen, Pronomen  
Verbum, & Participium. Immobiles inflexilesq; re-  
liquæ, Prepositio, Aduerbiū, Interiectio, Coniunctio.  
Accidunt inclinabilibus omnibus numerus & perso-  
na, Nomini autem, pronomini, & Participio præte-  
sus & genera. Verbo & Participio etiam tem-  
us. Vni uerbo, modus.

## DE NOMINE:

**N**omen est pars orationis, quæ casibus inflexa, si-  
gnificat aliquid sine ulla temporis aut certæ per-  
te adsignificantiæ. Nominum uariæ sunt species,  
iæ à uocibus, aliæ à rebus sumptæ, A uocibus prin-  
de, ut candidus, & deriuatum, ut candidior  
iam simplex, ut pes, & compositum, ut Bipes,  
Deriuati

Deriuati generis aliud denominatiuū est, quod uide licet à nomine ducitur, ut à lapis lapillus: aliud uerbale, quod à uerbo, ut ab amo, amator. aliud participiale, ut fugitans, appetēs, aliud aduerbiale, ut à cras crastinus. Sit & pronominale aliud, ut à noster, nostras, nisi certā adsignificet personā. A rebus sumptæ species sunt, Propriū, appellatiuū, & quod generali appellatione Adiectiuum appelles licet?

Propriū est, quod rē nō multis communē, sed uni in diuiduo propriā significat, ut Maro, Roma, Tiberis, Caucasus, Brittania. Huius quatuor sunt genera, sic Prisciano distimcta. Prænomen, quod uel differētiæ causa præponitur, uel ueteri ritu, quod Romani posteaq; Sabinos ascuiissent in ciuitatē eorū nomina suis præposuerūt, inuicemq; Sabini ipsorū. Talia erāt Aulus & Pub. & Marcus, multaq; alia, quæ non ante pueris, q̄ uirilem togā summerent, puellis, q̄ nuberēt, Tito Probo autore sunt imposta. Nomen, quod suū cuiq; est, ut Paulus, Tull. Cognomen, quod cognationis est, commune, ut Scipio, Gracchus, Fabius. Hoc tamē pluribus dici possit, abusiue dici propriū uideri potest. Agnomē, quod ab aliquo euentu est impositū, ut Africanus, Isauric. Germacicus. Diomedii nomen est, quod Prisciano cognomen, et contra. Ait enim, Nomē proprie est gentilitiū, id est, quod originē gentis uel familie declarat, ut Portius, Cornelius, Iulius Cognomen quod uniuersuiuscūq; propriū est, & nominibus gentilitijs subiungitur, ut Cato, Scipio, Cæsar. Ego (quod

Denominatiuum.  
Verbale.  
Participiale.  
Aduerbiale.  
Pronomiale.  
Propriū.  
Appellatiuum.  
Adiectiuum.  
Propriū.  
quod  
Pr  
Pr  
Pr

N

C



sciã) apud eruditi seculi scriptores agnomen nõ legi, sed pro eo cognomen, ut Sal. Masinissa rex Numidarũ in amicitiam receptus à Pub. Scipione, cui postea Africano cognomẽ ex uirtute fuit, multa et præclara rei militaris facinora fecerat. Et Cicer. de senectute. Teq; nõ cognomentũ solũ Athenis deportasse, sed humanitatẽ et prudẽtiã intelligo. Var. de Rerust. Nã eo prælio hostes ita fudit ac fugauit, ut eo Nerva pretor imperator sit appellatus, & auus cognomẽ inuenerit, ut diceretur Schorpha. Vergi. Cui nũc cognomẽ Iulo. Vbi tamẽ Ser. cognomẽ pro agnomine positũ censet.

Appellatiuum est, quod rem multis communẽ significat, ut animal, homo, candor, color. Appellatiuorũ uim obtinent & adiectiuorũ neutra, ut in illo Sallust. Quibus diuiciæ bono & honesto potiores erant. Et Vergilius, Dulce satis humor Et eiusdem, Triste lupus stabulis.

Item Quid & Quod, ut Terent. Quid illic rerum gerit? Idẽ Quid hic tibi negotij est? Cicero ad Att. Ego & Pub. Lupum & Caium Coponiũ prætores misi, et se uobis coniungerent, & militum quod haberent à uos deducerent. Et quodcunq; ut idẽ, Vos hortor, et quodcunq; militũ cõtrahere poteritis, contrahatis.

Nominum uim obtinent, siue appellatiuorũ siue alius cuiusquam generis malis: interim et infiniti uerborum modi, ut Scire in illo, Scire tuum nihil est. Intem infiniti sensus. Voco autem Infiniti sensum, infinitum ipsum cum suo accusatiuo, ut in hoc sermone, Apparet



paret hunc esse seruū domini pauperis miseriq; pars  
 illa, Hunc esse seruum domini pauperis. Simili modo  
 & in quos infiniti sensus soluitur, ut in eo, Martialis.  
 Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi: illud, Quod  
 nulla puella scribit tibi. Scire tamen licet tū hæc infi-  
 nita uerba, quæ nominum uice funguntur, tū sensus in  
 quos soluuntur, usitatius uel in recto usurpari, ut in iā  
 dicto exemplo, Scire tuū nihil est, uel in accusatio, ut  
 in hemistichio quod sequitur, Nisi te scire hoc sciat al-  
 ter, et in illo Cæsaris, Damnātū pœna sequi oportebat  
 ut igni cremaretur. Rarius in ablatiuo. Salu. Audito  
 regem in Siciliam tendere. Plin. Testato quoniam po-  
 tū in ursinam rabiem agat. Item in genitiuo. Plin. Flo-  
 res odoresq; de die in diem gignit, magna ut palam  
 est admonitione hominum, quæ spectatissime floreat,  
 celerrime marcescere. Videtur enim illud, celerrime  
 marcescere quæ etc. in gignendi casu positum pro  
 τὰ χίσα ἀναίρεσις. Ex appellatiuis collectiuum est  
 quod singulari numero aliquā multitudinē significat,  
 ut populus, gens, turba, quibus contrariā natura  
 habent quæ in multitudinis numero rem unicam signifi-  
 cant, ut Athenæ, mœnia in nominato hætenus gener-  
 adiectiuū nomen in uniuersum id uoco, quod sine al-  
 tero cui adhareat, cōsistere in oratione nō potest. Eiu-  
 uariæ sunt species, quas strictim hic persequemur. Sū-  
 igitur aliæ affirmatæ affectionis uel negatæ, quæ pro-  
 prie adiectiua dicuntur, ut albus, par, dodrantalis  
 centū, Romanus, cæcus imprudens. Accipiatur enim  
 breuitatis

brevitatis causa affectionis uocabulū latius hoc loco  
 Aliæ quæ de tali affectione quærent, quæ interrogati  
 ua dicuntur, ut qualis, quantus, quot, cuius. Sunt &  
 quæ neutris horum (mea sententia) connumerari que-  
 ant, quæ Syncategoremata dicās, cuiusmodi sunt par-  
 titiua, particularia, & uniuersalia.

Synkategore-  
 mata  
 quæ:  
 Adiectiuū  
 aduen-  
 tiuū

Adiectiuū proprie dictū, aliud commune est, quod  
 affectionem multis communem significat, nec potest  
 ut (dictū est) per se citra propriū uel appellatiuū in  
 oratione consistere. ut albus, ba, bum. Aliud propriū,  
 quod affectionē uni in diuiduo propriā significat, ut  
 Graduus, Marti, Enosigeus, Neptuno: Quirinus, Ro-  
 mulo. Sunt et quæ inter iā dicta genera, id est, appella-  
 tiua et adiectiua mediā obtinent naturam, quæ Ambi-  
 gua uocant, ut rex, ciuis, consul, pater, seruus, histrio,  
 & uerbalia in tor et trix finita. Quippe quæ modo  
 appellatiua sunt quoties nimirū uel per se subsistunt  
 uel alia sustinēt, ut in illo Ter. Regē elegantē narras.  
 Et Ouid. Victus meretricis amore, Modo adiectiua,  
 quoties uidelicet alteri innitūtur, ut in illo Ver. Hinc  
 populū late regē belloq; superbū. Idē in Mo. Excubi-  
 orq; diē cātu prædixerat ales. Mar. Nec odit explo-  
 ratores nubila massa focos. Cic. Cum ex persona mihi  
 erdere oculi hominis histriōnis uiderētur. Et Hor. Ve-  
 rū ita risores, ita cōmendare dicaces. Cōueniet Saty-  
 ros. Et Luc. Vitrices uiscera dextra. Cic. ad Att. Quo-  
 tū die Casij uitrices literæ in sanatu recitate sunt  
 Interrogatiuum est, per quod de re quapiam, quæ  
 rimus



rimus. Est autem duplex, aliud substantiæ per quod de proprio, appellatiuo uel demonstratiuo pronõie quæritur, ut quis uter, nunquis, ecquis pro num aliquis. Aliud accidētis, per quod de adiectiuo queritur. Hoc autē multiplex est. Nam aliud de qualitate querit, ut qualis: Aliud de magnitudine, ut quantus aliud de numero, ut quot: aliud de ordine, ut quotus: aliud de possessore, ut cuius, cuius, cuium: aliud de patria secta ue, ut cuias: aliud de modo rationeue, ut cuiusmodi: aliud de uno multiplicato, ut quotuplus, et aliter quotuplex aliud distributiuum dici potest, ut quotenus. Cicer. ad Atticum, In ripa nescio quotenorum iugerum, quam hic pro quot & infiniti accipitur, ut mox apparet: aliud de annorum numero quærit, ut quotennis. Hæc uero, sicut oia fere, quibus aliquid interrogamus, siue nomina sint, siue aduerbia, interdū nihil querunt: sed aut cum suo uerbo, uerbis alijs subiiciuntur, et eorum transitū excipiunt, fiuntq; infinita, ut, Scio quid conere. Dic quid uelis. Voceturq; ideo (si libet) quo ab alijs, de quibus a gendum est, discernantur. Infinita subiuncta. Aut nos ad aliquid notum, uel certe in oratione prius positum remittunt, efficiunturq; relatiua, olim prouocabula dicta. Referuntur autem relatiua hæc ad ea, de quibus, quum interrogatiua sunt, quærent. Quæ substantiæ relatiua sunt, ad appellatiua propria, & demonstratiua pronomina, ut homo, uel Socrates, uel iste qui ad nos uenit. Nam quis, cum relatiuū fit, amittit. Quæ accidētis sunt, ad sui generis adiectiua

Interrogati  
uū duplex

uū  
uū



14. DE EMEND. STR VCT

Quantus  
Quot:

Quotus:  
Quoteni:  
Quotuplus

Quotu-  
ex:  
quoten-

notinus  
tin-

ieftiua. Quantus ad magnus, paruus, bicubitus, bi-  
pedalis, Statua magna, quanta erat Rhodi. Quot ad  
duo, tria, quatuor. Quotus ad primus, secundus, ter-  
tius, ut, uenerat tertius, quotus tu. Quoteni, ad bini ter-  
ni, quaterni. Quotuplus, ad duplus, triplus, quadru-  
plus. Quotuplex, ad duplex, triplex, quadruplex,  
Quotennis, ad biennis, triennis, quadriennis, Item ad  
bimus, trimus, quadrimus, quibus ad numerari posse  
uidentur, annotinus, ornotinus, præterea annuus et an-  
niculus. Plin. Vetustas oleo tediū affert, non, item et ui-  
no, plurimumq; ætatis annuo est. Idem de Capris, Con-  
cipiunt nouembri mense, ut martio pariant turgescen-  
tibus uirgultis, aliquādo annicula semper bimæ, in tri-  
matu in utiles. Idem, Ergo plantaria instituūt, annicu-  
lasq; transferunt, et iterū bimas. Ad cuius, ia, ium, tum  
pronomina possessiua, meus, tuus, tū nominiū genitiui,  
ut Melibæi, Aegonis. Caper Aegonis cuius est uitula,

Redditiuum est, quod relatiua ipsa uel præcedit,  
uel sequitur, ut, Talis erat Hermolaus, qualis erat  
Theodorus. Quot homines tot sententiæ. Sunt autem  
numero hæc, talis tantus, tot, huiusmodi, eiusmodi, isti-  
usmodi, & ad quotus, totidem, ut Plinius in II, Mu-  
cium iecusculis fibræ, ad numerum lune dierū in men-  
se congruere dicuntur, tot idemq; inueniri, quotum lu-  
men eius sit. Cæterum reddituiua, quoties indicantes  
quippiam his utimur, demonstratiua sunt, ueluti si  
quempiam digito demonstrans, dicam, Talis erat The-  
odorus, aut non tanti æstimo, indicans capillum. Sepe  
etiā

etiā admirantes his utimur, ut in illo, Tantæ molis  
erat Romanam condere gentem.

Posseſſiuum nomen eſt, quod aliquid ſignificat ue  
luti poſſidentis, uel eius ad quod ſpectat quippiam, ut Poſſeſſiuū:  
Euandrius, paternus, herilis.

Materiale eſt, quod aliquid ueluti ex materia ſig  
nificat, ut ſaginus, ilignus, abiegnus, columnus, lapide  
us, teſtaceus, aureus. Materiale:

Locale ſiue adiectiuū genus, quod Græci οἰκωμα  
τικόν uocant, eſt quod aliquid ut ex loco ſignificat,  
ueluti hortēſis, marinus, maritimus, mōtanus, cœleſtis, Local-

Patrium nomen eſt, quod aliquid ex patria ſigniſi  
cat, ut Eboracēſis, Romanus. Eſt enī patria, ut Nonius  
Marcel. cenſet, urbs uel ciuitas parentum: Ita q; Ver  
gilium nouē illud præuuliſſe ait, Qui ſanguine uobis  
hanc patriam peperere ſuo: quum de Latio id dicat.

Gentile eſt, quod aliquid ut ex gente uel natione ſig  
nificat, ut Græcus Latinus, Britannus, Cyprius. Illa  
enim Hiſpanienſis, Sicilienſis, Romanenſis, Corinthi  
enſis οἰκωματικά, potius quam gentilia dixeris  
quū non tam aliquid his gentibus ortum, quam in ſi  
uerſatum ſignificent, ut Hiſpanienſis negociator, Ge  
exercitus, licet genere ſint Romani,

Numerale varias habet ſpecies. Eſt enim Car  
dinale, quod numerum absolute ſignificat, ut unus  
duo, tres: et Ordinale, quod numerum in ordine, ue  
ut apte Laurentius præcipit, quod ultimum eius nu  
meri ſignificat, ut primus, ſecundus, tertius. Et diu  
ſiuum



suum siue distributiuum, Græci διαζευκτορ uocant, quod singulis multorum eundem numerū distribuit, ut singuli, bini, terni, quaterni, ut non immerito oratoribus in multitudinis numero eorum ferè sit usus. Plinius de ceruis, Octonis mensibus ferunt partus. Idem de canibus, Gerunt in uteris sexagenis diebus. Et de equis, Partum in eo genere undenis mensibus ferunt, gignant duodecimo. Et de iisdem, Viuunt annis quinquagenis. Rarius singularium, ut idem in decimo septimo, Traduces gallica cultura binis utrinque lateribus, si pars quadrageno distet spacio: quaternis, si uiceno inter se obuij miscentur. Idem uicesimo quinto, Altera maior folijs laterū modo inclusa, quia septena est, Idē. XXVI, septuagena coitu durare ad libidinem tactu herbae, cuius nomē speciemque non ponit. Sunt et quæ diuersæ rei, quam appellatiui quod cū his construitur, numerū indicēt in riuo terminata, ut ternarius, quaternarius, quinarius. Lapis centenarius, qui est centum librarum. Homo centenarius, qui est centū annorū. Grex centenarius, qui est centū capitū. Cohors quadrigētaria, quæ est CCCC militū. Sunt et quæ unum in se multiplicatū significant, ut duplicum, triplum, quadruplum, quæ ad numerum uel ponuntur, proprie referri Prisciano placet.

Partituum est, quod uel multa singillatim, uel unum ut ex multis significat. Multa singillatim, ut unusquisque, quisque, uterque, neuter. Vnum ut ex multis, ut alter, alius, cætera & reliquus.

Vniuersale



Vniuersale nomen est, quod totam naturam eius cui additur uerbo subijcit, ut omnis, cunctus, nemo, nullus, nihil. Idem faciūt aliquando & infinita ea, quæ ex simplicibus interrogatiuis sūt, uel geminatis, ut quisquis, qualisqualis, quantusquantus, quotusquotus, ut eruter, quotquot, uel adiectiōe, cunq; ut quicumque, qualiscunque, quantuscunque, quotuscunque. Vocantur autē Vniuersalia infinita. Huc quodammodo referantur uniuersus & totus. Quorum totus, ad quantitatem continuā, sicut omnis ad discretam refertur. Vniuersus pro simul totus, uel simul omnis accipitur.

Particulare nomē est, quod appellatiui, cui additur partē aliquā, nō totā eius naturā uerbo subijcit. Aliter, quod minus certam definitamq; rē exhibet, quam proprium, ut aliquis, quisquā, quispiam, uellus, quidā. Quorū postremo, rem nobis aliquo modo certam, incerte significamus, ut Terēt. Fuit olim quidam senex mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam. Idem Interea mulier quædā ab hinc trienniū, ex Andro commigrauit. Rursus, Et fingūt inter se quandā nūc fallaciam, ciuem Atticam esse hanc. Reliquis uero rem tanquā nobis etiam incertā, incerte pronūciamus. Ter. Atq; aliquis dicat, nihil promoueris, Est tamē ubi translaticie his utare, ut in distributione. Hominū quidā boni sunt, quidā mali, uel aliqui boni, aliqui mali. Cicero, Dicimus grauedinosos, quosdā, quosdā torminosos, non quia

Vniuersale.

Infinita nomina, quæ ex simplicibus interrogatiuis sūt

Vniuersus infinita.

Totus Omnis Vniuersus

Part

Aliquis Quidam

ia sint, sed quia sæpe. Diuersi ab his gñeris particu-  
laria sũt, nec nomẽ adhuc sortia, quilibet, et quiuis.

Quilibet.  
Quiuis.  
particularia  
infinita.  
Alteruter

Significant enim proprie unũ e multis, sed indiferẽ-  
ter hunc uel illũ, uocentur autem (si libet) Particula-  
ria infinita. Additur his alteruter, quod unũ simili-  
ratione ex duobus significat. Pli. nat. hist. Alterutrũ  
fore in causa, hoc est, pleniluniũ aut interlunium, nõ  
erit dubium. Lucanus, Placet alea fati alterutrũ mer-  
suram caput Ci. Quod si in alterutro peccandũ sit.

pale.  
tum.

Ex his nominis generibus, ea quæ comparationẽ  
recipere possũt, positiones, uel absoluta, uel princi-  
palia dicũtur, ut candidus, lætus. Cõparatiuo uerò,  
quæ excessũ absoluti sui, unius, pluriumue respectu  
significant, soluiq; possunt in absolutũ cũ aduerbio  
magis, ut doctior illo uel illis, id est magis doctus,  
Superlatiuo uerò quæ excessũ positionis suæ signi-  
ficant, semperq; respectu plurium quàm duorum,  
soluũtur hæc in absolutum cum aduerbio, maxime:  
ut, doctissimus poetarum, id est maxime doctus.

atiũ

atiua:

## DE GENERIBVS.

Dictũ est accidere nomini genus, casum, numerũ:  
quorum genus in sex diuiditur, masculinũ, foeminũ-  
num, neutrum, cõmune, epicœnum, dubium. Horum  
masculinũ est, q, solis maribus debetur, in ijs quæ  
sexus discriminẽ recipiunt, ut Theodorus, uir, Poëta.  
Vbi uerò sexus discriminẽ abest, q, uel masculini ge-  
neris adiectiuus uel proprius, appellatiuusue mascu-  
linis, in publico latine linguae usu coniungi solet, ut  
lapis.



Lapis, niger, qui *Fœmininum* est, quod solis debetur  
 fœminis, ubi scilicet sexus discrimē adest, ut muli-  
 er, poetris, Cornelia. In alijs, quod fœminini gene-  
 ris adiectiuis uel proprijs, appellatiuisue fœmininis  
 iūgi solet, ut petra, nigra, quæ. In quibus uerò sex-  
 us facile decernitur, si quæ uoces sunt, quæ maribus  
 pariter fœminisq; conueniant, cōmunis duū generis  
 merito sūt, ut bos, sus. At in quibus obscurior discre-  
 tio est, altero sæpe gñe utrūq; sexum cōsudit usus,  
 appellauitq; huiusmodi uoces promiscui generis,  
 Græci ἐπιχοίωπος uocāt, ut passer miluius. quæ sub  
 masculino: aquila, mustela, quæ sub fœminio, utrūq;  
 genus cōprehendūt. Sunt cōtra quæ nulla ratiōe sed  
 solo autorū arbitrio, ab alijs masculinè proferūtur  
 Ab alijs fœmininè, ideoq; dubij generis appellātur,  
 ut margo, cortex, dies, Neutrū genus est, quod nec  
 mari nec fœminæ propriū est, quodq; in cōmuni lo-  
 quēdi usu, nec mariū nec fœminarum adiectiuis ap-  
 pellatiuisue, sed sibi proprijs iungi solet, ut saxum,  
 iumentum, nigrum, quod Commune trium uel com-  
 munissimum genus est, quod uocibus, cuiusq; gene-  
 ris iungi potest, ut uelox, fœlix, potens.

Fœmininum,

Commune  
duum.Epico-  
Dubiu

Neutru

Con-  
trium

## DE CASV.

Casus si ad uocē spectes, & finē declinataram ab  
 uno nominatiuo uocū uariatū, in uno numero repe-  
 riantur plurimū quatuor, ut in secūda et tertia de-  
 clinationum formis. A nominatiuo Dñs, domini, do-  
 mino, dñm, domine. A nominatiuo Lebes, lebetis,

b 2 lebeti



20 DE EMEND. STRVCT.

lebeti, lebetem, lebete, in reliquis plurimū tres, ut à nominatiuo plurali, poetæ, poetarū, poetis, Poetas  
 A nominatiuo manus, manui, manū, manu. A nomīa  
 tiuo, dies, diei, diē, die. Sin ad res, siue personas quas  
 exhibent, longe plures, quod docti ueterū sortasse  
 uidētes, datiuo octauū, ablatiuo septimū adiecerūt,  
 sicuti alijs sortasse alios, sed quorū appellatiōes ad  
 nos non uenerunt. Nos corū duntaxat sex, quæ pub  
 lice recipiuntur, descriptiones quasdam ponemus.

ominatiuus

Nominatiuus igitur est, qui rem significat absolu  
 tē, citraq; omnē circumstantiam, ac semper uel fini  
 tis uerbis à priori iūgitur, uel ei quod eiusmodi uer  
 ba præcedit, sub eiusdē personæ ratione innititur.

us.  
 uns.

Hic, nisi propter nominatiuū multitudinis, casus nō  
 diceretur, sed rectus, sicut reliqui omnes obliqui.

rogandi  
 is.

us.

us

Genitiuus est, qui rem significat, ut cuius sit quippi  
 am, potestq; in possessiua subinde uerti, ut filius, he  
 rilis filius, ensis Euādri, Euandrius ensis. Hic & pa  
 trius, & gignēdi casus dicitur: priscis etiā interro  
 gādi casus dicebatur. Datiuus, siue dandi casus est,  
 qui id significat, cui damnū, gratificatio, missio, pa  
 ritatis uel equalitatis collatio, denique accessio fit.

Sub huius uoce aliqui octauū comprehenderūt, quē  
 tum incidere uolebāt, quū quod alias per accusati  
 uū cū præpositione usurpabant, per hūc casum pro  
 ferebant, ut in illo, It cælo clamor. Accusatiuus, qui  
 etiā incusatiuus, uel causatiuus dicitur, est, qui rem  
 significat, tum infinitis uerborum à priori, tū acti

uorum

norum transitioni accommodatam. Vocatiuus, qui Vocatiuus. fa  
 & saluatorius dicitur, est, qui uocandis appellan= lutorius  
 disue personis est accōmodus, ut Tityre. Iūgiturq; casus.  
 uocandi aduerbijs, ut heus angele, ô Hermolae, nū=  
 quam uerbo, ideoq; absolute semper consistit, quasi  
 quum aduertentiā effecerit, officio defunctus. Itaq;  
 etiā sensus in sermone uicem obtinet. Ablatiuus est, Ablatiuus  
 qui aliquid significat, tanquam in quo, cū quo, uel  
 abs quo. Itē per uel propter quod aliquid fiat. Et  
 est passiuorum personæ agenti, item precio, causæ, Latinus cas  
 & instrumento significandis accommodatus. Hic Sextus &  
 latinus & sextus, & comparatiuus dicitur. Eundē Cōparat  
 nominum, itemq; pronominum casum, aliqui septi=  
 mum dixerunt. Quando scilicet, ut Priscianus re=  
 fert, sine præpositione legitur.

DE NUMERO.

Numeri duo sunt: singularis, qui unum duntaxat Singulati  
 significat, ut pater. Huius uim habet & quæ pro no Nominū  
 minibus sumūtur, uerbainfiniti modi, ut scire, uelle. quæ por  
 & sensus quidā, ut quod legis, uel legas, ut scribas.  
 Et quæ ὄγκως Vel τεχνικώς accipiūtur. ut Tullius Plur  
 in illo. Tullius est cognomē, & Pergama in illo Per Plu  
 gama est. Plurale, multitudinis numerus est, qui mul ri qu  
 ta significat, ut partes. Huius uī meritō obtinēt duo obe  
 uel plura propria, uel appellatiua, copulatiua cō= I  
 iūctione cōnexa, ut Socrates & Plato, ignis & aer,  
 quo minus mihi figuratæ uiderentur huiusmodi cō=  
 structiones, Socrates & Plato docēt, nisi cōstructio



22 DE EMEND. STRVCT.  
nem in uocibus naturaliter spectandam scirem.  
Sed de hac re alibi fortasse plura.

DE PRONOMINE:

**P**RONOMEN est pars oratiōis, quæ inflexa casibus, Pronomen quid. indiuiduā maxime essentiam significat sine ulla quidē temporis, sed nunquam sine definitæ personæ differentia. ALITER, Pronomen est pars orationis quæ casibus inflexa, certius aliquid quā proprium nomen significat idq; ueluti demonstratum, relatiū, uel possessū, cū aliqua semper personæ differentia. Species pronominis. Species pronominis sunt quatuor, demonstratiua, relatiua, possessiua, & gentilia uel patria.

relatiua Demōstratiua pronomina sunt, quæ aliquid ueluti indicatū significant. Sunt autē numero octo, ego, tu, hic, iste, ille, is & ipse, & unū in obliquis, sui. Ex ijs, ego, loquentē tantum indicat personam. Tu, ad quam sermo dirigitur. Reliquorū tria, hic, iste, ille tertiam omnino personam demōstrant, nō tamē eandem, sed hic, presentē ei q loquitur iste, presentem ei ad quē fit sermo. Similes loci differentias demōstrant localia ab ijs declinata. Hic, isthic, hinc isthic huc isthuc. Terētius, Tu si hic sis aliter sentias. Vergetius, Per caput hoc iuro. Cicero in Antoniuū, Remoue paulisper istos gladios. Quinq; uero cū uno cōposito, idem, in relatiua transeunt, quando scilicet aliquid, quod in oratiōe præcesit, repetūt. Vnū etiam, ipse, quod alioqui discretionē quandam ab alijs personis adnotat, triū personarum significat et pro tionem



tionē representat. *Primæ*, ut in illo Vergilij, Quæq;  
 ipse miserrima uidi. *Secūda*, ut in illo Ouidij, nil mi  
 hi rescribas, attamē ipse ueni. *Tertiæ*, ut in illo Te-  
 rētij, Ipsus se fallit, haud ego. Hoc Græci epitagma  
 ticō uocant, Donatus subiectiuū, quod reliquis om-  
 nibus pronomibus subijci potest, superq; nomini-  
 bus, tū proprijs, tū appellatiuis, ut iam patebit. Et  
 pronomibus quidē, ut ipse ego cana legam tenera  
 lanugine mala. Cicero in Tusculanis, Tibi ipse pro  
 te erit maxima corona causa dicenda. Idem, Sed q̄  
 profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neq; distim-  
 ctō, neq; eleganter, neque ornatē scribere, lectionē  
 sine ulla delectatione negligo. Terentius, Atq; isthuc  
 ipsū nihil pericli est. Vergilius, Ipsi te fontes, ipsa  
 hæc arbusta uocabāt. Cic. in Tusculanis, At id ipsū  
 odiosū est, sine sensu esse. Idem, Ex tuo ipsius animo  
 coniecturam feceris. Idem. Quum uero perspicuum  
 sit, nihil posse in eo esse, q̄ ipse nō sit, quid potest es-  
 se in eo odiosum, q̄ nec careat, nec sentiat? Proprijs  
 autē & appellatiuis, ut idem, Sed uideamus Hercu-  
 lē ipsum, qui tum dolore frangebatur, quum immor-  
 talitatē ipsam morte querebat. Omnibus psonis iun-  
 gi potest, & cōpositum idem. *Primæ*, ut Cicero, At-  
 que idem contendo, cum ad naturam eximiam. & c.  
*Secundæ*, ut Terentius, Tu tamen idem has nuptias  
 perge facere, ita ut facis. *Tertiæ*, ut Virgilius, At-  
 que idem iungat uulpes. & mulgeat hircos.

Restat ex demonstratiuis unum, nempe sui, Reci-

Epitagma-  
tica.

Idem o-  
bus per  
inngi

Re.

24 DE EMEND. STRVCT.  
 procum à quibusdam dictum, quod transitum à ter-  
 tia persona in ipsam rursus reflectit, quæ ratione  
 tertiæ etiam personæ merito est, quod solum eius  
 transitum remittit. Eadem ratione & obliquos  
 duntaxat recipit, utique quod non nisi in transitu  
 personæ legitur. Sunt qui relatiuum putent, sed er-  
 rore, quum sensum à priore non desyderet.

Possesiuat

Possesiua pronomina sunt, quæ aliquid ceu possi-  
 dentis significat. Sunt autem quinque, meus, tuus, su-  
 us, noster, uester.

Pronomina  
 lia.

Gentilia uel patria pronomina sunt, quæ non so-  
 lum nationem uel patriam, sed etiam partes sectæ  
 me significat, ut nostras & uestras, quæ ideo in-  
 ter pronomina sunt posita, quod certæ personæ dif-  
 ferentiam secum afferunt.

uera Pro-  
 pium:

DE GENERE:

Genera pronominū sūt quatuor, Masculinū, foemi-  
 ninū, neutrū, & cōmune duū. Masculinū est, quod  
 uel marē demonstrat, ut ego, quum uir loquitur: uel  
 masculinis iungi solet, ut meus. Fœmininū uero, quod  
 fœminā demonstrat, ut ego, quum fœmina loquitur  
 uel quæ fœmininis iungi solet, ut mea. Neutrū est,  
 quod neutrū aliquid demonstrat, et omnibus neutris  
 iungi solet, ut illud. Cōmune duū, ut nostras uestras.

DE PERSONA.

Persona duplex est, altera sermonis, altera con-  
 structionis, de hac alibi agemus, illa triplex est.  
 Prima, quæ rem tantū loquentem demonstrat, ut  
 ego.

du.

erfo.



ego. Itaq; nihil miri si quæ uerba ad ea pertinent, quæ omnino loquela careât, prima destituuntur: huius modi sūt quorūdā actiuorū passiua, ut aratur, arātur. Indicio est, quod taliū rerū, cū per prosopopœi an singūtur loqui, nō dubitant autores etiam uerbis quæ ijs proprie debētur, primas personas tribuere,

Secunda persona est, quæ rem significat, ad quam sermo dirigitur, ut tu. Quæ ratione efficitur, ut cū omnis uocatiuus secūde sit personæ, quū quicquid uocamus, id omnino alloquamur: nō tamen contra, quicquid alloquimur, id cōtinuō uocemus. Quæ res fortasse Triphonē sefellit, qui pronomē, tu, tantū esse uocatiui casus putabat, cū ad quæ sermo dirigi non potest, ea prorsus uocatiuis careant. Eiusmodi nomina sunt interrogatiua, relatiua, infinita, parti tiua, & particularia. Nam uniuersalium quibusdā præsertim eorū, quæ sic proprie dicūtur, nescio cur uocatiuus desit, fortasse etiā nec particulariū quibusdam desit, ut in illo Verg. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. Pronomina uero eiusmodi sūt ego, & quæ tertiæ personæ sunt primitiua, In illo enim Cice. O nox illa quæ tenebras attulisti, nō tantē demonstratio aliqua, quæ propria sit pronomi nibus quā nobilitatis siue eminentiæ indicatio quædam significatur. Simile quid uidetur in illo Tibulli, Idem, si fas est, mos precor ille redi.

Tertia persona est, quæ aliquid significat, ut de quo sermo habetur. Sub hac comprehendūtur om-

Secunda per-  
sona.

Triphoz

Vocat  
quibusdā  
unuerfal.  
& particu-  
laribus tū  
nibus tū p  
nouumihu  
non deēt  
derti.

Te  
na



nia nomina etiã pronomina, & participia, præter ego & tu, & uocatiuos. Quod, à Græcis postpositiuus articulus dicitur, à Latinis, alijs prouocabulũ, alijs pronomẽ infinitum, alijs relatiuum nomen (est enim substantiæ relatiuũ) nẽpe, qui, quæ, quod, Ideo inter pronomina à Latinis grãmaticis est cõiectum, quod fortasse idcirco inter noĩa ponẽdum non censuerunt, quod & quorundã pronominum declinationẽ imitetur, & Græci articulo pro eo utantur, nec eius unius causa numerum partium augendum existimarent. Distat tamẽ à pronomine, quod nullã in se certam personæ differentiã includit, quod proprium, ut Aristarcho placet, pronõis est, sed omnibus cõiungi promiscuẽ potest, unde et Infinitum pronomẽ à ueteribus appellatum est, ad infiniti uerbi similitudinẽ quod item quum nullam personam habeat, omnibus iungi personis sine discrimine potest. Cæterũ cum multis nominibus apud ueteres appellatur, nos interim prouocabulũ qui, uel relatiuum qui distinguẽtes uidelicet ab alijs, tum substantiæ relatiuis, qualia sunt pronomina tũ accidẽtis, qualia sunt qualis, et quantus, claritatis causa uocabimus.

## DE VERBO:

Verbũ est pars orationis quæ modis & tẽporibus inflexa, esse aliquid, agere uẽ, aut pati significat aliter uerbũ est pars orationis cum tẽpore & modis significatiua. Verborũ, quod ad significationẽ spectat, tria sunt genera, actiuum, passiuum & neutrum

Qui, Quæ  
Quod:

Chus:  
pro  
cur dici

se ne-

trum<sup>e</sup> Vocis ratione duo. principale, ut edo. declinat<sup>um</sup> ut esurio. Terminatiōis ratione tria maxime, in o, & in r, et in m Significatiōis pariter et terminatiōis respectu quinque, nempe actiuum, passiuum, neutrum cōmune, & deponens. Cōstructionis ratione duo, absolutum, ut frigeo, transitiuum, ut uro.

Actiuū est quod o finitū, ab agēte in aliud ceu patiens trāsfundit actionē trāspōsitisq; patiente in nominatiuū, et agēte in ablatiuū cū à uel ab, præpositione eundē sensū nō repugnāte publico dicēdi usu passiuā uoce reddere potest. Habetq; tres siue gradus siue species, generaue dicere maui<sup>s</sup>. Alia enim passiuā interpretationem in oīpsona et numero recipiūt, ueluti ea, quorū actio in rē præditā loquela siue rationalē recipitur, uel (ut Priscianus interpretatur) quæ fateri potest id quod in se fit, ut, doces, uel docet me, doceor à te uel ab illo. Alia in tertiā dūtaxat utriusq; numeri, ut ea quorū actio in id tātū proprie transit quod loqui nō potest, doctissimus Theodorus ὁλοσβεγρητικῶν uocat, sicuti, aro agrū et agros aratur ager, arantur agri. Nauigo Tyrrenū equor, et Tyrrenū equor nauigatur à me. Poto flumē, et potō flumina, potatur flumen, et potantur flumina. Cic. Quo in genere etiā in Rep. multa peccantur. Lucan. Plus cinerū Hæmonie sulcis telluris aratur. Oui. Quot piscibus unda natatur Hec tamē in prosopopœia primas & secundas personas accipere possūt. Alia in tertiā duntaxat singulari

Actiuū quid

Actiuo specie.



gulari talē interpretationem admittunt, ut ea quorum actio in aliquid cognatæ tātum significationis transit, quo modo tertia persona quorundam, quæ alias neutra absoluta sūt, passiua interpretationē recipit, ut, *curritur stadiū*, quanquam nihil prohibet, quo minus hæc quoq; si opus sit, pluratiue proferatur. Tametsi Diomedes repugnat, sed nulla nix us ratione Cur enim nō, *currūtur stadia*, sicut *curritur stadiū* dicas? Aliter & breuius. Actiuorū triplex est ratio. Alia, quæ in treis personas transit, ut *amo, doceo me, te, illum*. Alia, quæ in tertiam dūtaxat, sed utriusq; numeri, ut, *aro campū, & campos*. Tertia, quæ in aliquid cognatæ significationis transit, modo in quid transeat, explicetur: ut, *Curro stadiū*, uiuo uitam duram, hætenusq; actiuum est.

Passiuum est, quod r̄ finitū, transpositis personis, <sup>ū quid?</sup> interpretari retro actiua uoce possis, sic, *Docemur* à preceptore, *preceptor docet nos*. Passiuorū sicuti actiuorū triplex est ordo. Vnus eorū, quæ à primo actiuorū genere ducuntur, quæ omnes personas & numeros recipiunt, ut *doceor*. Ad quem ordinē illa quoq; significationis saltē gratia referatur, *Vapulo, ueneo, fio, liceo*, quæ neutralia passiua Priscianus <sup>af</sup> uocat. Græci *αὐτοπαθητικῆ* Alius eorum quæ tertias utriusq; numeri personas habēt, ut *aratur, aratur*, quæ etiā per *prosopopœian* (ut dictum est) primas et secundas recipere possunt. Tertius eorū, quæ à tertio, quæ tertiam scere singulare recipiūt, ut *statur,*

tur, curritur, dormitur. Impersonalia ideo dicta, quòd sine patiētibus personis à fronte expressis fere legantur,

Cōmune est, quod or finitū, actiuorū, passiuorūq; significationem complectitur, ut ueneror, moror

Cōmune uerbum quide  
Neutrū quid

Neutrū est, quod o uel m finitum, nihil impatientis personam transfūdīt. Itaq; nec reciproca interpretationē passiuā recipit, nisi sicuti paulo ante dictū est. Sunt autem neutrorū uariæ species, substantiæ una, nēpe Sum, es est. Altera eorum, quæ Græci

Absoluta  
solutiua,  
sup. na.

ἐὐτοσδ' ἐτι: ἴξα dicūt, Latini absoluta, uel absolutiua, sic utiq; appellantes, quod per se sensū absoluāt.

Veteres (ut Diomedes refert) supina uocarūt. Talia sunt duplicia. Alia quibus actio ipso uerbo cōpleta significatur, ut Curro, ambulo, pluit. Qua ratione quæcūq; uerba ad quæstiones factas per ago uel facio reddūtur, cuiuscunq; alias sint generis, huiusmodi uerborū naturæ sunt: Quod sic uidelicet sola uerbi actiōe, satisfactū quæstioni uidetur, ut, Quid agis,

Inchoatiua  
uerba  
Cont  
uerba.

uel facis? amo, scribo, loquor, disco. Alia quibus Passio in ipso uerbo completa significatur, quæ ἰδρωσθη Græci uocant, ut palleo, rubeo. Talia sūt & pleraq; eorū, quæ ueteres inchoatiua uocarūt, Lau, Valla cōtinuatiua, ut Palleo, nigresco.

Deponens est, quod or finitum, uel actiui significationem obtinet. ut Tueor, cōtemplor, loquor: uel neutri, ut philosophor, labor. Absolutū uerbū quid sit, iam dictum est.

Depon  
quid.

Transitiuum



Transitiuum id dicimus, quod in aliquem casum fertur, diuersum ab eo qui ipsum præcessit, ut *Lego egeo, placeo, careo.*

Transitiuum  
uerbum quid  
Quæ uerbo  
accidant.

Verbo accidunt quatuor: tempus, modus (quæ statim) & qualitatē aliqui appellarunt) persona, numerus.

Tempus quid  
Tempus tri-  
plex:

## DE TEMPORE.

Tempus esto quod certam actionis qualitatem secundum prius et posterius demonstrat. Diuiditur Grammatico in tres partes, præsens præteritum, et futurum.

Præsens tem-  
præteritum té-

lex præ  
in in-  
fectum.

Actionis et nomine hoc loco passionē, et neutram affectionē intelligi postulo, Præsens tempus, quod & in stans Grammaticis dicitur, est quo actio nunc geri significatur, ut *scribo*, Præteritum est, quod præteritissæ actionē significat. Huius triplex est ratio: Nam aliud imperfectum dicitur, quo prius quidem aliquid significatur non tamē absolutam perfectam uel actionem esse. Aliter quo continuatio præteriti alicuius, non perfectio significatur, ut *Vergilius*, *Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido cōdebat*. Erat enim adhuc in opere. Et *Plinius* in præfatiōe, *Et ea quæ mirando non satiamur, pēdente titulo inscripsisse, ut Appelles faciebat, aut Polyeletus, tanquam inchoata semper arte & imperfecta*. Aliud perfectum, quod præteritam absolutamque significat actionē, quod idem *Plinius*, paulo infra uerbis illis ostēdit, *Tria non amplius (ut opinor) absolute traduntur inscripta, ille fecit, hoc in passiuis, cōmunibus et deponētibus duplex est, itaque etiā duplici circuitione explicatum. Alterum, quo pro*  
xime

fecit:  
perfe  
in pas

xime præteritū aliquid significatur, ut pransus sum  
 alterū quo ulterius præteritū, ut præsus fui nō enim  
 si modo pransus sis, pransus fui, cōmode dixeris Aliud  
 plusquāperfectū, quod præterijisse actionē, sed  
 respectu præteriti imperfecti, perfectiue significat, Fu-  
 turū est, quod rem in futurum gerendam significat,  
 ut nascetur pulchra Troian<sup>9</sup> origie Cæsar. Hoc p-  
 missiū modū uocarunt aliqui, quod aliquando nō  
 tā plane futurū aliquid denūciat, quā aliquid pro-  
 mittit, seu uelle quid facere ostendit, ut Vergilius,  
 Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita uersu,  
 Carmina postoris Siculi modulabor auena. Et Ou-  
 Ibinus ō Nymphæ, monstrataq; saxa petemus.

Plusquam per-  
 fectum quid;

Futurum;

Promissius &  
 modus.

Huius aliud genus facit Pōponius, nempe quod Ex-  
 actū uocat, ut uidero, abiero. Quanquā Donatus  
 talia subiunctiua pro indicatiuis posita putat, ut in  
 illis, Dictum & factum, inuenerit aliquam causam  
 quam ob rem eijciat oppido. Et alibi, At si pergis,  
 abiero ego. Inuenerit pro inueniet, & abiero pro  
 abibo. Hoc genus Græci non habent, sed utūtur pro-  
 eo participio præteriti cū futuro uerbi sum. γρησα  
 φως ἔσομαι ἐγνωκως, ἔσομαι. Aristoteles Το-  
 pic. δειξαντες ὅτι πάντι ὑπάρχῃ, καὶ ὅτι τινι  
 ὑπάρχῃ, Δειδείχότες ἔσομεθα, Quod latine  
 ut saltē huc quadret, sic interpretere, Qui aliquid  
 omni in esse monstrauit, etiā alicui in esse mōstrau-  
 rit Demosthenes θεάσεισθε ὅρ ἡρόσορ ὑμεῖς  
 ἔσφατηγνικότες πάντα ἔσοδα ὑπὲρ φιλιππῆς  
 Videturq;

Pomponius  
 Futurum &  
 actum;

Exactum futu-  
 rum quod  
 de Græci  
 pliecat



32 DE EMEND. STRVCT.

Videturq; ex præterito & futuro mixtum ut inter-  
pretatio indicat, sed & diuersorum modorum  
commune. Indicatiui, ut Vergilius,

Exactum futu-  
rum diuerso-  
rum modorū  
commune.

Suggeretela manu, non ullum dextera frustra  
Torsit in Rutilos. Terentius,

Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem  
feceris. Et interrogatiue, ut Vergilius in 9.

Vnus homo & uestris, o ciues, undiq; septus  
Aggeribus, tantas strages impune per urbem  
Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?  
Subiunctiui, ut Ouidius,

Sic ne Perdiderit, non cessat perdere lusor.

Cæcil. Plinius ad Vrsū, Ero enim securior dū legā,  
statimq; timebo cū legero. Significat enim Plane,  
ὄτε ἀνεγνωκὼς ἔσομαι. De optatiuo nō succurrit  
exemplū, eoq; minus, quod nec simplicis in hoc mo-  
do futuri facile inuenias. Id euenit propter isodyna-  
mō potētialis cū promissiuo modo, siue futuro tēpo-  
re, quorū utroq; significatur uoluntas, uel debitū,

miss.

ut in modis latius apparebit. Grocinus, ut in omni  
literarū gnē, ita in hoc quoq; curiosus, aliter tēpo-  
ra diuidere solebat. Nam præsens præteritū & fu-  
turū, singula duplicia fecit hoc modo, Præsens im-  
perfectū, ut scribo: præsens perfectū παρακείμενον

tem.  
mto.

græce dictū, ut scripsi: hactenus cum Stoicis sen-  
tiēs, ut ex Prisciano accipimus. Deinde futurū im-  
perfectū, ut scribam. Futurū exactum siue absolu-  
tum, ut scripsero. Rursus præteritum imperfectum,  
ut scribebam:

ut scribebam, perfectum, ut scripseram.

## DE MODO.

Modus latine, sicuti græcè τὸ ὄνομα, latius patere uideatur, quam id quod Græci, ἐγκλισις uocant. Itaque nec mirum est ueteres, qui sub uerbi appellatiōe, quicquid agere patine significat intelligebant, etiā participialia, uerborum modis adnumerasse, atque ea gerundi modum, ut alium fatendi, aliū imperandi appellasse, Nos cū Græcis uerbi uocabulo arctius contracto, etiam modum ad ἐγκλισις contrahimus quā ipsi sic definiunt, ut sit uoluntas, uel affectio animi per uocē significata. Vbi rectius ad significata, uel cōsignificata (mea quidē sententia) dixeris. Hūc Græci Latiniq; in quinque, ad summum sex diuiserunt. Indicatiuum, qui alias et finiendi, et interrogandi, et fatendi, et pronuntiatiuus dicitur. Imperatiuum siue imperandi, Hypotheticon, quem cū imperatiuo coniungunt. Optatiuum siue optandi. Subiunctiuum siue subiungendi. Et infinitum, quem etiā alij uerbum, infinitum, Gellius indefinitum uocat. Stoici nomen potius uerbi putarunt, nec solui (ut uidetur) in aliud sicut reliqui modi possit, nec uolūtatis ullius aut affectiōnis sit ad significatiuus, ceteros omnes Syncategoremata et Symbamata dicunt. Nobis aliū his adijcere uisum est, in quo est latini sermōis nō solum lepos, sed etiam compendium, cū quod alias per debeo, uel possum, est interpretandum, una uoce dixisse liceat, ut mox ostēdemus. Est igitur indicatiuus, qui rem ut indicatā

Gerundi modus,  
Fatendi modus,

Modus uisio,

Hypotheticon modum quem uocant

Nomibi,

Syncategoremata  
Symbamata

In uerbo quid.



## 34. DE EMEND. STRVCT.

tamue significat, ut nos patriā fugim⁹. Hūc & per  
interrogationē et dubitationē sepiſſime usurpam⁹  
ut Quis leget hæc? An in astu uenit? Hic modus om-  
nia recipit tēpora, discretis etiā uocibus, ut in ipſo  
rum temporū exemplis, pālam fecimus. Imperatiuus  
est qui rē ut imperatā iussamue significat. Huic ex  
personis, prima nō datur, quod nimirū cum impera-  
tio sine secunda nō possit, nemo sibi ut loquēti cōmo  
de imperet. Tertia tamen datur, quā in absentē im-  
perari aliquid significetur. Nusquā tamē sine secun-  
dā cōsortio, ad quā uidelicet iperatio fiat. Interdū  
per tertiā permissio tantū significatur. Vnde Per-  
missiuus modus dicitur. Ex tēporibus uero (mea qui  
dem sentētia) futurū hic modus non habet, quod ad  
gerendū aliquid, opinione saltē imperantis, semper  
fit imperatio. Itaq; etiam futuri temporis aduerbijs  
conungi omnibus suis temporibus potest, ut Scribe  
nunc, uel cras, nunquam præteritis, non enim dicas  
scribe, aut scripseris heri. Sed nec græci, propria sal-  
tē uoce futurū in hoc modo habēt. Fuitq; hæc uetus  
opinio, ut Apollonius ipse fatetur, q̄ tametsi aliter  
sentit, mihi tamē ratiōe ulla nō psuadet. Reliquorū  
temporū (id quod constat) præſens et præteritū re-  
cipit. Et præſens quidē duplici uoce, & sua, præteri-  
tū una et cū subiunct. uis cōmuni. Præſens, ut Ver-  
gil. Nudus ara. Item, Primus humum fodito, primus  
defecta cremato. Itē, Laudato in gētia rura, Exiguū  
colito. Hor. Nō satis est pulchra esse poemata dul-  
cia sunt

Imperatiuus.  
quid.

missiuus.

Futurum im-  
peratiuus de  
c.

cia sunt, te quocūq; uolent animū auditoris agūt o  
 Cur enim has uoces, quæ in to, tor, tote exeunt, futu-  
 ra esse uelint grāmatici, ipse uiderint. Ego certe nō  
 uideo, qui eas cōiunctas cū alteris uideā, quas faten-  
 tur præfētis esse, ut Propertius, Aut si es dura, nega-  
 sin es nō dura, uenito. Ver. Tytere dum redeo (bre-  
 uis est uia) pasce capellas, Et potum pastas age Ti-  
 tere, et inter agendū Occursare capro (cornu ferit  
 ille) caueto. Sed nec Porphyrio, qui iā positos uers⁹  
 enarrās, Sūto, inquit, et agūt, sint et agant signifi-  
 cāt. Nec Seruius (ut uidetur) qui super illud Vergi.

Nullus amor populis, nec fœdera sunt:

Sūto, pro sint iterpretatur, et cā formā ā tertia plu-  
 rali præfētis indicatiui deduci ait, o litera metri  
 causa adiecta. Idē Diom. facit, et Mādatiuū ā nōnul-  
 lis uocatū ait. Præteriti exēplū sit illud Cic. ad Att.  
 Sed amabo te nihil incōmodo ualetudinis tuæ fece-  
 ris. Et Mart. Dic quot⁹ es, quāti cupias cœnare, nec  
 ullū. Addideris uerbū, cœna parata tibi est. Idem,  
 Viue uelut raptō, fugitiuaq; gaudia carpe.

Mandatiu  
 modus. l

Perdiderit nullum uita reuersa diem.

Et passiua illa, quæ fatetur Pris. præteriti esse licet  
 actiua neget, Dictū sit, determinatū sit, Et Quint.  
 Institut. De pueris inter quos educabitur ille huic  
 spei destinnat⁹, idē q; de nutricibus dictū. sit. idē etiā  
 de præfētibus annis præceptū sit, ne q; cuiq; discen-  
 dū est, sero discere incipiat. Et permissiue, ut Verg.  
 Si sine pace tua, atq; inuito nomine Troes.



Italiam petiere, luant peccata, nec illos,  
Iuueris auxilio.

Quibus tamen omnibus præteriti formis, si quis penitus inspiciat, perfectio absolutioq; potius, quam actio ulla præterita significatur, ne quis non gerendum aliquid imperari putet. Ego uero & plusquamperfectum saltem permissiuè, apud nos quoque non minus quam apud Græcos legere uideo. Ut in illo Vergilij Aeneidos quarto,  
Verum anceps pugne fuerat fortuna, fuisset,  
Quem metui moritura?

theticos  
ut pota-  
cios;

Hypotheticos, qui aliter autipotactos dicitur, est quum nos una cum alijs ad aliquid subeundum submittimus. Hic primam personam multitudinis duntaxat recipit: ut, Eamus, et in media arma ruamus. Hinc nonnulla ratione latini cum imperatiuo coniungunt & quod ut gerendum semper aliqui d significat, et quod sine secunda persona adhibita non consistit. Tempora uidetur habere posse eadem, quæ imperatiuus

Optandi  
modus

Quæ optandi modo à Grammaticis tribuuntur uoces, rem ueluti optatam significant, nec refert facta ne sit, an fiat, an facienda sit (quod posteriores ueterum sefellit) incerta tamen esse ei, qui optat, omnino uidetur. Itaq; Græcis nullo tempore demitur. Sed nec Rhomanis ante Donatum, ut Priscianus in octauo refert. Is enim primus leuissima ratione inductus. præsens, & præteritum sustulit, quorum tamen usus frequentissimus est. Cuius Priscia-

nci  
pri-  
anum  
Bmatico-  
optan-  
ado præ-  
æc  
ultit

nus quum uon esset ignarus, mirum est contra tum  
 Græcos, tum Latinorum ueteres, unum Donatum se  
 qui uoluisse, nec exemplo saltem, quod ipsemet ex  
 Lucano protulit, admoneri potuisse, ubi sic inquit:  
 Dij nota secudent,  
 Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis  
 Finxerit ista Tages.

In quo quis presentis exempla non uidet? Quis  
 uerò ueterū lectioni assuetus, ut Priscianus fuit, ferē  
 omnium huiusmodi temporum usum non ubiq; aduer-  
 tat? Presentis sine signo, ut Terentius, Dij illū per-  
 dant. Et Dij te eradicent. Et cū signo. ut Vtinam sic  
 sint, qui mihi male uolunt. Cicero ad Atticū, atque  
 utnam ipse Varro incumbat in causā Imperfecti, ut  
 Terentius, Vtinam isthuc uerbum ex animo diceres  
 Perfecti: ut, Vtinam hic surdus, aut hæc muta facta  
 sit. Plusquamperfecti: ut, O utinam tunc quū Lace-  
 dæmona classe petebat, obrutus in sanis esset adulter  
 aquis. Ver. Fecissentq; utinā. De futuro sua præser-  
 tim & propria uoce magis est incertū, quanquam  
 Priscianus in illo Vergilij, Hæc Troiana tenuis fue-  
 rit fortuna secuta: uerbū fuerit, tã præteriti quam  
 futuri ait esse posse. Quare illud Hypsipiles ad Iaso-  
 nē, Credula res amor est. utinā temeraria dicar, Cri-  
 minibus falsis insimulasse uirū. Et Cicero ad Atticū  
 Est mihi præcipua causa manēdi, de qua utinam ali-  
 quando tecū loquar, cū similibus ad præsens poten-  
 tiale, quod sæpe (ut antea est dictū) futuro est isody-



Potentialis  
modus

namon, reijciendū: quæ res multis fortasse imposuit  
 q̄ idcirco putarūt eiusmodi uoces esse futuri: Potentialem uocamus, quam Græci per & p̄ coniūctionem,  
 & uerbū duplicis modi, aliās indicatiui, aliās optatiui explicant, quo minus illis modū unū statuere licuit,  
 Nobis quibus id nō obstat (quippe qui optatiui uoce tātū utimur) ratio unū modū statuēdi nō, deficit et alioqui sic faciamus oportet, nisi cōsūdere diuersissimas actiones uolumus, quales sunt huius de quo nūc agimus, et optatiui. Siquidē in altero indicatio est potentie, debiti ue, aliquādo uolūtatis. In altero tantū significatur optatio. Rursus ille p̄ interrogationē sepe usurpatur sicut etiā optatiue aliquando ut paulō ante diximus. Hic p̄ interrogationē accipi nō potest. Nec est (ut arbitror) q̄, aliquē torqueat, quo min⁹ hic duos esse modos cōcedat, propterea q̄, una sit utriusq; uox, non magis quā ubi optatiuū & subiunctiuū duos facit, quorum non minus ut clare liquet, una est uox. Hæc uero nostra sentētia cui placebit, potest, si uolet, hūc quem nouamus modum Potentialē appellare. Cui diuersa sentētia erit, siue optatiuū esse cōtendat (nam subiunctiuū esse, ut Priscianus nō recte censet, nulla ratio efficit) siue uoces quinq; temporū quæ publicē subiunctiuo tribuūtur triplici significato donet, optādi, potentie, subiunctiui (hoc autē est indicādi, certū sub altero uerbo subiecti, ut post dicetur) dūmodo significatiōis ipsius et usus admonitus, latinius loqui incipiat, me certe nō offendet

offedet. Ceterū quo melius hūc quē uolumus, quasi de facie agnoscat, exempla per singula tēpora ponemus. De praesenti huius rationis Cic. de praet. urb.

Sigs noui quid instituerit, is non oīa, quae ante acta sūt, rata esse patiatur, id est, nō debet pati rata esse ut Priscianus ipse interpretatur. Plinius de Aesopo histriōe, et filio eius, Nō sit tamē (ut uerū fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis. Vergilius.

Quicquid eris, nam te nec sperent tartara regem,  
nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,

Vbi sperēt: possūt sperare. et ueniat, potest uenire significant. Iuuenā. Expectes eadem a summo minima; poēta, pro potest expectare. Quinti. Nō expectes, ut statim gratias agat, q̄ sanatur inuitus, pro debes expectare. Colum, Nō enim dubium est Marsici, Surrentiniq; et Albani, atq; Cecubi a gri uites oīm quas terra sustinet, in nobilitate uini principes esse fœcūditas ab ijs fortassis desideretur. Huius ppetuo modi est, et quod in illa figura legitur. Ter, Nihil est quod uereare Clinia. Cic. ad Q. fra. Nihil est q̄ uereare de eius eruditōe. Idem, Quōd labores nihil est, pro debes laborare. Horatius,

Non est quod multa loquamur,

Et per interrogationem. Virgilius,

An memorem portus, Lucrinoq; addita claustra?

Idem,

Quis cladem illius noctis quis funera fando.

Explicet, aut possit lachrymis æquare dolores.

Exempla mo-  
di potentialis  
per singula tē-  
pora,



40 DE EMEND STRVCT.

Vbi simul interpretatio huius temporis est. Horat,  
 Spectatum admissi risum teneatis amici. Liuius,  
 Quis enim rem tam ueterem pro certo affirmet? Et  
 sub infinita particula. Cicero Attico, Ex eius nūcio  
 Macijq; meditabor, quo modo cum illo p loquar.  
 Quintil. Ego dubito, an id propriū potius appellē.  
 De imperfecto, ut Terētius, Diceret, quid feci, quid  
 cōmerui, aut quid peccaui pater? poterat dicere.  
 Idem, Fundam tibi nunc nimis uellem dari, ut illos  
 procul hinc cāderes, ex occulto facerēt fugam. pro  
 deberent, aut uellent facere. Vergilius,  
 Progeniem, sed enim Troiano ā sanguine duci  
 Audierat, Tyriis olim quæ ueteret arces.  
 pro deberet uertere. Et per interrogationem. Idem  
 Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat.  
 De præterito perfecto. Horatius, Illū et patris credi  
 derim sui fregisse ceruicē. Ter. in And. Vbiuis faci  
 lius passus sim, q̄ in hac re me deludier, pro possum  
 credidisse, et possū passus esse. Idem in Hecyra, De  
 niq; hercle aufugerim, potius quā redcā, si eō mihi  
 redeundū scircm. Verg. Non ego te mensis & dijs  
 accepta secūdis Transierim Rhodia, & tumidis Bu  
 maste racemis: pro possū, uel debeo transisse. Ter.  
 Vbi si paululū qd te fugerit, ego perierim, pro de  
 beo perijisse. Hora. Nō tamen hoc tribuens, dederim  
 quoq; cetera. Quint. Qualis adhuc sortasse nemo  
 fuerit, pro debet fuisse. Qua periphrasi usus est  
 Plinius ubi dicit. Pœnitētia hoc primū debet inue  
 nisse. pro

nisse: pro inuenerit. Talia sūt, Nō improbē speraue-  
 rim, cōcesserim, prope dixerim, et similia. Et p̄ inter-  
 rogationē. Iuue. Quis tulerit Grachos de seditione  
 querētes? Et infinitē. Val. Max. Itaq; Corneliā nes-  
 cio utrū felitiore dixerim, quōd talē uirū habuerit,  
 an miseriorē, q̄ amiserit. Plusquamperfectū, Ver-  
 gilius, Faces in castra tulissē, Implessēq; foros flam-  
 mis, matremq; patremq;. Cū genere extinxem, me-  
 met sup ipsa deāssēm, pro uolueram, uel debueram  
 ferre, implere, extinguere, dare. Cice. de Præt. urb.  
 Voconia lex te uidelicet delectabat. Imitatus esses  
 illū ipsum Voconiū qui hēreditatē lege sua ade-  
 mit nulli, id est, debueras imitari. Qua periphra-  
 sis est Iuue. Agmine factō Debuerant tenucs olim  
 migrare Quirites. Exempla huius tēporis in poten-  
 tiæ significatiōe raro inuenio, fortasse quōd peri-  
 phrasīs eius magis usurpetur. Cicero. ad Atticū, Sed  
 quū hęc scribebā quinto Calen. Pompeius iam Bru-  
 dusū potuerat uenisse. Videtur tamē eiusmodi esse  
 illud Ciceronis ad Aulū Cecinnam, Dicerē quæ an-  
 tea futura dixissē, ni uererer, ne ex euentu fingere  
 uiderer. Videtur enim pro potuissē dicere, accipien-  
 dū esse illud, dixissēm. Per interrogationem, exem-  
 plum auctoris modo nō succurrit. Sed tale omnino  
 inueniatur, quale sit, An te nō salutato discessissēm  
 Aut quō te inuito me cōtulissēm? In hoc modo singu-  
 laris quædā natura duorū tēporū obseruatur. Præ-  
 teriti imperfecti & præteriti plusquamperfecti, quo

Præteriti  
 pfecti et  
 quamperfecti



4. DE EMEND. STRVCT.

In potentili  
proprietat.

rū imperfecti prius duorū tēporū aduerbijs præsen-  
tis et futuri rectē cōiungitur, Nūc scriberē, Cras uel  
perendie scriberē posterius triū, præteriti, præsentis  
et futuri, Heri, uel olim scripsissē, Hodie uel nunc  
scripsissē, Cras uel posthac scripsissē. Futurum huius  
ratiōis maxime uidetur in incerto ob societatē quā  
dam, et cum futuro exacto, & cum præterito eiusdē  
modi, cū quo ut in uoce (præterquā in prima per-  
sona) ita in significatiōe fere recurrit. In illo enim  
Vergilij, Tamē hæc quoque si quis inserat, aut sero  
bibus mādēt mutata subactis. Exuerūt syestṛē ani-  
mū, uidetur uel præteriti quædā simul et futuri sub-  
esse significatio, quæ futuri est exacti, quasi ἐξδῆ-  
δύκτοτα ἔσομαι, uel potentialis præteriti huius de  
quo agimus modi, quasi ἐξδῆσάμην, ut Priscian.  
Græce interpretatur, hoc est, exuisse debent.

Subiunctiuus  
quid.

Subiunctiuus est, q̄ alteri semper uerbo, & ple-  
rumq; cōiunctioni, uel relatiuo, q̄ uel infinite par-  
ticula est subiunctus, ac significatum indicatiui max-  
ime representat. Huius futurum passiuum geminam  
periphrasin recipit. Alteram ex participio cum fu-  
turo subiunctiuui uerbi sum, ut amatus fuero. Alterā  
cū futuro indicatiui eiusdem, ut amatus ero Cicero  
ad Terentiam, Cum eo si locuta eris, intelliges. Idē  
Quum profectus erit, faciam te certiozem. Ouidi.  
Cum fuerit lectus Scyron, toruusq; Procastes.

Subiunctiuus  
quid.

Infinitus modus est, q̄ agere aut pati significat, sed  
citra oēm numeri aut personæ differentiam, quæ  
scilicet

scilicet ratione infinitus est appellatus. Huius cum quinque sunt tempora, Latina lingua duabus uocibus actiuis, quatuor eorum refert, una praesens et praeteritum imperfectum, ut amare, altera praeteritum perfectum et plusquamperfectum ut amauisse. Futurum unicum reperitur fore. Reliqua tamen actiua, tum passiua circuitioe supplet, ut amaturum esse, amandum esse, quae periphrases per genera et numeros pro ratione eorum, quibus adhaerent, uariatur in omnibus uerbis, uel amaturum uel amaturam esse, amandum uel amandam esse. Etiam per nominatiuum casum, amaturus uel amandus esse, praeter tertium passiuorum genus, in quo haec neutra tantum uoce proferuntur, cuius generis est amatum iri cum similibus quae futuris passiuorum sunt isodynamata potius quam uera futura, non tamen eorum actiua amatum ire, et similia, tantumdem ualent, quantum actiuum futurum amaturum esse. Soluuntur in hunc ferè reliquum modi Indicatiuus, ut scribis, aio uel iudico te scribere: Imperitiuus, ut salue, iubeo te saluere: Optatiuus ut uinam ualeas, opto te ualere. Potentialis, ut impleuisse potueram debueram, uel uolueram implere.

Aliter et cōpendio de modis. Modi, si uocum distinxerim spectes, quatuor tantum sunt. Primus qui in prima persona singulari actiuae uocis per o, bā, i, rā, bo, uel am finitur. Secundus qui et in secunda singulari praesentis temporis actiuae uocis per a, e, uel i, uel solas, uel etiam syllaba to adiecta desinit, ut ama uel amato, doce doceto, lege legito, audi audito. Tertius qui in prima singulari

Solutio reliquorum modorum in infinitum.



4.4 DE EMEND. STRVCT.

singulari actiue uocis, em uel am, rē, rim, sem, ro si-  
nales uoces recipit. Quartus, qui per re, uel se, in  
actiua uoce terminatur, ut amare amauisse.

- Indicatiuus: Cuiusq; horum uarijs est usus. Primi ad res indi-  
cādas narrādāsue, uocaturq; Indicatiuus, Finitiuus,  
uel pronuntiatiuus, ut, Arma uirūq; cano. Idem mo-  
Imperatiuus: dus et per interrogationē usurpatur ut, Sed uos qui  
tandē, quibus aut uenistis ab oris? Secundi ad res im-  
perandas, uocaturq; Imperatiuus, cuius supra po-  
Permissiuus  
modus: suimus exempla. Idē in tertia maxime psona aliquā  
do permitti rē significat, et Permissiuus appellatur  
Optatiuus: ut *Viuat Arturius isthic*. Tertius, aliās rebus optan-  
dis cōuenit qua ratiōe optatiuus dicitur, ut *O tantū  
libeat mecū tibi sordida rura, Atq; humiles habita  
re casas*. Alias posse, uel debere fieri aliquid ostēdit  
subiunctiuus  
modus: ut supra uarijs exemplis docuimus. Alias uelle aliqd  
ut apparet ex illo Vergilij in *Georg*. *An deus immē  
si uenias maris Respōdet enim ad illud. Urbēsne in-  
uisere Cæsar, Terrarūq; uelis curā? Estq; hactenus  
hic modus innominatus. Nos primi Potentialē uoca-  
uimus. Alias significationē indicatiui, sed altero uer-  
bo subiuncti exhibet, sicq; subiunctiuus recte dicitur.  
Priuatim hic tertius in prima multitudinis persona  
submittere se quenquā cū alijs ad aliquid gerendū  
significat, ut *Eamus*. Vocaturq; hic Græco nomine  
Hypotheticos  
Authypo-  
ctos: Hypotheticos uel authipotactos. In tertia uero præ-  
sentis et præteritorū pfecti & plusquāperfecti per-  
missiue accipitur ut ante mōstratū est, sicut in ter-  
tia præ*

tia præsentis et præteriti etiam imperatiue, ut in illo Martialis, Perdiderit nullum uita reuersa diem.

Infinitus

Quartus actionē significat citra omne personæ aut numeri discriminē, poniturq; uice nominis nonnū quam ut supra est traditū. Passiuis quoq; modorum uocibus significationes ad portionem applicentur.

## DE PERSONA.

Persona in uerbo prima est, quæ de loquente dicitur, ut lego Secunda quæ ei, ad quem fit sermo, accomodatur, ut legis Tertia quæ ei, de quo loquens agit conuenit, ut, legit.

Personæ

Numerus

## DE NUMERO:

Numerus uerbi duplex est. Singularis qui de nominibus & pronomimibus singularibus dicitur. Multitudinis, qui de pluralibus.

## DE PARTICIPIO:

Participium

Participium est pars orationis, quæ partē capit à noiē, partē à uerbo, partē ab utroq;. Capit enim à nomine genera & casus à uerbo significationē et tempus: ab utroq; numerum & personam.

Triplex participii gener

Significatio siue genus Participiorū est triplex: Actiuum, ut amans: Passiuum, ut amandus. Neutrum ut sedens, profectus. Tēpora participiorū sunt tria præsens, præteritū et futurū Actiu significationis tēpora sunt tria, præsens in ns, ut amans: Futurū in rus, ut amaturus. et in deponētibus actiuis præteritū in tus, uel in sus, ut locutus, orsus. Passiuæ significationis sunt itidē tria, præsens et futurū una uoce in  
dua

Tempora participiorum:



dus, ut amandus, præteritū in tus, uel in sus, uel xus  
 ut amatus, latus, flexus Neutorū uerō tria, presēs  
 ut sedens: futurum ut sessurus: et in neutris deponē-  
 tibus etiam præteritū, ut profectus. Huius forme ab  
 actiuis, uel neutris etiā nō deponētibus notātur quæ  
 dam. Ausus, gausus, sisus, solitus, præterea coenatus  
 & pertesus, quorum uerba ueteres Transgressiua  
 uocarunt, posteriores neutropaßiua. Talia sunt &  
 licitum, libitum, placitum, & complacitum.

Transgressiua.  
 Neutro. paßi-  
 ua.

Præfens paßi-  
 uorum parti-  
 cipium.

De præfenti paßiuo, quoniam id Grammatici ui-  
 dētur adhuc nō admittere, ueniam dabit lector, si  
 paulo pluribus agam, quō res cōtrouersa sit: Ne La-  
 tinis eiusmodi participium semel decidatur. In quo  
 mihi Laurētij autoritas (uiri de lingua Romana nō  
 minus prope dixerim meriti, quā oli de imperio  
 Romano Camillus) non paruo adiumento erit. Qui  
 participiū, hoc genus, primum cunctanter, mox pla-  
 ne admittit, ceterū cum alio genere omnino a par-  
 ticipijs diuerso confundens. Quod mihi docendum  
 quū sit, haud scio unde melius, quā ex ipsius uer-  
 bis in primo elegantiarum libro incipiam Ea sic se  
 ad uerbum habent, Nescio, inquit, an dicendū si ge-  
 rundiū esse participium præfentis temporis, more  
 Græcorū: cuius rei hoc argumentum est, quōd idem  
 est, in legēdo, & in ipso legere (quod Græci melius  
 ἐπὶ τῷ ἀναγινώσκειν) & in legēdis libris, uideli-  
 cet, qui leguntur (nam sic corripi locum corruptū,  
 cū aliter nihil probet de præfentis significatione, si  
 ue rei

ne rei administratione) In his uerbis, quis nō uidet, quod primū quasi dubitans dixit, nempe Gerundiū esse participiū præsentis tēporis, eius rei postea argumentū asserre, pergensq; mox ex nominatiuo et uocatiuo eius participijs inuētis, quod cūctāter dixerat, sine cūctatione confirmat: & obiter quid sibi uelit per rei administrationē ostēdit his uerbis, Nolūt aut Grammatici Gerundiū habere rectū casum, sed quatuor tantū obliquos. Fortasse & casu recto non caret, ut apud Lucre. atq; Vergiliū, Voluenda diēs en attulit ultro, Voluenda, nō tēpus futurū intelligit, sed rei administrationē diēs uidelicet quæ uoluitur, nō quæ uoluēda est, aut quæ uoluetur. Vnde indicatur Gerundium esse participiū presentis tēporis Iusurandū enim potest uideri eiusdē casus etiam uocatiui. Hactenus Laurēt. In his quū indicari dicat Gerundium esse participium præsentis tēporis, constat plane eum hoc tēpus esse cōfirmare. Et alioquū nō omnes (arbitror) casus et genera, et numeros gerundio tribuisset, nisi id participiū esse credidisset. Ita Laurentiū quidē præsens passiū participiū statuere, et cū gerundi confundere, ex his liquet. Nos ea primū distigui, et separata iter se genera esse doceamus. Demde id quod Laurētius per omnia genera, et casus inclinat, participiū esse, mox etiā præsentis tēporis ostendere tentemus. Iam primum constat passiū participium, siue id præsentis sit, siue futurum: nusquam significare actiue posse. At participia



lia, siue ut Laurentius nouè uocat gerundia tū acti-  
 uè accipi, tū passiue posse, ipse etiam fatetur, ut cu-  
 ius hæc sunt uerba, Cū substantiuis sociata sunt, pas-  
 siuè accipiuntur: disiuncta uero actiue, nonnunquam  
 passiue. Addit etiam quibus rē confirmet, de ijs que  
 in do & dū finiuntur, exempla. Atqui passiuū par-  
 ticipiū siue presentis sit tēporis, siue futuri, actiue  
 prorsus accipi nō potest. Ita gerundiū, quod uocat,  
 et participiū pro eodē sumi prorsus nō possunt. Præ-  
 terea hæc que actiue et passiue accipi posse ait, quū  
 ubi actiue significant, nec certū numerū personā ue-  
 habeant, et cōstructionē suorum uerborum seruent,  
 ubi passiue et absolute ponantur, nec cum proprijs,  
 appellatiuis ue in transitiuè iūgantur, q̄sea nō plu-  
 rimum differre ab ijs, quibus oia sunt cōtraria, dix-  
 erit? Eiusmodi porro sunt hæc, que nos presentis  
 participia cēsemus: quippe que certū numerū, p̄so-  
 nā, et significatum semper habeant, & nunquā sine  
 proprijs appellatiuis ue adiūctis legantur. Accedit  
 quod significatio presentis, et participij passiuī, &  
 participialis siue gerūdiij passiuī, quo minus eadem  
 putētur, omnino diuersa esse uidetur. In illo enim,  
 Vritq; uidēdo fœmina, siue intelligatur generalis  
 aliquis ablatiuus agentis p̄sonæ, ut uir, uel aliquis:  
 siue addatur, tametsi usu addi nō solet, significatur  
 tamē, dū fœmina uidetur à uiro uel ab aliquo, urit  
 illū, quod sepe usu uenit. At in illo uidēdo uiro urit  
 significatur dū uir uidetur, urit illū quod usu ueni-  
 re non

re nō experitur. Quid quōd ueteres id demū partici-  
 piale, siue gerūdi appellarūt, quo Græcorū infinitum  
 cū articulo interpretabātur, idq; per omne ſuborū ge-  
 nus, ἢ Ἰνπ' ἐνεκα, inuēdi cauſa ἐπ' τῷ δὲ ἄρ' ἢ ἐπ' τῷ  
 δὲ ἄρ' αὖ in uidēdo, & uidendo, μεταξὺ ἢ γινώσ-  
 κας inter cognoscendum. Quū participiū potius per  
 gentile ſuū participiū exponatur τὸ πῶρ, uerberās,  
 τὸ ἄρ' uerberaturus, τυφθεὶς uerberatus, τυπθό-  
 μενος uapulans uel uerberandus, eo modo quo uol-  
 uenda dies, & iusiurandum, licet parum in uſu ſub  
 hoc caſu ſit, τυφθησόμενος uerberandus ſiue uapia-  
 laturus, ſicut προσαγορευθησόμενος ſalutandus,  
 in talibus, Eo ad ſalutandum fratrem, ad ſalutandam  
 ſororē, ad ſalutandos affines. Nec eſt quōd cuiquam  
 gerundi, & participium paſſiuum idcirco idem eſſe  
 credantur, quōd eundem ſenſum per utrunq; genus  
 interpretari licet, ut Legendo noſtra, & legendis no-  
 ſtris. Inter accipiendum de commodis ſuis rationes,  
 inter accipiendas rationes. Sic enim actiuum quoq;  
 participium præſentis cum gerundi ſit idem, quū ſit  
 idem ſenſus dicentis, Legendo noſtra proficies, & le-  
 gens noſtra proficies. Et quanta quæſo ſit abſurditas  
 eiufdē poſitionis, quatuor caſus, ſingularis formæ, ſi-  
 ne numero & perſona eſſe, & uerborū ſuorum con-  
 ſtructionē ſeruare, & ab omni uerborum genere de-  
 duci poſſe, reliquos tum ſingulares, tum plurales tan-  
 tū à paſſiuis? In ſumma, Gerundi ſiue participiale per  
 o ſinitum, cum omnium Grammaticorū conſenſu, com-



munē habeat ultimam syllabam, participium esse non potest, cuius casus per o finitos eorundem Grammaticorum consensus longam eam habere contenderit, nemine in hunc diem aliter precipiente, obseruante ue. Nemo enim (arbitror) in illis, De accusatore constituēdo, in agro colendo, do, syllabam comunē esse affirmauerit, Et quod gerundi quidem diuersum omnino sit ab eo, quod Laurentius presentis participium uocat, his puto rationibus quisq; sibi psuaferit. Nūc quod ille presentis participium alicubi uocat eiusmodi participium uere esse ostendere tentemus. Primum igitur participium id esse, inde maxime intelligatur, quod in ablatiuo cōsequētē saepe legitur, ut in illo Ciceronis, Orationē latinam legēdis nostris efficies profecto pleniorē: Conuenit autē inter Grammaticos omnes, tum græcos tū Latinos, eū ablatiuū consistere sine participio nō posse. At in talibus nullum aliud reperi participiū potest. Legi autē eiusmodi ablatiuos in consequentia, declarat tum redditum illis statim uerbum cum nominatiuo diuersæ rei, ut in omnibus id genus ablatiuus fit, tum ipsa interpretatio omnium talium ablatiuorū propē cōmunis per dum, uel cū, ut in multis talibus licet perspicere. Legēdis ueteribus proficis, dum leguntur ueteres. Et participium quidē esse hinc puto liqueat. Atq; presentis esse temporis, comprobatur eadē interpretatio, ut quæ per uerbū presētis temporis fiat, nō futuri, Desfringēdo ramo, dū desfringitur. Sicut interpretatio futuri nō presentis. Vergi

tio cras enarrando tu discedis. i. Quum cras legetur  
 Quod si alicubi imperfectū prateritū resoluitur, ut De  
 fringēdo heri, uel olim ramo, fecisti iniuriā, pro dū de  
 fringebatur, cōfirmat magis nostrā sententiā, quā par  
 ticipiū præsētis tā Græcis, q̄ Latinis etiā imperfecti si  
 gnificationē una cōprehendat: Iā utrūq; & partici  
 piū, & præsētis temporis esse indubitato probat du  
 plex interpretatio, et huius qd̄ præsens uocam⁹, Græ  
 cē per præsens passiū, et Græci præsētis passiui per  
 hoc latine. Nā et illa etiā Laurentij exempla, De frin  
 gendo ramo fit iniuria domino fundi: et, Orationē la  
 tinā legendis nostris efficies pleniorē, sic Græcē ad  
 uerbum uertuntur ἐκ γυνόμενος κλάδος & ἡμετέρω  
 ἀναγινωσκομένω. Alia uariam recipiūt Græcē ad  
 uerbum interpretationē, sicut occupato iuris dicendi,  
 ἀρχολία δίκης λεγομένης, siue δικαζομένης,  
 & ἡ λέγειας, siue δικάζειας δίκην, sicut etiam  
 latine dicendi iuris, dicendi ius. Rursus inter accipi  
 endas rationes, μεταξὺ ἡ λαμβάνειας τοὺς λό  
 γους, & μεταξὺ ἡ λαμβάνειν τοὺς λόγους, sed  
 & μεταξὺ λαμβάνων τοὺς λόγους. Itidem in com  
 mittendo prelio, ἐν τῇ μάχῃ συντιθεμένη, & τῶ  
 συντιθεὶς τῇ μάχῃ, & τῶ συντιθέναι τῇ μά  
 χῃ. Et præsens Græcum Latine sic, φίλος τυπτο  
 μένος ἔλυπούμην. Amico uerberando dolebam.  
 Quod Priscianus confirmat, quum illud Homeri, οὐ  
 τις ἐμεῦ ῥῶντος ἢ ἐπὶ χθονὶ διεσκομένοιο σοὶ  
 κοίλας παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίησεν,



ita latinè uertit, Nullus me uiuo & super terram uiuendo. Præterea participium esse præsentis temporis in passiua significatione confirmat Donatus super illud Terentij, Vix sum apud me, ita animus commotus est metu, spe, gaudio, mirādo hoc tam subito, & repē tino bono. Vbi aut, mirando participium esse, & pro dum miror accipi: quæ plane præsentis est interpretatio, cuius generis passim sunt exempla. Terentius, Nisi eos qui in opere faciundo facile sumptum exercet suum. Plinius ad Pomp. Flac. Abstiniui causis agendis. Cicero ad Quint. fratrem, Sed res multis querelis de Republica interponendis transacta est. Idem ad Appium Pulchrum, Quid enim ad me nō perscriptum sit, te non solum autoritate orationis, sed etiā opera consilio, domum ueniendo, conueniendis meis, nullum onus officij cuiquam reliquū fecisse? Idem Quid tam difficile quā in plurimorū controuersijs dijudicandis ab omnibus diligis? Idem, Exercenda est memoria ediscendis ad uerbum quamplurimis & nostris scriptis et alienis. In nominatiuo raro legitur, quod eō fortasse euenit, quod quum efficere aliquādo ambiguitatem posset, præsens ne essent an futurum, per actiuum loqui autores maluerunt. Quod Ver. in illo, Olim uoluentibus annis, fecisse uidetur. Nam Hom.  $\omega\epsilon\gamma\iota\tau\lambda\omicron$   $\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\pi$   $\epsilon\mu\alpha\upsilon\tau\omega\pi$  dixit. Verum illud, uoluenta dies, nominatiuū esse dissimulari non potest, & præsentis esse temporis facile declarat tū interpretatio ipsa, ut prædictū est, tum uerbū, attulit, sequens: quod futurū id dici

id dici nō patitur. De præsens passiōrū participio  
quæ pro nostra facerent sententia, hæc habuimus.

## DE PARTICIPIALI VERBO.

**N**VNC de illo genere agamus, quod ueteres inter  
uerbi modos ( ut prædiximus ) numerarunt. Par-  
ticipiale uerbum, uel Gerundii modum, uel Supinum  
appellantes. Nam gerundium uel gerundium nulla  
uideo analogia nominatū esse. Nos potius participijs  
adnumerandum quam uerbo censemus, quum condi-  
tiones, unde maxime participium sortitum nomē est,  
huic quoq; generi pleræq; competant. Capit enim, ut  
participium, à nomine genus & casum: à uerbo agen-  
di uel patiēdi uel neutrius cuiusdā notæ significatio-  
nem. Caterū cū temporū discrimē discretis uocibus  
non recipiant, nec certos numeros & personam sicut  
participia, quo minus iusta esse participia possūt, uo-  
cētur recepto nomine participialia quidē, quod simi-  
lia participijs sunt, sicuti prouerbialia dicimus, quæ  
similia prouerbij. Participialia uero uerba, ut dis-  
cernātur à participialibus nominibus, de quibus mox.  
Horum terminationes sunt, di ut amandi: do ut aman-  
do: dum ut amandum: um ut amatum: u ut amatu.

Participialia nomina uocant participia ipsa, quo-  
ties à propria significatione, qua rem uerbi cum tem-  
pore, casu & constructione significant, sunt mutata.  
Fiūt autē ex præsens actiue uocis participialia no-  
mina, alia cōmunis generis, quoties scilicet pro uerba-  
libus in tor uel trix u surpātur, & genitiuis iungūtur



ut fugitans litium, appetēs alieni Cuius generis alibi  
 multa in constructiōe genitiui sunt posita, quibus etiā  
 adnumerentur, ut cōmunis generis, continens, pro con-  
 tinuus, diligens pro eo qui sedulam dat operam, eui-  
 dens pro manifestus, indulgēs pro eo cui indulgetur.  
 Alia neutri, ut accidens, cōtingens, antecedens, conse-  
 quens, decens, conueniens, præsens, continens pro fir-  
 mamento rationis. Alia masculina, ut oriens, occidēs,  
 profluens pro flumine, & confluens, ubi duo flumina  
 coeunt. Alia fœminina, ut continens pro terra quæ nō  
 est insula, animans, consonans, prægnaans, si modo hoc  
 à uerbo uenit: & serpens, quod modo in fœminino  
 genere legitur, ut Plinius, Nota est in punicis bellis ad  
 flumen Begradam à Regulo imperatore balistis tor-  
 mētisq; ut oppidum aliquod, expugnata serpens 120  
 pedū longitudinis modo in masculino, ut Verg. Ser-  
 pens amplexus uterq; Implicat. Ex præteritis autem  
 passiuis, cum in uoce passiua significāt actionē, ut ea  
 quæ Laurent. recenset, circumspēctus, consideratus, di-  
 fertus, cautus, tutus, ignotus, argutus, falsus, cōtentus  
 tacitus, profusus, fluxus, scitus, quæ oīa nisi sic signifi-  
 cent, participia manent. Ex futuris in rus fit partici-  
 piale nomen, quoties (ut Laur. placet) nō tēpus inuuit,  
 sed qualitatem atq; animi uoluntatē, ut in illo Senecæ  
 Nullā aut mentionem fecit cometarū, non prætermis-  
 surus si qd explorati apud illos habuisset. Et Quintil.  
 Neq; omnino huius rei meminit usquā poeta ipse, pro  
 fecto nō taciturus de tanta sua gloria. Et Cecil. Plinij  
 Puclle

Puellæ nostræ consero quinquaginta milia nummum  
 plus collaturus, nisi à uerecundia tua sola mediocrita-  
 te munusculi impetrari posse considerē, ne recuses.  
 Cui simile est illud Quint. in 10 de Terent. Varrone,  
 Plures hic libros, & doctissimos cōposuit peritissimus  
 linguae latinae, & omnis antiquitatis, & rerū Græca-  
 rū nostrarumq; plus tamen scientiæ collaturus, quam  
 eloquentiæ. A qua Laurentij interpretatiōe quatenus  
 scilicet uoluntatem animi significari his dicit, nō ual-  
 de abhorret nostra, qui illa sicut Aoristum Græcum  
 cum δὲ potentiāli particula, per debēs, uolens uel po-  
 tens, quæ omnino cum futuro societatem quandam ha-  
 bent, potius interpretanda censeā. Non taciturus, non  
 debens, uel nō uolens tacere. Non prætermittitur, nō  
 debens prætermittere. Collaturus, potens cōferre, aut  
 debens conserre. Et Martialis, Antoni Phario nil obie-  
 cturæ, Photino, id est, non potens obijcere. Et Quintil.  
 Detinet, atq; obruit ingenia meli⁹ alijs uacatura, pro  
 potentia, uel debentia uacare. Non est ab hoc loco a-  
 lienum illud monuisse, hæc, quæ societatem quandam  
 habere cum futuris dixi, generalius aliquid, quam ue-  
 re futura significare. Quod ex eo intelligi licet, quod  
 qui dicit, Omnes post occasum solis huc uenturos ex-  
 cludam, eos duntaxat qui uenient, significat, non qui  
 uolunt, debent, aut possunt uenire. Cōfirmare uidetur  
 hanc interpretationem nostram ille Martialis uersus  
 Victurus genium debet habere liber: ubi & partici-  
 piale pro interpretatione, & interpretatio pro par-



ticipiali poni posse uidetur, uicturus pro debens uiuere, & debet, habere p habiturus est. Ex futuro in dus fit participiale nomē, quoties mea sententia et simili modo est interpretandū, et græcè per ea quæ in eos finiuntur, est uertendū: ut si illud Seneca in passiua uocē sic mutes. Nullam fecit cometarum mentionē, non prætermittendā si quid explorati apud illos cōperisset: ita id interpretandū censeā, non debentem prætermitti. Et græcè ad uerbum οὐ παραλῆπτέον. Sic apud autores alia multa passim, latinè græcèq; interpretanda legas. Ter. Eijciunda hercle est hæc animi mollicies, id est, eijci debet. Et Iuuenal. Res memoranda nouis annalibus: debens memorari, uel quæ debeat memorari. Et Verg. Quid memorandū æquè Baccheia dona tulere, æquè debēs memorari, uel quod æquè debeat memorari: & græcè ad uerbum ἐκρίπτέα ἐσιρ αὐτῆ ἢ μαλακότης. Et, πράγμα διὰ μνήμης χητέον. Et τί οὕτω μνημονεύτες παρέχοι τὰ βράχυσ δῶρα. Prisciano quoq; hanc interpretationem confirmante, cuius uerba ex octauo, ubi de modis agit, hæc sunt, Amandus, da, dum, ὁ φιλητέος, ἢ φιλητέα, τὸ φιλητέον, id est, qui, uel quæ, uel quod debet amari. Ac ne quis gerūdi hæc putet. Idem in x, nomina esse testatur, ubi docet multa, tum nomina esse, tum participia. Eius uerba sunt, dicendus, ὁ λεχθησόμενος ἢ ὁ λεκτέος. legendus, ὁ αναγνωσόμενος καὶ ὁ αναγνωσέος amandus, ὁ φιληθησόμενος καὶ ὁ φιλητέος. Nec aliter latinè licet.

licet interpretari græcū nomē in eos, quā per hoc participiale, ut Luciani illud, καταπεμπτέος δὲ ὁ γανυμήδης πάλιν εἰς Ἰδῆν. Demittendus autem rursus est Ganymedes in Idam. Nec fallere quemquam debet, quod participiale hoc, eodem nonnunquam in loco & participiale esse potest, & participium, ut in illo, Ecce iterum Crispinus adest, mihi sepe uocandus ad partes, licet enim interpreteris, uel qui sepe à me uocari debet ad partes: propter uaria uitia, uel qui sepe à me uocabitur. Huius participialium generis dixerim & quod in casibus tantum nominatiuo et accusatiuo, genere dundaxat neutro per dum finitur. Quod scilicet & simili id modo, & græcè per εὐ uertitur, & latinè per debet, cum infinito passiuo, præterquàm in deponentibus & paucissimis neutris interpreteris licet, ut mox apparebit. Et differt ab illis, quòd quæ tantum passiuè usurpentur, & adiectiuorum constructione ubiq; seruent, ut in supra positis exemplis liquet: hoc tum actiuè accipi, tum passiuè potest. Et Passiuè quidem ab omni alio casu est absolutum, præterquàm datiuo, qui omnibus huius terminationis participialibus est communis, ut Cæsar, Quibus rebus quā maturrimè occurrèndū putauit. Ter. Herus si redierit, molendum mihi esse: pro moli debere, & occurri debere. Et Iuuen. Viuendum est recte tum propter plurima, tum de ijs præcipue causis, id est, uiui debet recte. Actiuè etiā uerbi sui casum recipit, porrò actiuè hoc loco latius accipi postulo, ut

Participiale  
in dum.



se ad neutra et deponentia extendit, ut recordandū est beneficij, parcendum est supplicibus, pro parci de bet supplicibus. Plin. Utendum græcis erit uocabulis.

Participiale  
in dñi recipit  
& accusatiuū  
ut Var. de re rust.  
priscis sepiſ-  
sime, cæteris;  
rarius;

Recepit autem et accusatiuū, priscis quidē sepiſsime, ut Var. de re rust. Canes potius cū dignitate acres & paucos habendum. Idem, Singulis ubi pariant, facies dum haras quadratas. Idem, In foetura dandum potius hordeaceos panes quam triticeos. Lucret. Externas quoniam pœnas in morte timendum. Ceteris rarius. Verg. Pacem Troiano ab rege petendū. Cic. ad Atti Iterandū eadem ista mihi. Caesar de bello Gal. Sequanis qui intra fines suos Ariouistū recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus esse perferendum. Cor: Celsus, Imponendum est, que sunt pueri mouendo. Quibus exēplis significatur debere haberi, debere fieri, debere dari, debere time-ri, debere peti, debere perferri, debere imponi. Decla- rat quod dicimus, quod sæpe hęc interpretatiōne pro eiusmodi participialibus positam ab auctoribus repe- rias, ut Cor. Celsus, Paulatim ergo debet omiſsis his legibus eò trāsire, ut arbitrio suo uiuat, poterat enim dici, paulatim eò transcundum est. Excepimus paulo ante ab hac interpretatiōne deponentia & quædam neutra, ut que propterea quod passiuum de se infini- tū non creant, commode per debet, et passiū infinitū interpretari nequeas, per oportet, et actiū infinitum (sicut Grāmatici faciunt) queas, idq; Græcorum ex- emplo, qui suum θετικόν quod huic de quo agimus respondet

participialia  
sum com-  
de per o-  
tet et acti  
a infinitum  
erpretari

respondet, per  $\delta\epsilon$  uel  $\chi\eta$ , explicat. Vescendū esset ho-  
mini fructibus, oporteret hominē uesci fructibus. Utē  
dū erit græcis uocabulis, oportebit, uti græcis. Recor-  
dandū est beneficij, oportet recordari beneficij. Item,  
Carendū est culpa, oportet carere culpa. Nō est gau-  
dēdū alterius incōmodis, nō oportet gaudere alterius  
incōmodis. Sis  $\epsilon$  illa, quæ accusatiuos adsciuerē, acti-  
uē soluere licet. Habendū est canes acres, oportet ha-  
bere canes acres, Quod si cui postremū hoc participi  
aliū genus, participiale potius uerbū siue gerundi mo-  
dū, siue supinū nominari placet, sicut Seruius, petēdū  
in illo. Pacem Troiano ab rege petendum, nominat,  
huic ego non admodū refragor, dummodo intelligat  
ab alijs, quæ eodem nomine à me supra sunt nuncupa-  
ta, omnino esse diuersum, cum illa pro infinito græco  
cum articulo (ut supra dictum est) ubiq; usurpentur  
hoc pro aduerbio, quod Græci  $\theta\epsilon\tau\iota\nu\delta\upsilon$  uocant, ut Va-  
dendū pro  $\beta\alpha\delta\iota\sigma\epsilon\omicron\upsilon$ , nauigandū pro  $\pi\lambda\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\omicron\upsilon$ , ue-  
scendum pro  $\sigma\iota\tau\eta\tau\epsilon\omicron\upsilon$ , petendum pro  $\alpha\iota\tau\eta\tau\epsilon\omicron\upsilon$ .

## DE PRÆPOSITIONE:

PRÆpositio est pars orationis, quæ certā eorum, qui Præpositio  
quid.  
bus additur, habitudinem, ut loci, termini, ordinis,  
causæ, uel actionis determinat. fereq; quibus coniu-  
gi solet, ijs præponitur, ut Aduenio ad urbē, redeo ab  
urbe.

## ALITER,

Præpositio est pars orationis, quæ præposita alijs  
partibus significationem earum aut complet, aut mu-  
tat, aut, minuit. Complet, ut intercipio, dc miror: Mu-  
tat,



Præpositio-  
nes quorū in-  
micro.

tat, ut aufero. Minuit, ut subrideo. Sūt quæ extra com-  
positionem usu sint receptæ numero plus minus quin-  
quaginta. Ad, apud, ante, aduersus uel aduersum, cis,  
citra, circum, circa, circiter, cōtra, ergā, extra, intra,  
inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope pro-  
pter, præter, secundum, supra, secus, trans, ultra, uer-  
sus, A, ab, abs, absq; cū, coram, de, è, ex, pro, præ, pa-  
lam, sine tenus. In, sub, super, subter, et clam et procul  
ut quibusdam placet. Harum pleræq; uariè confun-  
duntur, de quibus quæ mihi succurent, nunc subiiciā.

Ad quod mo-  
dus accipiatur

Ad motum ad aliquid significat, ut, ad te ibam.  
Item iuxta uel prope, ut Curtius, Erat, ad ripam flu-  
minis ingens arbor. Liuius, Habes hortos ad Tiberim.  
Idem, Ad Senam castra alterius consulis erant. Idem,  
Ad Capuam castra locant. Apud, ut Cicero, Decem  
fiscos ad senatorem quendam relictos. Idem, Ad M.  
Leccam te habitare uelle dixisti. Vergil. Prima quod  
ad Troiam pro charis gesserat Argis. Liu. Dum hæc  
ad Veios geruntur. Contra, ut Cic. Ne ad ea medite-  
re imparatum te offendam. Et propter, ut Propertius  
Panditur ad nullas ianua nigra preces. Aliquādo uti-  
litate quendam, uel cōtra, uel aduersus, ut in talibus  
Ad parotidas, ad tormina. Item in comparatione, ut  
nihil at uum equitatum. Teren. Sed nihil ad nosram  
hanc. Circiter. Cice. ad Quint. fratrem, Sanè frequen-  
tes fuimus omnino ad ducentos. Cæsar, Ex ijs qui ara-  
ma ferre possent, ad milia nonaginta duo. Summa om-  
niū fuerunt ad milia 368. Pro circa, Cicero ad Atti-  
cum,

eum, Tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad  
 quæ tempora te expectem, facias me certiozem uelim  
 Hircius de bello Aphri. Quum iam ad solis occasum  
 esset. Item Varro de re Rust. Nam refert in argo ad  
 quam partem cæli quisq; locus spectet: sicut ad quod  
 tempus quæq; res facillime crescat. In quo exemplo,  
 priore loco pro uersus, posteriore pro circa accipi-  
 tur. Aliter uero in talibus, ut Cæsar, Is dies erat ad  
 quintum Calend. Aprilis, Lucio Pisone, Aulo Gabino  
 Cos. Idem, Si quid uellent ad Idus Aprilis reuenteren-  
 tur. Videtur enim significari ipse quintus dies ante Ca-  
 led. & ipse dies Iduum. Innuere uidetur hæc præposi-  
 tio & breuitatem quandam, ut in eo quod dicimus,  
 Ad tempus. Ut Quintilianus, Fingere nimirum ad tem-  
 pus uidebor. Varro, Qui quum ad tempus latitasset,  
 tandem sub sponda iacens inuentus. Accipitur & pro  
 ante. Suetonius, Ad pedes stare, passus est. Et quasi pro  
 ip, Ad diem uenit, ubi defectus articuli ambiguitatē  
 facit: significat enim ipso die, uel statuto die. Pro post  
 ut Cicero ad Atticum, Aut nescio quid intersit utrum  
 illuc nunc ueniam, an ad decem annos. Item ad eun-  
 dem, Solebat me pungeri, ne Sampscerani merita in  
 patriam ad annos sexcentos maiora uiderētur quàm  
 nostra. Aliquando accessionem, uel ultra significat,  
 ut in illis, ad hæc, ad hoc, quæ pro coniunctionibus  
 multi accipiunt. Præterea iungitur actioni. Cicero,  
 Hic autem locus ad agendum amplissimus. Sunt &  
 alia significata, sed quæ facilius ex ipsis intelligentur  
 exemplis,



62 DE EMEND. STRVCT.  
exemplis, quàm interpretatione per alia uerba, qua  
lia sunt in illis, Canit ad lyram, Studet ad lucernam,  
Pinxit ad exemplar. Et illo Horat. At strepitū cytha  
re cessatum ducere curam. Et Oui. Mortua crede mi  
hi tamen ad tua uerba reuixi.

Apud

Apud, quæ hoc præcipue ab ad differt, quod post  
uerba motus non adhibetur, & tum ad locum, tum ad  
personam refertur. Et ad locum, ut Terentius, Apud  
forum, modo è Dauo audiui Ad personam, Cicero ad  
Attic. Ego quum triduo cum Pompeio & apud Pom  
peiū fuisset. Itē pro a, ut Cic. Apud maiores nostros  
factitata. Idē, Huius sententiæ grauitas à Platonis auto  
ritate repetitur. Apud quæ sepe hec oratio usurpata è

aduersus Ad  
asum.

Aduersus uel aduersum, & pro erga ponitur.  
Terentius, Et id gratum fuisse aduersum te, habeo  
gratiam. Et pro contra. Idem in Phormione, Ego te  
complures aduersus ingenium meum menses tuli, pol  
licitatem et nihil ferentem. Et pro contra uel e regio  
ne, Plinius Et Leruia aduersum Antipolim.

is Citra:

Cis, cui aduersatur uis, quæ iam exolcuit. Et ci  
tra, cui opponitur, ultra, inuicem ex se intelliguntur  
Cis tamen serè montium & fluminum nominibus iun  
gitur, ut Liuius, Cis montes castra Ligurum. Item cis  
Tiberim & cis Alpes dicimus. Citra tum iisdem qui  
bus cis iungitur, idemq; ualet. Caesar, Qui sunt, citra  
Rhenum. Tum pro sine ponitur. Quintil. Tum nec ci  
tra musicen grammaticæ potest esse perfecta. Pro in  
tra quoq; sed ut ad rem refertur, non locum. Seneca  
Edi citra cruditatem, bibi citra ebrietatem Circi

*Circiter*, & ad tempus refertur, ut Cicero ad *At* *Circiter*  
*tic*. In quibus scriptum esset te in Epirum iturum *circi*  
*ter* *Calendas* *sextiles*. *Plautus* in *Must*. *Rediſto* huc *circi*  
*citer* *meridiem*. Et ad numerum, ut *Curtius*, *Multi* eo  
*bello* *capti*, *circiter* *duo* *milia* *deſiderati*.

*Extra*, *Præpoſitioni* *intra* *opponitur*, *alteraq;* *ex* *al* *Extra*  
*tera* *intelligitur*. Nam et *foris* *eſſe* *aliquid* *ſignificat*.  
*Horat*. *Iliacos* *intra* *muros* *pugnatur* *et* *extra*, *Et* *pro*  
*præter* *legitur*. *Terent*. in *Phorm*. *Extra* *unam* *ancil*  
*lulam*. *Plinius* *de* *coron*, *Extra* *ſupra* *dictos* *ſcripſit*.  
*Theophrastus* *apud* *Græcos*.

Intra

*Intra*, *præter* *id* *quod* *aduerſatur* *extra*, *ut* *in* *Ho*  
*rat*. *exemplo*, *etiam* *quasi* *citra* *aliquid*, *uel* *non* *ultra*  
*uel* *non* *exiēs* *ſignificat*, *ut* *Cicero* *ad* *Sulpit*. *ueluti* *ci*  
*tat* *Gellius*, *Sed* *tamen* *quum* *effugi* *eius* *occaſionem*,  
*qui* *fortaſſe* *arbitraretur* *me* *hanc* *rē* *imperite* *nō* *pu*  
*tare*, *ſi* *perpetuo* *tacerem*, *modicē* *hoc* *faciam*, *aut* *eti*  
*am* *intra* *modum*. *Horatius* *Tutus* & *intra* *ſpem* *ue*  
*niæ* *cautus*. *Celsus* *in* *4*, *Sed* *interdū* *omne* *malum* *in*  
*tra* *dolorem* *eſt*, *iſq;* *modō* *tarde*, *modō* *celeriter* *ſolui*  
*tur*. *Interdum* *uſq;* *ad* *perniciē* *procedit*. *Idem* *in* *3* *Ex*  
*phreneticis* *aliq;* *hilarēs*, *aliq;* *triſtes* *sunt*, *aliq;* *facilius* *cō*  
*tinentur*, *et* *intra* *uerba* *deſipiunt*, *aliq;* *conſurgunt*, &  
*uiolenter* *quædam* *manu* *faciunt*.

Inter

*Inter*, & *pro* *in* *medio* *legitur*, *ut* *inter* *os* & *of*  
*ſam*. *Et* *pro* *in* *uicem*, *ad*, *uel* *in*, *Vergilius*, *Conuerſiq;*  
*oculos* *inter* *ſe*, *atq;* *era* *ferebant*. *Et* *pro*, *in* *ſocietate*  
*uel* *cœtu*, *uel* *in* *numero*, *ut* *inter* *uicinos*, *inter* *æqua*  
*les*,



les inter reges. Et pro, in tempore, ut inter quietū, inter pugnandū, inter coenam, Cic. Si hoc tibi inter coenam, & in illis immanibus poculis tuis accidisset. Idē Trebatio: Illuseras heri inter scyphos quod dixeram.

Ob. Ob, & propter significat. Vergilius, Cunctus ob Italiam terrarū clauditur orbis. Et ante, ut Plaut. in Mustel. Glaucoma ob oculos obijciemus. Cic. Pro Rabirio, Mors ob oculos sæpe uersata est.

Penes.  
Apud.

Penes, autore Festo, personam & dominum, ac potestatem significat. Apud uerò, personam cum loco Ouidius, Me penes est unum uasti custodia mundi. Horatius, Quem penes arbitrium est, & ius, & norma loquendi, Etiam paulò aliter, ut Fides esto penes autore. Aliquando ad locum refertur, et in Rhetor. ad Herennium, Ita petulans est, atq; acer, ut ne ad solarium quidem (ut mihi uidetur) sed penes scenam, et eiusmodi exercitatus sit locus.

Per. Per, transitum per aliquid significat, ut Terent. Per impluuium fucum factum mulieri. Referturq; ad locum et tēpus, per noctē, per trames. Aliquādo Periphrasis est solius, quasi sine alio significet. Cic. Reliqua per nos agemus. Mart. Hoc per me didici dicere, Cæsar aue. Cato in re Rust. Cōterito in mortario per se utrūq;. Aliquando causam, uel impedimentū in sinu at, ut Teren. Si fieri potest, ut ne pater per me stetiſſe credat, id est, mea causa, uel me impediēte. Cicero lib. 10 Epist. Et postquam de meo cursu reipublicæ sū uoce reuocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus

quietus fui, Itē libro primo epistol. Senatus haberi ante Calendas Febru. per legem Puppiam, id quod scis, nō potest. Aliter quoq; sumitur, ut quū in iureiurando obtestandoq; adhibetur. Ouid. Perq; nouē iuro numina nostra deas. Verg. Per caput hoc iuro. Terent. Quod ego te per hāc dexterā oro obtestorq;, Aliquādo pro, sub quodā modo accipitur, ut Liuius, Per speciem uenandi urbe egressi. Idē, Quū appropinquaret ianue rex, ut p̄ causā aliquā in angustijs sustineret à tergo agnē. Et pro in, paulo tamen aliter quā supra. Suet. in Cesare, Nam uisus erat p̄ quietē matri stuprō intulisse. Plaut. in Menech. Non potuisti per tempus magis aduenire, quam nūc aduenis, Cuius contrarium uidetur significare, post tempus. Cice. pro Quint. Ego pro te hoc consulo post tempus, & in aliena re: quoniam tu in tua re, quum tempus erat consulere es oblitus. Item pro ad, uel, in, ut Suet. At negante quodam per contumeliam facile hoc ulli fœminæ foret

Propter, & causæ effectrici inseruit, ut Vergilius, Te propter Libycæ gentes Nomadumq; tyranni. Odere in fensi, Tyrij, te propter eundem. Et prope uel iuxta significat. Idē, Propter aquæ riuū uiridi prociū bit in ulua. Idem, Athesim seu propter amœnū. Ter: Propter hunc assiste. Cicer. in Rhet. Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonem fluit. Idem in Pisonem, Mihi hic uir clarissimus, qui propter te sedet.

Propter;

Præter,

Præter, alias exceptionē, dicit, ut Horatius, Graijs ingenū. Graijs dedit ore rotūdo Musa loqui, præter e laudem



laudem nullius auaris. Alias contra significat, ut præter spem, præter opinionem, præter etatem. Teren. Adco impotenti esse animo, ut præter ciuium morem atq; legem & sui uoluntatem patris, tamen hæc habere studeat cum summo probro. Alias supra uel ultra. Plin. Præter hominem somniare, equos, canes, boves, pecora, capras, palam est. Ter. Et quia erat præter ceteras egregia forma ac liberali. Alias ante, ut Cic. in Verrinis, Præter oculos soli ferebant.

Post: Post & ad rem refertur. Vergil. Tu post carecta latebas. Et ad tempus, qua ratione illa dicta sunt postea & post illa, id est, post ea tempora & illa tempora. Etiam illa, post hominum memoriam. Cicero in Verrem, Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit. Idem pro Milone, Vnius post homines natos fortissimi uiri: id est, post id quod homines possunt meminisse, & postquam homines sunt nati.

Secundum:

Secundum, et pro iuxta uel post legitur, ut Seruius Sulpitius, Duo uulneca accipisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. Alias pro post. Cicero. Proxime autem & secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Idem ad Atticum, Secundum te nihil est mihi amicus solitudine. Idem ad eundem, Spem ostendis secundum comitia. Alias loco pro, ut, secundum te litem do, Idem ad eundem, Serranus quoque horum loco sententiam rogatus, multa secundum causam nostram disputauit. Alias pro in, ut secundum quietem. Propter, uel iuxta. Idem, Scribis tibi

in animo esse obseruare *Cæsarem*, & si secundū *māre* ad me ire cœpisset, confestim in *Sannium* ad me uenturum. Et pro *super*, ut *Salustius* *Iugurth.* Secundū ea uti de liberetis, ut ē *republica* &c. *Alias* imitationem quandam dicit, ut, secundum, *Pythagorā* uiuo. Etiam *græco* more pro *κατά* ponitur, ut secundum *Platonem*. *Quintilianus*, Ego tamen secundū cōsuetudinem sepe dixi dicamq; perfectum oratorem esse *Ciceronē*: quod genus aliqui per iuxta proferūt.

Iuxta *Platonem*, iuxta *Aristotelem*.

Iuxta.  
Supra:

Supra pro *ἐπὶ* uelūt opponitur *Infra*. *Vergilius*, *Olli Ceruleus* supra caput astitit imber. Et pro *ultra* Idem, *Raro* sit, an supra morem sit densa, requiras. Sic & uiginti supra centum dicimus.

Rursus *A*, & motum à loco significat. *Vergilius*, Et iam *Argiua* phalanx instructis nauibus ibat *A Te* <sup>At</sup> *nedo*. Et ad agentem causam refertur, ut uictus a *Scipione*: Et post accipitur. *Plin.* Virus equi à coitu statim collectum. Et pro de, ut *Ter.* *A uilla* mercenariū uidi. Sic *Paulus*, Ab *hastā Pompeia*, uel à nouo castro dicimus potius, quam de *hastā Pompeia*, uel de nouo castro. Quamquā sic quoq; loqui aliquos inuenis nec indoctos. Et uice pro. *Cic.* Ut nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamq; dementiam, a *senatu*, et à bonorū causa steterit constantius. Item pro *ἐν* sicut quantum ad uidetur interdum accipi. Idem ad *Atticum*, Sumus flagitiose, imparati quum à militibus, tum à pecunia, quam quidē omnem



non modo priuatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, quæ in erario est, illi relinquimus. Idem ad Atticum, Qui sic inopes, & ab amicis & ab existimatione sunt. Collumella, Diem deinde, quo domituram aspiceris, bonum à tempestatibus & religionibus matutinum eligito. Idem de bobus, Apeninus durissimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros: pro, quantum ad milites, pecuniam, tempestatibus aspectu, Et aliter, ut in tali sermone. Caesar, Opportuno atq; occulto loco à milibus passuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabant. Pro, intervallo duum milium passuum. Idem, Positis castris à milibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare contendunt. Et, uersus Plinius. 33, de coticulis, Quod à sole fuit, in ijs melius quàm quod à terra. pro, uersus solem & uersus terram. Et seperationem, ut, Defedo à frigore myrtos, abhorreo à bello. Aliter quoq; in illo Caesaris cum similibus, Amplitudo cornuum & figura, & species, multum à nostrorum bouum cornibus differt. Hæc studiose conquisita ab labris argento circumcludunt, pro eo quod est, à parte labrorum. Idem. Ab Decumana porta erumpere conantur. Et ministerium aliquod per circuitiorem explet, ut à manu, à studijs, à commentarijs, à libellis, à rationibus. pro ministro uel seruo qui præest studijs, commentarijs, libellis, rationibus. Suetonius, Super hos Polybium à studijs, Narcissum ab epistolis, & Palantem à rationibus, quos decreto quoq; senatus, non præmijs modo in gen-

do ingētibus, sed & prætorijs, quæstorijſq; ornamen-  
tis ornari libenter paſſus eſt. Synonyma huic ſunt, Ab <sup>Ab, Abs</sup>  
& Abs, uſu tamen omnino inter ſe differunt, ut Pri-  
ſcianus in primi Vergiliani carminis examine præci-  
cipit. Ait enim, a & abs, uocali ſequenti non adhiberi  
Ab uero non modo uocalibus ſequentibus, ſed etiã con-  
ſonantibus quibuſdam, quæ uidelicet non male ſonent  
ſi, ab, præcedat. Plautus, Da pluere ab ſummo. Idem,  
Num nam hinc ab nobis domo eſt Cæſar. in Commen-  
tarijs, Hoc conſilio probato ab ducibus. Idem, Ne id  
quidẽ Cæſar ab ſe impetrari poſſe. Cicero quoq; , Ab  
tuo & ab Cordilio ait. Abs uero præcedere q, ut abs  
quiuus homine. Et t, ut abs te. Abſq; uero pro ſine ac-  
cipitur. Terentius, Nam abſq; eo eſſet rectẽ. <sup>Abſq;</sup>

Cum, comitatum ſignificat, ut Verg. Feror exul in  
altum. Cum ſocijs, natoq; , penatibus, ac magnis dijs. <sup>Cum;</sup>  
Alibi circũſtantiã inſtrumēti qua ratiõẽ ſemp tacetur  
De, ſignificat materiã, ſiue *ωεγι* (neceſſe eſt enim  
græcis interdum uti) ut Cæſar ſcripſit de grammati- <sup>De;</sup>  
ca. Et a uel ex, ut Ter. Liceret diſcere id de me. Idem  
in Andr. Clamat de uia. Verg. Templum de marmo-  
re ponam Cic. ad Atticum, Emi domum de Cratſo.  
Plaut. in Pen. De te quidem didici hæc omnia. Cic. ad  
Atti. Poſtea Meſſala de Põpeio quæſiuit. Et Propter.  
Ter. Quantũ nos amas de fidicina hac. Et letus eſt  
de amica. Cic. in Acad. Et niſi de uia feſſus eſſet, con-  
tinuo ad uos uenturum fuiſſe. Idem, Ut primo Punico  
bello Regulus captus, cum de captiuis commutandis



Romã missus esset. Plautus Truc. Nam mihi de uento  
 misere condoluit caput. Et secundum, uel pro. Verg.  
 Namq; humeris de moreabilem suspenderat arcum  
 Item Cic. ad Atti. Id ego ita fieri uolui, de Caij Duro  
 nij sententia, quem & amicissimum Miloni perspexeram,  
 &c. Idem, Quid sentis igitur? Nihil nisi de tua  
 sententia. Et per, ut Quintil. ex Cicer. pro Murena,  
 Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas.  
 Hor. Ut iugulent homines surgunt de nocte latrones  
 Cic. ad Q. frat. Properando etiã citius quã si de nocte  
 uigilassent, perueniãt quo uelint. Aliter quoq; accipitur,  
 & quasi pro quantum ad, uel quod ad, ut Cic. ad Terentiã,  
 De familia quo modo placuisse amici scribis,  
 faciemus, id est, quod ad familiã attinet, Tere. De  
 uxore ita ut possedi nihil mutat Chremes. Et pro post  
 ut Cesar, Cum de tertia uigilia Petreius & Afranius  
 castra mouissent. Idem, De media nocte missus equitatus.  
 Idem, Reliquos de media nocte proficisci iubet

**E. Ex:** E & ex ad materiam referuntur. Verg. In foribus  
 pugnam ex auro solidog; elephanto Gangaridum faciã.  
 Et post, uel ab significant. Idem, Tempore iam ex illo  
 casus mihi cognitus urbis. Et secundũ, uel pro, quo modo  
 dicimus ex dignitate, ex usu, e republica, ex sententia,  
 ex pacto. Teren. Hũccine erat æquum ex illius more,  
 an illũ ex huius uiuere? Idem Eunuch. Ad omnia hæc  
 magis opportunus, nec magis ex usu nemo est. Cicero in  
 Acad. Conscendens nauem sapiens, num cõprehensum  
 animo habet, atq; perceptũ, se ex sententia nauiga

etiam nauigaturū: Idem ad Atti. Statues ut ex fide, fama  
 req; mea uidebitur. Et culpam uel uitium insinuat. Ci-  
 cero, E renibus laborat Teren. Laborat è dolore. Et  
 à, uel in, ut Cæsar, Ex uinculis causam dicere. Et Cice-  
 ro, Ex tempore officium queritur. Et à, uel per, ut Te-  
 rent. Grauida è Paphilo est. Et propter, ut Cæcil. Plin  
 In Narnicnsi uero balneum etiam ex epistolis meis. Pro;

Pro, & causam significat, ut Ter. Ego te pro istis  
 dictis & c. scelus ulciscar. Et ante. Salust. Quod nisi  
 Catilina pro curia signum dare maturasset. Suet. Re-  
 ligato pro foribus cane. Et quasi pro ratioe uel modo  
 ut Ouid Grauius Saturnia iusto nec pro materia fer-  
 tur doluisse. Ver. Pro se quisq; uiri. Cæsar in Comm.  
 Pro multitudine autē hominū, et pro gloria belli atq;  
 fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur:  
 Idem, Pro tempore & re consilium caperet. Sal. Iug.  
 Quod singuli pro opibus quisq; quā plurimas uxo-  
 res, denas alij, alij plures habebant. Ver. Nūc te mar-  
 moreū pro tempore fecimus. Et in, ut pro tribunali.  
 Item quasi defensionem uel auxilium significat. Ver,  
 Stabant pro templo. Item, Pro curribus astant. Ouid.  
 Trist. Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo  
 Terent. Pro isto haud stares. Sic dicimus Cicero pro  
 Milone, Rabirio, uel Ligario, Modo ueluti loco alicu-  
 ius uel iure significat, ut Ter. Pamphilū pro uxore ha-  
 bere hanc peregrinā. Idē, hoc tibi pro seruitio debeo  
 Syll. Cerno equidē, nec p̄ nihilo est mihi fœdera rūpi  
 Sic sepe dicitur, pro nihilo habeo, pro nihilo duco.



Terent. Nunc hæc plane est pro noua. Plinius, Iuniper  
 ro spina pro folio est. Salust. Audacia pro muro habe  
 tur, id est, loco folij & muri. Cauendum tamen ne rei  
 uere in hoc significato hanc præpositionem prepo  
 namus, ut si filius sis, dicat aliquis, habeo te pro filio  
 Præ. Præ significat ante. Liuius in primo, Propter Tyber  
 rim fluum, qua præ se armentū agens nando traie  
 cerat. Sic dicitur, præ me fero, præ te fers, pro eo  
 quod est, ante me ante te. Et propter uel ob, ut præ ne  
 quitia Apulei, præ luxuria cuncta profuderat; Ter.  
 Misera præ amore exclusisti hunc foras. Idem, Vide  
 quam iniquus sis præ studio, dum id efficias quod cu  
 pis, &c. Modo quasi in cōparatione. Liuius de bello  
 Maced. Sed quia ista præ ijs, quæ à te tuisq; quotidie  
 alia super alia facinora edūtur. Idem Paruā Albam  
 præ ea quæ condetur fore. Sic iungitur, cū, quam, ut  
 Plaut in Aul. Sed hoc etiam pulchrum est præquam  
 ubi sumptus petunt. Cum ut, Terent. Ludum iocumq;  
 fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit:  
 quanquam hæc ad constructionem potius. Reliquæ  
 sunt de ijs, de quibus agere institueram, quatuor, in,  
 sub super, & subter. De quibus, quoniam constructio  
 nem cum significato mutant, præterea duabus alijs  
 quarum constructio uariat, alio loco agemus:

uerbium  
 id.

## DE ADVERBIO.

Aduerbium, est pars orationis, quæ ut proprij, uel  
 appellatiui adiectiuum, sic ipsa uerbi maxime, ali  
 quando etiam adiectiui significationē uel determinat

ut recte facio, ualde grauis: uel destruit, ut non scribit, non grauis. hoc etiam cū appellatiuis iungitur, ut non homo. Sunt autē aduerbiorū genera multa. Nam & localia duplicia. Interrogandi, ut, ubi, unde, quo, qua, quorsū, et quæ ad ea reddūtur. Ad, ubi, hic, istic illic, ibi, intus, foris, ubiq; utrobique, passim, usquam, nusquam neutiquam. Item supra, infra, subter, extra, intra, quum in aduerbia migrant. Ad unde, hinc, ad, hinc, pro ab hoc loco, isthinc, illinc, inde, emimus, cominus, aliunde, undeunde, undequaque, undecunque, indidem, supernè, infernè. Ad quo, huc, isthuc, illuc, eo, illo, aliquo, quoquo, quocunq; intro, foras, usque, quod absolutionem spatij, tum in loco, tum in tempore significat, ut: Usque ad Corducam, usque ad noctem. Ad quorsum, horsum, isthorsum, illorsum, prorsum, rursus, quoquouersus, quaquauersus, pessum, sursum, deorsum. Ad qua, hac, isthac, illac, quaqua, quacunq;. Ad quo & unde, simul, ultro, citro.

Localia,  
Vbis

Vnde

Quo:

Quorsum:

Qua:  
Quo.

Et temporis rursus duplicia, & interrogandi, ut quando, quandiu, quamdudum. quampridem, quousque, quoties, & quæ his redduntur. Ad quando, hæri, hodie, cras, pridie, postridie, perendie, nudius tertius, nudius quartus, quintus, sextus, septimus, & deinceps. Diu, noctu, interdium, nunc, iam, nuper, aliquando, alias, olim, pridem, dudum, quod tum ad breuitatem temporis refertur, ut Terentius, Narro huic quæ tu dudum narraisti mihi. Tū longitudinem. Plautus, Quam dudum è foro aduenisti domum? Non ita

Temporis  
Quandos



dudum, quod Prisciani etymologiae consentit, qui dudum, quasi diu dum dici putat. Tum pro tunc, cui etiam addatur eius reddituum quum. Interim, interea, sero, tempori, serius, temperius. Ouidius, Temperius caelo, modo serius incidis undis. Prius & posterius, Statim, continuo, protinus, ilico, antehac, Commodum: posthac, commodum. Apuleius, Commodum limen euaserant, & fores ad pristinum statum, integre resurgunt. Primum cum alijs cum primum, quam primum, ut primum, euestigio, extemplo, actutum repente, derepente, subito, ocysus.

Quandiu

Ad quandiu, tantisper, paulisper, aliquantisper, parumper, semper, usq; pro asidue. Ouid. Vsq; metu micuere sinus Ter. Vt animus in spe atq; in timore usq; antehac attentus fuit. Aeternum, etatem, diu, iam dudum, tam pridem, cum scilicet praesenti iugitur, ut in constructione dicitur, praeterea iam olim. Ad quoties, saepe, raro, subinde, identidem, plerunq; quotidie quotannis, indies, nunquam toties. Et quae numeralia dicuntur. semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, & sic deinceps millies, pluries, infinities. Si modo legatur, apud idoneos ueterum. Ad quousq; adhuc, etiam, pro adhuc. Haestenus, in diem, in horam. Quorum alterum, quasi ipsius tantum diei ratione habita significat. Alterum quasi unius tantum horae. Quintil. Non ut fere uolucres, praesentis modo cibi memores in diem uiuunt. Salu, Panem in diem mercari. Cic. Philip. Hec quae in horam uiuunt non modo de bonis ciuium, sed ne de

Quoties:  
Numeralia:

Quousq;  
Aliam:  
oram:

de utilitate quidem sua cogitauerunt, Ponitur in diē aliquando et pro in spatium unius tantum diei. Oui. Metamor. Currus petit ille paternos. Inq; diem alipedum ius et moderamen equorum. Item in dies, in horas, quæ per singulos ides et per singulas horas, significant, sed ferè cū incremento aliquo. Itaq; ferè cōparatiuis, uel uerbis incrementum significantibus iuncta leguntur. Cice. Quum id malum serperet in dies magis. Linius. Crescente in dies multitudine. Vergilius. Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas. Quantum uere nouo uiridis se subijcit alnus. Aliquā dō tamē cū alijs. Cæcil. Plin. Expectantē in horas. Videntur etiā hęc posteriora quasi pro die et hora accipi. Plinius 10, Condit in thesauros maxillarum cibū sphingiorum, et satyrorum genus, mox inde sensim ad mandendū manibus exprimit. Et quod formicis in anrum solenne est, his in dies uel in horas. Huius generis sunt æternum, semper, ætatem. Nec ignoro ex his multa etiam ad quandiu, responderi posse.

Proxima his sunt, quæ Ordinis dicuntur, ut inde, Ordinis: deinde, dehinc, deinceps, nouissime, postremo, imprimis, primū, iam primū, inuicem, et uicissim pro secundo loco, deniq; demū, tandē, ad summū, in sūma, omnino: ut Cæsar de bello Gall. Sibi aut mirū uideri, qd in sua Gallia, quam bello uicisset, aut Cæs. aut omnino pop. Ro. negocij esset. Tria tamen illa deniq; demū, tandem etiam sermonis absolutione n cum celeritate nonnunquam indicant. Vergilius, nil nostri miserere, mori



mori me deniq; cogis, Plinius Natur. hist. Ea demum sola auium non nisi uolando pascitur. Cice. Quo usq; tandē abutere patientia nostra Catilina? Fungitur horum uice interdū breuiterq; Plin. de Lusinijs Breuiterq; omnia tā paruulis in faucibus quæ tot exquisitis tibi arum tormentis ars hominum excogitauit Sunt & quæ diuisiua uel diuidendi uocentur, ut bisariam, trifariā, multifariam, aliquotfariā. Et iterrogatiua siue interrogandi, à iam dictis diuersa, Cur, quare, quin pro cur nō, quid ita: quidnā pro cur, quā obrem, quemadmodum, quomodo, ecquid, quod Donato significat, aliquantulum ne. Et pro ad quem usum, uel quam utilitatem. Horati. Quò mihi fortuna si nō permittitur uti? Et unde. Iuuenalis, Vnde tibi frontē libertatemq; parentis. Præterea quantum, & quam pro quantum. Scire licet, omnia interrogandi aduerbia, cuiuscunque sint generis, non minus quam interrogatiua nomina infinite usurpare posse: ut, uideo cur uenias. Sunt in aduerbijs & alterius generis infinita tum particularia tum uniuersalia, ut quamlibet, quantumcunq;. quantumlibet, quantumuis, & quamuis pro quantumuis.

Breuiterq;:

Diuidendi:

Vocandi  
Respondendi  
Negandi  
pro non  
rū pro nō

Sunt & uocandi aduerbia, ut heus, Et respondendi, ut heu. Et negandi, ut non, haud, nequaquam, ne pro non Terentius, Hoc modo te obsecro, ut ne credas à me allegatum, hunc senem, nisi potius totū illud ut ne *ἴνα μὴ* significat, Parum pro nō uel nō satis. Sa  
lustius

lustius, nobis ea res pro magnitudine parū comper-  
ta Affirmatiuè respondendi, Et iā, sic, ita quidni. Cō-  
cedentis uel de opinione cedētis, ut, Quid isthuc. Ter.  
Quid isthuc, si ita animum inducti tuum? Seruio pre-  
terea concedentis sunt, licet & esto.

Affirmatiue  
respondendi

Affirmationis, uel confirmationis, ut certe, profe-  
cto, sanè, planè, prorsus adeo, nempe, utiq̄, nimirū, sci-  
licet Ci. ad Att. Si taceo oppressus et captus, quo dolo-  
re esse debeo? Quo sum scilicet, uidelicet, ilicet, et nē  
diphthongo scriptū, ut Tere. Nē ista istū haud nouit.  
Cic. in Philip. Nē tu si id fecisses, melius famæ, melius  
pudicitie tuæ cōsuluisset. Et quidem aliquando, ut Ci-  
ce. Haut enim nemo quod qdē magis credo, aut si quis  
quā est, ille sapiens fuit, pro certe magis credo. Et e =  
quidem, quod ideo inter hæc potius cōieci, quam inter  
coniunctiones, quod sensus non coniungit Persius, Per-  
me equidem sunt omnia protinus alba.

Confirmatio:  
nis.

Nē cum diph-  
thongo scrip-  
tum pro certe  
Quidem pro  
certe.

Equidem pr-  
certe:

Iurādi, ut hercle, me hercules, pol, edepol, castor. e  
castor, diusfidius, mediusfidius. Hortandi, ut. Eia, age,  
agite, agedū, ehodum, sodes, sultis, amabo, amabo te.

Iurandi:  
Hortandi:

Prohibendi, ut Ne. Optandi, ut utinam, si, o si, si si  
ut, ò, Differunt hæc à uerbis optandi, quod hæc notæ  
uelutiq̄; nōia sint optandi. Verba rem aliquam de-  
finitam cū optandi affectu significant. Simile quiddā  
intelligatur in homine et uno, hoc namq̄; nomē est nu-  
meri, homo etiam substantiā significat, cui inclusa sit  
unitas. Simile notatur discrimen inter ago & scribo,  
& inter age & scribe, & doctissimus ac ualde.

Prohibendi  
Optandi,

Exclusio



Exclusionis  
Congraudi

Exclusionis siue solitudinis, tantū. solum, tantummodo, solummodo, duntaxat, modo, demum, Congregandi, ut simul, una, pariter, uniuersim, coniunctim. Caesar, Huius omnis pecunie coniunctim ratio habebatur, Cum quibus aliquid confusc habent, uniuersaliter generaliter, ut uniuersum, in totū, generatim. Et que negate solitudinis, siue ea congregandi uocare uelis, non solum, non tantum, non modo, nedum.

Negate solitudinis:

Separandi:

Separandi, ut seorsum, segregatim, priuatim, egregie, speciatim, nominatim, ut Cic. ad Ser. Duo quidē nominatim rogo, primum ut si quid satis datum erit, amplius eo nomine non peti cures. Sūt et diuersitatis ut aliter, secus. Eligēdi, ut potius, potissimū, imo, et satius. Qualitatis, ut docte, pulchre, fortiter, sapienter. Quantitatis, ut parū, minime, maxime, ad summū, longissime, omnino. Col. Ea extet minime tribus pedibus, Ci. pro. Mil. Vnus, aut ad summū duo inuēri sunt, qui Milonis causam non probarent. Idem ad Attic. Scies igitur fortasse cras, summum perendie. Plinius, Pars nostra terrarum, de qua memoro ambiente, ut dictum est. Oceano uelut innatans, longissime ab ortu & occasu patet. Caesar de bello Gallico, Erat omnio in Gallia ulteriore, legio una, pro ad summum. Præterea si modō aduerbia sint, ac non potius nomina, ad Græcorum imitationem per eclipsim dictum, modicum, paululum, minimum, plurimum. Sunt & qui ut plurimum usurpent, sicut Græci ὄσ ἐπι τὸ πλεῖστον, quod plurimum, ueteres dixerunt.

Diuersitatis.  
Eligendi:  
Qualitatis  
Quantitatis

Omnino pro  
ad summum:

Comparandi

Comparandi, ut magis, minus, maxime, in inime. Comparandi

aliter quoq; comparationis siue collatiōis sunt tam,  
 & quam, tantum, siue in tantū, & quantum. Item quā  
 pro tā et quā sumūtur aequē et ac, sed proprie in quā  
 titate. Suet. Cæsari nihil aequē ac iudicis acerbitas pro  
 fuit. Intendendi, ut ualde perquam, longe, prorsus, pe  
 nitus, omnino, magnopere, impense, impendio, appri  
 mē, & aliquando bene, male, peius, pessime, admodū,  
 adeo pro ualde, & imprimis pro ualde. Remittendi,  
 ut sensim, paulatim, pedetentim, uix, egre. Et quæ rei  
 non plane peractæ appelles, ut penē, ferē, temere, pro  
 fere propemodum, et tantum non, ut Suet. in Tiberio,  
 Tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauis  
 gavit. Et quod idem significat, modo non, ut Terent.  
 in Phor. Senem per epistolā pellexit, modo non mon  
 tes auri pollicens. Demonstrandi, ut en, ecce. Et aliter  
 demonstrandi, ut sic: ueluti cum dicimus, sic percutē,  
 sic pronūcia. Explanandi siue declarandi, Greci δὶ  
 ἴδῃ uocāt ut id est, hoc est, & siue aliquando.  
 Cice. ad Att. Tum reliqua uidebimus, id est, quo &  
 qua, & quando. Idem ad eundem, Qui dum urbem,  
 id est, patriam, amamus: dumq; rem conuenturam pu  
 tamus, ita nos gesimus ut plane interclusi captiq;  
 simus. Quintilian. Vt Aristarchus & etate nostra pa  
 lemon, qui uocabulum, siue appellationē nomini sub  
 iecerunt. Dubitandi, ut forsā, forsitan, fortassis, for  
 tasse, forsit, fors. Vergil. Quos illi fors ad penas ob  
 nostra reposcent Effugia. Horatius, Dissimile hoc illi  
 est

Aequē aet  
 Intendendi:

Remittendi:  
 Rei peractæ:

Tantum uen  
 Non modo:

Demonstrand.

Explanandi:

Sinē p id est;  
 Dubitandi.



80 DE EMEND. STRVCT.

est, quia nō ut fors sit honorem, iure mihi inuideat qui  
uis, &c. Vsurpantur hæc ubi incertum est, facta ne  
res sit, nec ne, ut Horat. Et fortasse cupressum scis si-  
mulare. Terentius, Bona fortasse.

Euentus

Euentus, ut forte, fortuito, casu, forte fortuna Vti  
mur his ubi factum quid indicatur, sed fortuito. Ver.  
Forte sub arguta confederat ilice Daphnis. Teren.

Personalia

Forte fortuna affuit hic meus amicus. Personalia, ut  
mecum, tecum, secum, nobiscum. Sic dicta quod cer-  
tas personas includant: si modo hæc aduerbia sunt &  
nō potius constructio præpositionis cum pronomine,  
quod relatio declarat, ut, Tecū qd mihi. Sed fortasse  
fessellit Grammaticos, quod præpositio cum suo casu  
sæpe est ἰσοδύναμον aduerbio. Personalia (ut qui-  
busdam placet) sunt me atim, tu atim, su atim, nostra  
tim, uestratim, id est, more meo, tuo, suo, nostro, ue-  
stro. Horum non admodum dissimile est humanitus.

Humanitus  
pro eo quod  
est humano  
more.

similitudinis:

Plinius, Vrsi autem, ut dictum est, humanitus strati,  
id est, more humano, cum reliqua eius formæ signifi-  
cent potius id quod ea quæ græce in ὁμοειδῆσιν desinunt, ut  
radicitus, funditus, diuinitus, antiquitus: pro à radi-  
ce, fundo, deo, antiquo. Similitudinis sunt sic, ita itidē,  
sicut, sicuti, & ut, quæ omnia in qualitate quapiam  
conferunt, sicuti quomodo & quemadmodum in ra-  
tione & modo. Huc pertinent et quasi, ceu, tanquam,  
uelut, ueluti, & uti. Sed hæc imaginem potius exhi-  
bere Laurentio placet, ut uero atq; uti, generalia esse  
Est etiam, quod Græci ἁποσάτινον uocant, ut pro  
ωσὶ

ubi, et superius quàm ubi. Est enim eiusmodi subaudiendum aduerbium. Aliter quoque uicem appellatiuorum suppleunt aduerbia, ut in his. Persius, Hesternum cras abiit. Idem, Euge tuum, et belle. Martialis, Audieris cum grande σφῶς. Nisi quis proxima hæc ὀργῶς accipi dicat qua ratione uox qualibet pro nomine accipi potest. Et uice pronominis, ut, Hinc illæ lachrymæ. Verg. Huc delecta uirum sortiti corpora furtim, pro in hunc equum. Idem, Huc se prouecti deserto in littore condunt. Et loco prouocabuli, sed ad tempus relati. Cic. Attico, Tuas 10 Cal. accepi literas, quibus omnia consilia differens in id tempus, quum scierimus quod actum sit. Quum pro quo. Verg. En erit unquam ille dies mihi quum liceat tua dicere facta. Cicero ad Atticum, Utinam illum diem uideam, quum tibi gratias agam, quod me uiuere coegisti. pro quo die. Et loco prouocabuli cum præpositione. Verg. Genus unde Latinum, pro à quo Ter. Et prædonibus, unde eam emerat, pro à quibus. Cic. En crimen, en causam cur regem fugitiuus dominum seruus accuset. Hic cur propter quam significat. Varro de re Rust. Loca calida prope aream faciunt quod succedant homines, pro in qua. Hoc genere. En allages ueteres passim libeter uti uidentur Coniunctio pro nomine. Vergilius in sexto, Illius ergo uenimus, et magnos Herebi tranauimus amnes. Sisenæ, ut Gel. citat, Milites. ut lex Calphurnia cõcesserat uirtutis ergo ciuitate donati, pro illius causa, et uirtutis causa. Itẽ loco pronominis cum præpositione. Cicero.

Aduerbiũ uice pronominis:

Aduerbiũ loco prouocabuli.

Aduerbiũ loco prouocabuli cum præpositione.

Coniunctio pronomini

Coniunctio loco pronominis



minis cum  
præpositi  
one.

Terentia, Est autem in officio Orpheus, præterea ma-  
gnopere nemo caterorum seruorum. Idem pro. Cn.  
Pompeio, Eundem ab hostibus metui, præterea nemi-  
nem, utrobique; præterea pro præter cum ponitur. Ci-  
cero Ser. Sulpitio, A me uerò ita diligitur, ut tibi uni  
concedam, præterea nemini, id est, præter te,

Nomē pro  
participio.

## TERTIVM GENVS.

Tertium genus in quo scilicet declinabiliū partium  
alia ponitur pro alia, ex his uideatur. Nomen po-  
nitur pro participio, ut prudens pro prouidens. Pli-  
nius, Illa contra irinam spargit prudens, hanc quoque  
leoni exitialem. Ita & gnarus se peti apud eundem le-  
gitur pro sciens. Et Apud Vergiliū, sibula pro sibula  
lantia, ut Sibula lambebant, linguis uibrantibus ora.  
Et apud eundē corusca pro coruscantia, ut in Georg.  
Corusca fulmina molitur dextera. Pronomen loco no-  
minis, ut suus pro proprius. Vergilius, Sūt hic etiam  
sua præmia laudi. Terentius, Suus cuique mos est. Pli-  
nius de multis, Sed esse id animal ibi sui generis. Sic  
dicimus, Et suus est Homeri mos. Et is pro talis, uel  
tantus, ut Vergilius, Non ea uis animo. Eo quoque &  
quo similiter hoc & quo sepius pro tanto et quan-  
to legimus, ut in illis, Eo magis, eo minus, hoc magis,  
hoc minus, quo magis, quo minus, ut Cæsar in Com-  
ment. Eo grauius ferre, quo minus merito populi Ro-  
mani accidisset. Tale est illud Ciceronis ad Appium,  
Equidē pro eo quanti te feci, quicquid feceris appro-  
babo. Rursus uerbū pro nomine, ut supra est dictum.

Verbum  
pro nomi-  
ne.

Oudius,

Onidius, Sæpe uale dicto rursus sum multa locutus. Persius, Scire tuū nihil est, nisi te scire hoc sciat alter Idem, Et nostrum illud uiuere triste. Martialis, Velle tuum nolo Dyndime, nolle uolo. Participium pro nomine. Salustius, Alieni appetēs sui profusus. Ars enim non recusat appetitor, & profusor. Aliter quoq; pro nomine accipitur participiū ut alibi diximus. Et pro uerbo. Salustius, Prius quam incipias consulto: & ut ubi consulueris mature opus est factō, pro consuli & fieri ut Priscianus interpretatur. Terentius, Ita factō opus est. Idem in Hecyra, In arcem transcurso opus est. Vbi tamen Donatus pro transcurrere interpretatur. Sed potest & pro transcurri accipi. In illis autem, Volo datū, factum oportuit. Infinitū, esse, sub auditur. Suntq; infiniti præterita, ut quibus etiam perfectio significetur, non solum actio.

Participiū  
Pro nomine.

Participiū  
pro uerbo

Q. VARTVM GENVS:

Reliquum est quartum genus, ubi scilicet indeclinabile pro indeclinabili ponitur, quod ex his spectatur. Præpositio pro aduerbio. Absq; ut Terentius, Quam fortunatus sum cæteris rebus absq; hæc una foret, id est, χωρίς uel seorsum, uel secus. Ante. Vergilius, Ante leues ergo pascentur in æthere cerui, pro prius. Circa. Cicero ad Atticum, Nostram ambulationem et Laconicum, eaq; quæ circa sint, uelim quæ poteris inuisas. Circiter. Cassius Hemina ex Gellio, Lapidem quadratum circiter in media arce iunctū canalicis. C. Att. Verū hæc in Arpinati ad sextū circiter

Præpositio  
pro aduerbio



Idus Maias non defleamus, ne & opera, & oleū philo-  
 logiæ nostræ perierit. Sed conseramus tranquillo a-  
 nimo. Circum Vergilius, Anna uides toto properari  
 littore circum. Contra. Idem, Et ueneris contra sic  
 filius orsus. Vbi inuicem significat, autore Donato.  
 Coram. Idem, Coram quem queritis adsum. Clam.  
 Idem, Clam ferro incautum superat. Extra. Persius  
 Pinge duos angues, pueri, locus est sacer, extra mei-  
 te. Quin. Sint extra licet usus bellici, trāseamus, quod  
 Achimedes obsidionem, Siracusarum in longum tra-  
 xit. Iuxta, Salustius in Iugur. Hyemem atq; æstatem  
 iuxta pati: pro æquē, quo Terentius similiter utitur,  
 Noui æquē omnia tecum Columella, Nec nimis, iuxta  
 satæ fruges. Ponē, Verg. Pars cætera pontum Ponē  
 legit. Et pone sequens. pro à tergo, uel post tergum.  
 Prope Terent. Prope adest, cum alieno more uiuen-  
 dum est mihi. Hæc tamen duo accentu distinguunt à  
 præpositione. Post Verg. Post mihi non simili pœna  
 cōmissa luctis: pro postea. Palam. Terent. Si falsum,  
 aut fictum, aut uanum est, continuo palam est. Præ.  
 Idem, I præsequar. Supra Salust. Pauca suprā repe-  
 tam. Secundum. Plau. Amph. I tu secundum, sequar.  
 Subter. Ver. Subter (mirabile dictu) Tot lingue. Pla.  
 Hinc atq; hinc Super subterq; premor angustijs Su-  
 per? Verg, Satis una superq; Vidimus excidia Secus.  
 Cicer. Att. Quintus frater purgat se mihi per literas,  
 et affirmat nihil à se cuiquā de te secus esse dictū: pro  
 male uel inimice. Ultra. Nil ultra facies. Vsq; cum  
 præpo

prepositioni adiungitur, ut usq; sub obscurum noctis usq; ex Aethiopia. Et prepositio pro coniunctione. Salustius, Præter rerum capitalium condemnatis. Hic Præter si recte scribitur (nam aliter scriptū hodie reperitur) pro præterquam accipitur, quæ etiam à Donato inter coniunctiones numeratur, Copulatq; illud condēnatis cum datiuo, qui præcedit multitudini Priscianus eo loco pro sine accipit, & ablatiuo coniungit, quod ab alio fortassis, sed perperam notatum accepit. Alioqui nec mirū magnopere est, inter tot quæ renda, estimandaq; lapsus in tantilla re fuisse, ut mihi quoque obiter in tot tricis caueam. Ceterum pro præterquam uel nisi utitur Varro de re Rust. dicens, Præter si aliter nequeas.

Aduerbium pro præpositione, ut Vergilius, Tale intus templo diuū patriaq; Latinus Sede sedens. Sed hoc σολοικοφανές est. In prosa uero, Quintiliano autore, Solæcisimus.

Aduerbiū pro præpositione:

Et pro coniunctione, ut quæ congregandi sunt, præsertim geminata, pro copulatiuis. Quintil. Simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, si mul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Verg. Vna ingens Periphās, & equorum agitator Achilles, Armiger Automedon una omnis Syria pubes Succedunt tecto Item, Quū pro postquam. Plaut. in Trucu. Iam biennium est, quum mecum esse ille cœpit. Et pro copulatiua &c. Vergilius, Vix hæc ediderat, quum effusis imbris atræ.

Aduerbiū pro coniunctione:



Tempeſtas ſine fine furit. Liuius de bello Puni. Dies  
 haud multi interceſſerant, quum legati uenerūt, pro  
 & atra tempeſtas, & legati Cicero de Oratore, Vix  
 annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortatiōis meae  
 quum iſte accuſauit Caium Norbanum: pro, & iſte.  
 Et ſimul pro poſtquam, ſiue aduerbium eſt, ſiue con-  
 iunctio. Ouidius,

Nam ſimul aſpexit diſta acceptaq; ſalute. Idem.

Nam ſimul exta deo data ſunt, licet omnia fari.

Ceſar. Noſtri ſimul in arido conſtiterunt ſuis omni-  
 bus conſequentis, in hoſtes impetū fecerunt. Et ut pro  
 poſtquam. Vergilius,

Vulgi quae uox ut uenit ad aures.

Frequēter praeterea uſurpatur ubi pro poſtquam, ut  
 Vergil. Ille ubi naſcentem maculis uariauerit orbem  
 Terentius, Vbi ea cauſa, quam obrem haec faciūt, erit  
 adempta, deſinent. Statim, protinus, & continuo ſubie-  
 cta negationi, quaſi pro ideo accipi Lauretio placet.  
 Quintilianus, Neq; id ſtatim legenti perſuaſum ſit o-  
 mnia, quae omnes autores dixerunt, utiq; eſſe perfecta  
 Idem, Non autem ut quicquid praecipue neceſſarium  
 eſt, ſic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit  
 momenti. Cicero, At ſi illae ſeditiones ſaluti huic ciui-  
 tati fuiſſent, non continuo ſi quis motus populi factus  
 eſſet, id Caio Norbano in nefario crimine & fraude  
 capitali eſſet ponendum. Simili modo interrogatione  
 Quintilianus, Cōtinuo ne ſi ille ſtulte cogitauit, nobis  
 ſtulte dicendum eſt.

Coniunctio

Coniunctio pro aduerbio, ut atq; pro statim, au-  
toribus Festo & Gellio, ut in illo Vergilij in Georgi.

Coniunctio  
Pro aduer-  
bio.

Atq; illum in præceps prono rapit alucus anni. Item  
& pro ita græco. Cicero ad atticum, Vide quàm  
turpi letho percamus, & dubitari potest, quin ille seu  
uictus, seu uictor redierit, cædã facturus sit? Verg. Et  
quisquã numen Iunonis adoret Præterea, aut supplex  
aris imponat honorem? Etiam quoq; pro sic, uel ita le-  
gitur. Cic. pro Roscio, Si non, quomodo tabulas confi-  
cis? si etiã, quam obrem cum cetera nomina in ordinẽ  
referrebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat im-  
primis magnum, in aduersarijs relinquebas? Itẽ quoq;  
pro sic uel ita legitur. Cic. de Diui. Qui magis angui-  
bus quàm lacertis, quàm muribus, quia sunt hæc quo-  
tidiana, angues non item. Sed pro imò. Plautus, Habet  
gladium, sed duos: id est imo duos.

## SPECIERVM NOMINIS ENALLAGE

Latissimè etiã patet ea Enallages pars, quæ per spe-  
cies partium inter se fit. Cuius nunc per singulas  
orationis partes exempla subiiciemus.

In nomine igitur propria pro suis possessiuis poe-  
tis nonnunquam usurpãtur, ut Verg. Et Dardana su-  
scitat arma, pro Dardania. Idem, Laticemq; Lieum,  
pro Lieium, ut Seruius recte notauit. Horatius,  
Vos ô Pomphilius sanguis.

Propria p  
suis posses-  
siuis.

Et proprium pro adiectiuo, ut Tullius eloquio,  
uiribus Milo. Significatur enim magnus eloquio, ua-  
lens uiribus, uel eiusmodi aliquid.

Proprium  
pro adiec-  
tiuo:



Appellati-  
uum pro  
partitiuo.

Item appellatiuum pro partitiuo, ut pars pro alij. Sallust. Pars ingenium, alij corpus exercebant.

Absolutū  
pro com-  
paratiuo.

Absolutum pro comparatiuo. Terentius, Paulū qui est homo tolerabilis, scortari crebro non uult, pro tolerabilior. Cic. Att. Si rectè scriptum est, ut non solum gloriosis consilijs utamur, sed etiam paulò salu-  
bribus. Sic legi uidetur & duplicia pro duplo plura. Columel. Vt ab ijs arcendus, ita cohortandus est ad instrumentorum ferramentorumq; curam ut duplicia

Compara-  
tium pro  
absoluto.

quàm numerus seruorum exigit, resecta & reposita custodiat. Rursus comparatiuum pro absoluto, ut Quintil. affirmat dicens. Vtimur uulgo comparatiuis pro absolutis, ut quum se quis infirmiore[m] esse dixerit. Veteres grammatici ferè omnes, minus aliquid per comparatiuum, quàm per ipsum posituum aliquando significari uolunt. Et Theodorus apud Grecos, ueluti castigatius aliquid per comparatiuum aliquando significari ait. Sed nonnulla ueterum grammaticorum exempla, recte reijcit Valla. Sicubi tamè ita per se positum comparatiuum significet, maxime id Quintil. exemplo cum similibus uidebitur. Nam omnino diuersum aliquid significare uidetur, qui se infirmiorè, dicit, quàm qui se infirmum. Alioqui cur potius illo quàm hoc uititur? Accedit quod Comparatiua sic posita secundam transitionem, id est, ablatiuū mensuræ recipere possunt, quales sunt aliquanto, multo, paulò, ut Terent. Si qua est habitior paulò pugilem esse aiunt, quod plane posituum non facit.

Quo minus eiusmodi comparatiuum pro ipso prorsus positiuo accipi uidetur, sed in sua ipsius uimitigata per aliquam subauditionem subsistere, ut qui se infirmiore dicit, quam iusta ualetudo postulet, subaudiatur, & si qua est habitior paulo, quam mediocris status exigit, intelligat. Leguntur tamen comparatiua tria pro suis absolutis, Superior pro praecedenti, etiam si proximè praecessit. Posterior pro sequente, etiam si continenter succedit. Plures pro multi. Cicerone, Quum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per uim: quumq; illud sit proprium hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Idem, Quomodum officia ducerentur ab honestate atq; ab omni genere uirtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. De plures pro multi, passim legas exempla. Non ignorandum superlatiua subinde absolute, id est, sine prima sua transitione legi, quum alias, ut Quamquam mihi semper frequens conspectus uester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus, tum uel maxime cum quam intendendi aduerbium praese positum habent. Quippe ita nec genitiuum superlatiui debitum, nec ea in quae eiusmodi genitiuus solui solet admittunt. Non enim quam doctissimus omnium quisquam dixerit, sed absolute quam doctissimus. Accipitur comparatiuum pro contrario positiuo cum minus, ut in illo Phoc. m. Quam mihi comparatum est,

Tria comparatiua pro suis absolutis;

Comparatiuum pro contrario positiuo cum minus.



hi qui minus habet, ut semper aliquid addant diuiti-  
ribus, hoc est, minus pauperibus, ut Donatus interpre-  
tatur. Qua ratione illud cum similibus interpretan-  
dū uidetur. Mare Ponticū est dulcius ceteris maribus  
id est, minus amarū. Et illud Curtij, Mare Caspiū dul-  
cius ceteris, ingentis magnitudinis serpentes alit.

Comparatiuum pro superlatiuo, ut idem Curtius, si  
recte scriptum est, Duo maiora omnium nauigia sum-  
mersa sunt.

Superlati-  
uum pro  
absoluto.

Superlatiuum pro absoluto, sed ubi eius absolutum  
non est nomen. Terent. Quem ego infra infimos om-  
nes puto homines. Idem, Tute scis post illa quam inti-  
mum habeam te. Superlatiuum primus, pro eius com-  
paratiuo prior. Cicero ad Seruium, Duo quidem à te  
nominatim rogo: primum, ut si quid satis datum, am-  
plius eo nomine non peti cures. Suct. Aug. Admodum  
pristinum splendorem rededit, duabus lectionibus:  
prima, ipsorum arbitratu quo uir uirum legit, secun-  
da, suo & Agrippæ. Colum. Ab æquinoctio primo,  
quod mense Martio circa octauum Calen. Aprilis in  
octaua parte arietis conficitur. Vult enim compara-  
tius potius partiri duo. Superlatius tria uel plura.

Diuisiua p  
Cardinali-  
bus

Diuisiua siue distributiua pro Cardinalibus ma-  
xime apud poetas & in singulari numero, ut Vergil.  
Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis, pro  
septem gurgitibus. Leguntur sic & apud oratores,  
sed raro. Plin. in 26, Prodigiousa sunt quæ circa hoc  
trahit Theophrastus autor alioqui grauis, Septuā-  
geno

geno coitu durare libidinem tactu herbae, cuius no-  
 men speciemque non posuit, pro septuaginta coitibus  
 In plurali uero tum apud oratores tum poetas sepe,  
 ut Vergilius, Tot lecti proceres bis denis nauibus  
 ibant, pro bis decem. Idem, Per duodena regit mundi  
 sol aureus astra, pro duodecim. Idem, Bis, quinos si-  
 ille dies, pro bis quinque. Et bis denis Phrygium con-  
 scendi nauibus æquor, pro bis decem. Cicero (ut Ser-  
 uius citat) Binos habebam iubeo promi utrosque. Cum  
 hoc postremo duo alia, duplices & gemini in usu con-  
 ueniunt, quippe quæ nunquam pro duo & ambo  
 leguntur. Vergilius, Et duplices tendens ad sidera pal-  
 mas. Idem, Agnouit prolem ambiguam geminosque pa-  
 rentes. Sed redeamus ad diuisionum in plurali pro car-  
 dinalibus apud oratores usum, apud quos uidetur  
 promiscuus. Plin. de mausoleo, Patet ab austro et sep-  
 tentrione sexagenos ternos pedes. Idem alibi, Aristo-  
 lochia uel agaricon obolis ternis ex aqua calida, pro  
 obolis tribus, ut idem in eodẽ, Pota tribus obolis san-  
 guinis exercitationes. Idem, Viuunt Laconici annis de-  
 nis, scemina duodenis, Cætera genera quindecim an-  
 nis aliquando uiginti pro quindenis et uingenis. Idẽ,  
 Pavo a trimatu parit primo anno unum aut alterum  
 ouum, sequenti quaterna, singula pro aut bina.

Cardinalia pro ordinalibus ut Cicero, ad Terent. Cardinalia  
 De nauı exeuntibus nobis, Achastus cum literis præ-  
 sto fuit, uno, & uicesimo die. Idem de Senectute, Quis  
 uno & octogesimo anno scribens mortuus est. In his  
 enm

Cardinalia  
 Pro ordi-  
 nalibus:



enim uno pro primo positum uidetur, fereq; ita legas non aliter.

Ordinalia pro cardinalibus. Iuvena. Sexti ceruice feratur pro sex ceruicibus. Item pro his quib. multiplicatio significatur. Plinius in octauo, Nasci- tur qualicumq; solo cum centesimo grano, ipsumq; pro letamine est, pro cētuplo grano. Var. de re Rust. Ut ex eodem semine alibui cum decimo redeat, aliubi cum quinto decimo, ut in Hetruria et locis aliquot in Italia, in Sybaritana dicunt etiam cum centesimo redire solitum. Accipitur & certus numerus pro incerto, ut Vergilius, O terq; quaterq; beati. Et Cicero, Sexcenta possunt decreta proferre. Et Terētius, Sexcentas proinde potius scribito. Ibi enim ter & quater pro sepe. In his sexcenta & sexcentas, pro multa & multas. Item partitiuum pro numerali, alias cardinali. Cicero pro Cluent. Qui quum ad unum iam & alterum diem desideratur. Totum enim illud unū & alterum, pro duobus est accipiendum. Idem Attic. Quid enim est tantum in uno aut altero die, pro uno aut duobus. Alius ordinali. Idem Phillipp. secunda, Proximo, altero, tertio, denique, reliquis consecutis diebus, pro secundo, tertio. Cicero pro Cornif. Liberalibus literas accipi tuas, quas mihi Cornificius altero et uigesimo die, ut dicebat, reddidit. Liuius ab urbe condita. Anno trigesimo altero, quam Roma condita erat. Idem de bello Macedonico, Altera die quā ā Brundusio soluit.

Certus numerus pro incerto:

Partitiuum pro numerali:

Et uterq; loco collectiui. Salustius, Vterq; graues inimicitias cum illo exercebant. Horatius, Missis magnis de rebus uterq; legati.

Vterq; loco collectiui:

Quidam pro aliquis, Vt in Georgicis, Et quidam seros hiberni ad luminis ignes Peruigilat. Cicero de Orat. Habes enim meum de oratore Brute iudicium, quod aut sequere, si probaueris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum.

Quidam pro aliquis

Contra aliquis pro quidam, ut in illo Ouid. Atq; aliquis pro dijs non tristibus optet, sic fieri turpis.

Aliquis pro quidam.

Aliquis pro quiuis uel quicumq;

Item aliquis pro quiuis uel quicumq;. Terentius, Olim isthuc, olim quum ita animum induxi tuum, hoc quod cuperes aliquo pacto efficiendum pro quouis uel quocunq; pacto. Post negationem uero sepe transit in uniuersale, Laurentio autore: ut, non uidit me aliquis, pro nemo me uidit. Item quis pro aliquis, idq; honeste, ubi has particulas, si, siue, nisi, quo pro quanto, quum & aliud, statim sequitur, ut si quis, siue quis, nisi quis, quo quis cum quis, aliud quid, quorum exempla passim inuenias. Et quisquam pro quiuis. Cice. ad Terentiam, Nisi uos fortiores cognoscerem, quam quenquam uirum, pro quemuis uirum, Et pro collectiui, ut Plautus, Neque nostrum quisquam sensimus quum peperit.

Quis pro aliquis:

Quisquam pro quiuis

Quisquam pro collectiui. Quicumq; pro quiuis.

Et quicumq; pro quiuis. Quintilianus, Ne ego illud quidem Apostrophen semper uoco, in quo res quaecunq; relinquitur intelligenda. Item qui pro quis, Vergilius, Qui nunc concursus ad amnem?

Qui pro quis.

Cicero



Cicero, *Qui concursus ex oppidis finitimis undiq;*  
 Liuius, *Qui finis erat discordiarum?* Item qui pro  
 qualis uel quantus. Sicut is pro talis uel tantus. Oui-  
 dius. Hæc ego dum stulte meditor, quæ uestra libido  
 est. Et quo pro quanto, præsertim ante comparatiua  
 Terentius, *Memini uidere, quo æquior sum Pamphi-  
 lo, si se illam in somnis, quam illum amplecti maluit.*

Nemo pro  
 ullus

Item nemo pro ullus Cicero Dolabellæ, *Contigit enim  
 tibi quod haud scio an nemini, ut summa seueritas  
 animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam  
 popularis esset.* Item eius generis, pro eiusmodi. Pla-  
 ninus nat. histor. *Purpure, murices, eius deniq; gene-  
 ris uere pariunt.* Præterea, quæ patronymicorū gra-  
 corum forma ducuntur à locis, pro possessiuus usur-  
 pata subinde legas. Vergilius, *Sicelides Muse paulo  
 maiora canamus.* Ouidius,

Eius gene-  
 ris, p. euf-  
 modi:

*Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse uolo.*

Hesternus  
 et crastinus  
 pro pridia-  
 nus & post-  
 tridianus:

*Hesternus & crastinus, pro pridianus, & postri-  
 dianus, ut Vergilius, Nunquam te crastina fallat ho-  
 ra, pro, postridiana.* Teren. *Cum iure hesterni panem  
 atrum uorent.*

SPECIERVM PRONOMINIS  
 ENALLAGE

**EX** pronomibus demonstratiuū sepe apud auto-  
 res accipitur pro possessiuo, Plaut. *Duorū labori  
 hominū parissimē libens, mei te rogandi, et tui respō-  
 dendi mihi.* Rectū enim esset, *meo & tuo.* Teren. *Cū-  
 iū puerū hic apposuit? Vestri, cuius uestri? Pamphili*  
 Vbi

Vbi uestri pro possessiuo uel certe primitiuo uestrum positum est, sicuti nostri, pro primitiuo nostrum.

Reciprocum primitiuum pro relatiuo, ut in illo Terentij, Orat te si se amas, hera ut ad se uenias. Iusti. Treccetos exules iudices, rectoresq; ciuitati dedit. Apud quos cum potentissimi quiq; rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniuriam se in exilium exegissent. In priori enim exemplo uidetur illud, se in si se amas, pro eam uel ipsam positum, ut ex sententia rite ordinata magis apparet: sic, hera te orat, ut ad se uenias, si se amas, pro si eam amas. Sic enim locutus uidetur Cæsar in Cômētâ. Ei legatiōi Ariouistus respōdit, Si quid ipsi à Cæsare opus esset, sese ad eum uenturū fuisse. Si quid ille à se uelit, illū ad se uenire oportere. In Iustini exēplo, Se pro eos uel ipsos, ut inspicienti liquet. In illo quoq; Mar. de Pantagatho, Sis licet inde sibi tellus placata leuisq; , Artificis leuior non potes esse manu, quis non uidet sibi pro illo positum? Cæterum in prioribus exemplis æstimetur, num utroq; modo loqui liceat.

Reciprocu  
Primitiuu  
pro relati-  
uo.

Reciprocum possessiuum pro relatiuis tertiæ personæ. Cicero ad Octauium, Cur aut ingratus crudeliter aut immemor beneficij sui scelerate circumscribis Senatū ? pro beneficij eius, Terentius in Hæcyrâ, Mater quod suasit sua, adolescens mulier fecit, mirandum ne id est ? Et Vergilius, Tum breuiter Barcē nurricem affata Sichæi, Namq; suam patriâ antiqua cinis ater habebat. In quibus suam & sua

Reciprocu  
Possessiuu  
p Relatiuis

pro



112 DE EMEND. STRVCT.

pro eius Donatus notat. Et Ouid. in Heroid. Respice  
Laertem ut iam sua lumina condas: pro eius lumina.  
Et Plinius, Vinea si macruerit, sarmenta sua cōburito  
Hæc tamen, ut Solæcophane uitanda cenſeo.

Poffefsi-  
uum pro  
primitiuo.

Rurſus poſſefſiuum pro primitiuo. Terent. Vt ap-  
pareret facile deſiderio id fieri tuo, ubi tui potius po-  
ſcit ſenſus, & Donatus ita cēſet. Idem, Nam negligen-  
tia tua atq; odio fecit tuo, pro tui.

VERBIS SPECIERVM ENAL-  
LAGE.

IN uerbi etiam ſpeciebus non minor permutatio eſt.  
Vbi & actiuum pro neutro legas abſoluto ſiue ip-  
ſo paſſiuo. Verg. Siſtunt amnes, terræq; debiſcunt. Si-  
ſtunt enim pro ſtant accipitur, uel ſiſtuntur. Plin. Vbi  
cū alijs iunxere, gignunt. Varro ex Gellio, In priori  
uerbo graues proſodia quæ ſuere manēt reliquæ mu-  
tant. Sic & Cornelius Celfus de tempeſt. Peſſimæ, que  
uariant maxime. Verg. Et iam nox humida cælo Præ-  
cipitat. Idē, Ingemināt auctri et denſiſſimus imber. Te-  
rentius, Atq; illa ſi lauerit, nuncia mihi. Idē, Quæ res  
tibi uortat malē, pro mutantur, uariantur, præcipita-  
tur, ingeminātur, lota ſit, et uertatur: niſi in ambobus  
his generibus eclipſim potius pronominis ſe, dicas, ut  
ſit, præcipitat ſe, ingemināt ſe, lauerit ſe, uortat ſe,  
præterea ſiſtunt ſe, iūxere ſe. Quam interpretationē  
ſecutus eſt Seruius dicens, Accingunt operi, pro ac-  
cingunt ſe operi. Quo modo uerbum Probo ſæpe le-  
gitur. Ad eundem modum & nubo uſurpatum uide-  
tur,

Uox, sicut in tali sermone, Sic studijs incumbit, ut sanitatis sit immemor.

DE INTERIECTIONE:

**I**nteriectio est uox, quæ sub rudi inconditaq; uoce affectum animi demonstrat. Hanc ideo separatam ab aduerbio Priscianus ait, quod uidetur in sese affectum uerbi habere, & plenam motus animi significationem, etiam si uerbū non addatur demonstrare. quod certe aduerbia non faciunt, ut quæ consistere sine uerbo, præter admodum pauca, non possunt. Habet autē uarias species, sed maxime à Grammaticis confusas. Exultantis uel letitiæ, ut Euax, uah, ò. Plaut. Euax iurgio uxorem tandem abegi. Terent. Heaut. Vah ergo mea Antiphila Idē, O factū bene. Dolentis uel luentis, ut heu, hoi, hei, ò, ah. Verg. Heu quæ me, inquit, tellus, quæ me æquora possunt seruare: Idē, Heu mihi qualis erat, quantū mutatus ab illo Hectore: Terent. in Eunuch, I intro hoi hei. Virgil. O dolor atque decus magnū. Idem, Ah filice in nuda commixa reliquit.

Timentis ut hei, atat. Terent. in And. Heu uereor ne quid Andria oportet mali. Admirantis, ut papæ. Terentius, Papæ noua figura oris.

Vitantis, ut apage, apagesis. Terentius, Apagesis egon, formidolosus? Laudantis, ut euge: Martialis, Effecte gnauiter, cito, nequiter euge beate.

Vocantis sub incondita uoce, ut cho, oh, io. Terentius, Oh qui uocare? Ouid. Ecquis (io) sylue crudelius, inquit, amauit. Silentium iniungentis, ut Au, Si.

f Terentius

Interiectio  
quid;

Interiectionū  
species:  
Exultantis

Dolentis

Timentis :  
Admirantis

Vitantis  
Laudantis

Vocantis:

Silentium iniungentis:



Quidā si feri  
bendum cen  
sent Pro silen  
tū uora.

Terentius. Au obsecro mea Pythias. Idem, Au ne com  
parandus hic quidem ad illum est.

Deridentis uel ironiæ, ut Hui Ter. Hui tā cito. Idē  
Hui tu mihi illā laudas. Ex improviso aliquid depre  
bendentis, ut atat. Ter. Atat hoc illud est, hinc ille La  
chrymæ. Idem, Atat data hercle mihi sunt uerba.

Ridentis  
Exclamantis

Ridentis, ut ha ha he, Te. Eunuch. Ha ha he defessa  
iam misera sum te ridendo. Exclamantis ut ô, proh,  
proh nefas. Luc. proh si remeasset in urbē. Terentius,  
Iuppiter magne o scelestum atq; audacem hominem.  
Seneca, O paupertas felix quæ tanto titulo locū fecit

Coniunctio  
quid.

## DE CONIUNCTIO.NE:

Coniunctio est pars orationis, quæ clausulas in se  
mone apte coniungit. Aliter, Coniunctio est pars  
orationis, quæ clausularum inter se connexum decli  
rans plurimum ad orationis claritatem confert, Ali  
ter, Quæ tantum habitudinem clausularum, inter se  
in sermone defuit. Et coniunctionis quidem officium  
hoc est, Cum aduerbia sicubi sensus iungunt, dictiones  
etiam respiciant, ut quæ similitudines uocantur. Con  
iunctionis multæ sunt species, uel ut ueteres locuti sūt,  
potestates. Copulatiuæ, quibus ea nectimus quæ con  
iuncta significare uolumus. Aliter, Quæ copulant  
tam uerba quam sensum, quales sunt, Et, q; atq; ac,  
quoq; etiam, præterea, alioqui, item, itemq; cum &  
tum. Sed ubi sequitur tum, nam ubi præcedit, aduer  
bia sunt temporis. Præterea tum, multiplicatum, ut  
tum uesperum, tum mane, Quinetiam, sed &, superq;  
in super,

Copulatiuæ:

in super, ad hoc, adhuc, ut quibusdam placet. Salustius, Ad hoc plerumque tempora in uenando agere, leonem atque alias feras primus aut imprimis ferire. Idem Adhuc accedebat munificētia animi, ingenij solertia. Hoc amplius et his amplius, pro præterea. Quint. Institution. Hoc amplius, intro et intus, loci aduerbia: eo tamen intus, et intro sum, solæcisini sunt Idem, His amplius apud eundem. Nam quis te iuuenum confidentissime. Adeo pro etiam. Cic. Pro Planco insector, posco, atque adeo flagito. Simul pro et uel etiam. Huc referantur, et horum contraria, nec, neque, neu, neue. Cicero Lentulo, Peto à te, ne id à me neue in hoc reo neue in aliis quæras. Sunt autem quæ his copulantur aliquando sensus energia, siue re uera, siue ut loquuntur, actu, ut Virgilius legit, et idē scribit. Aliquando potestate tantum, ut Ego lego et tu. Si quis enim plenam constructionē faciet, duo sensus etiam re ipsa apparebunt, ut ego lego, et tu legis. Ex his quatuor nempe, et, que, nec, neque, quæ geminantur, suspensiuæ prioris loco apte dici possunt, quod aliam eiusdem potestatis expectari faciant, uel affirmatiuam, Et fugit et pugnat, uel negatiuam. Iuuenal. Et lateri parcas nec quantum iussit anheles. Sunt ex his quæ explanationem quandam præcedentium inferant, sicuti διασαφηνῶς aduerbia, ut Virgilius, Manet alta mente repostum iudiciū Paridis, spretæque iniuria formæ, quasi nempe iniuria spretæ formæ, uel id est, iniuria spretæ formæ. Grammatici Epexegetin uocant.

Adeo pro etiam.  
Simul Pro & uel etiam:

Suspensiuæ.

Epexegetis.



Discretiue

Discretiue, quibus ea que discreta intelligi uolumus, conectimus: ut sed, sedenim, at, ast, atqui, quidem, autem, uaro, porro, quin pro sed, ceterum, uerum, uerum enim, uerum enim uero, quod cū si uel nisi, ut Iu. Quod si uexatur leges & iura: pro uerum si uel at si Teren. in Phorm. Quod ni fuisset incogitans, ita cum expectarem, ut par fuit. Ex his nonnullæ copulatiue leguntur. Itaq; etiā Prisciano & Grecis inter copulatiuas numerantur sicuti quidem, autem, uero Mihi separatas esse magis placuit, & discretiuas appellari, quod tali officio maximè fungantur, ut Achilles quidem fortis fuit, Ulysses uero astutus.

Disiunctiue

Disiunctiue quibus ea iungimus, quorū alterum, non utrumq; affirmamus. Quales sunt aut, uel, ne, siue, seu. Hæc quoq; cū geminantur, suspensiuè priori loco dici possunt: ut, uel scribit, uel dicitur.

Rationis.  
Redditiue

Rationis redditiue sunt, quas Prisc. propriè Causales uocat, quibus id quod subicitur, rationè esse eius quod præcessit significamus, ut nam, namq; enim, etenim, quod pro quia, quò pro quia præcipuè post non, propterea, q, quippe, utpote, siquidem, ut pro utpote

Continuatiue.

Continuatiue sunt, quæ (ut rectè definit doctissimus Theodorus) consequentiam aliquam sine substantia significantes, sensus coniungunt imperfectos, ut si dies est, lux est. ALITER, quæ consequentiam omnino, essentiam sub conditione, siue ex hypothesisi significant. ALITER, quæ essentiam non nisi ex pacto significant. Sunt autem hæc, si, sin, nisi, ni, & aliquando

quando quum & siue, cum si et ue(ex quibus com-  
poni uidetur)significationem habet.

Subcontinuativæ sunt quæ consequentiam rerū  
cum subsistentia significant, ut quoniam febricitas, ca-  
les. Eiusmodi sunt quoniam, quia, quando, quatenus  
Quintil. Institū. Quatenus huc incidimus, paulo plus  
scholis demus. Postquam, & cum pro postquam, an-  
tequam priusquam, quamdiu, quoad, & quod utrūq;  
horum significat, donec, & donicum. Cato, Sed usque  
licebit uellas, donicum in semen wideris ire. possunt ta-  
men multa ex his, cum postponuntur, pro ratiōis red-  
ditiuis accipi, ut salutem debeo tibi, quoniā tu me ser-  
uasti. Nec excidit posteriora horū inter aduerbia tēz-  
poris posuisse me. Sed sunt & coniunctiones tenuissi-  
mo plane ab aduerbijs discrimine, atq; haud scio an  
Latinis hoc unico, quod scilicet coniunctiones cū sunt,  
uerbū suum in subiunctiuo inferunt, Græcis facilis est  
discretio, ut qui ἔπ δυνίτηξ adiecto coniunctiones  
eas faciāt ὅταν, ἔπ δδ ἄρ, πριπ ἄρ, ἕως ἄρ, μέγισ-  
dicentes.

Subconti-  
nuatiuæ,

D. finitiuæ

ἔπ Definitiuæ, quæ præcedentis uerbi significationē  
determinant, ut quod. Plinius ad Serui Gaudeo et gra-  
tutor, quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti.  
Cicero in Salust. Credo quod non omnes tui similes in  
columes urbem uenissent.

Perfectiuæ.  
Qui pro ut  
Vt pro ne nō

Perfectiuæ uel absolutiuæ, quas alicui fini per se  
ctioiq; præponimus sunt hæ, ut, uti, & quo pro ut,  
qui pro ut, ne, & ut pro ne non Teren, Sed uim patris



ut queas ferre. Et ut ne, pro ut nō. Cic: pro Mil. Ope-  
ra datur, ut iudicia ne fiant. Et Prisciano interprete  
quatenus. Hor. iubeas miserū esse libenter quatenus id  
faciat. Acroni pro quamdiu eo loci ponitur.

Dubitatiuæ.

Dubitatiuæ sunt, quas ibi adhibemus, ubi de duobus  
dubitamus, ut ne, an, anne, num, nunquid, utrū, nec ne.  
Quædam ex his & in solutionibus problematū græ-  
co more adhibentur, cum uel de duobus ambigimus,  
utrum optemus, uel non pro certo affirmamus quod  
attulimus, sed ad legentis iudicium referimus, ut ex in-  
terpretibus, Donatus in Hecyra, Sed reprimam me, ne  
ægrè quicquā ex me audiat, Vtrum, inquit, ægrè pro  
malè, an ægrè pro inuita.

Collectiuæ.

Collectiuæ uel illatiuæ, quas etiam rationales uocat  
Priscianus, sunt, quibus consequi aliquid ea que pro-  
posita sunt significamus, ut ergo, ideo, igitur, itaq; id  
circo, quare, quamobrem, quocirca, proinde, ideoq;  
ideo. Et quod pro post quod uel quare, ut Ter. Quod  
te per hanc dexterā oro. Item propterea, & ea re. Ci-  
cero, Ea re statim ad te Aristocritum misi.

Quod, p post  
quod uel qua-  
re.

Aduersatiuæ.

Aduersatiuæ, quibus non obstare, nec impedimento  
esse quod dicimus significamus, ut, etsi, quanq̄, quam-  
uis, licet, tametsi. Et redditiuæ earundem, tamen attā-  
men, sed tamen. Quas græci ἐπιλακτικὰς uocant,  
quasq; tum adhibemus, cum ex duobus propositis al-  
terum præferre nos significamus, sunt, Quam, et cum  
pro quam accipiuntur, ac & atq;. Terentius, Que  
se

Epilectiæ.

se se inhonestè optauit parare hic diuitias, potius quã  
in patria honeste pauper uiuere.

Quæ elattotica græcè uocantur, id quod minus est  
concedi dignum, indicant, ut saltē, & cum pro sal-  
tē accipiuntur, at, certe, uel: ut, ne uel latū digitū cecidit.

Elattotica

Sunt & quas expletiuas ueteres dixere, tales scili-  
cet tum demum merito censendæ, cum additæ uel de-  
tractæ nihilo plus aut minus efficiunt, ut enim in ate-  
nim, & sedenim, & enimuero, & cum inchoat clau-  
sulam. Cicero ad Q. fratrem, Atenim inter hos ipsos  
existūt graues controuersie: Vergilius, Sedenim Tro-  
iano à sanguine duci Audierat, Terentius, Enim uero  
Daue, nihil est loci segnitie, neq; socordie. Idē Adel.

ExpIetiua

Enim non sinam. Et nam aliquando. Vergi.

Nam quis te iuuenum confidentissime  
nostras iussit adire domos?

FINIS LIBRI.

f 4

THOMAE



33 DE EMEND. STRUCT.  
THOMAE LINACRI  
ANGLI DE EMENDATA  
structura, siue de partium Enal-  
lage Liber II.



**H** T DE OCTO QUIDEM  
orationis partibus earumq; spe-  
ciebus, quatenus nimirum ad con-  
structionis rationem potissi-  
mum attinent, hactenus dictum  
esto. Superest quoniam eadem  
ab autoribus uariè confundun-  
tur, & alie pro alijs usurpantur (Græci generaliter  
Enallagen, priuatim Antimeriam uocant) ut de hac  
quoq; aliquid dicamus. prius tamen admonitis qui  
legent, ne quicquid hic ab autoribus usurpatū asseren-  
tur, licere sibi utcunq; putent, si modò ueteribus, quos  
sibi imitandos proponunt, similes esse in dicendo stu-  
dent, Quis enim id. speret, qui quod illi quauis neces-  
sitate, interdum uero humano lapsu, dum alio fortas-  
se fuere intenti, uel etiam in curia, semel aut iterū, in  
summa rarissimè admiserunt, promiscuè et familiari-  
ter utitur? Imo uero sit dissimilimus necesse est, decla-  
rāt id facile, qui talia maxime affectant, ut docti alio  
qui, sed iudicio corruptissimo, ne dicam infelici, quos  
tamē ab alijs intelligi, quā a me nominari malo. Sed  
Illuc reuertor. Sicuti quod passim legis, securus repo-  
nas: ita quod rarum aut infrequens est, non nisi qua-  
tenus

tenuis usurpatum ab alijs est, sequendum censeo, Ita enim perpetuo rarum manserit. Hoc mihi pro multis locis, quorū est commune, dicendum fuit, nec scio an alibi opportunius. Fit ergo Antimeria, siue partium Enallage quatuor modis. Nam aut declinabilis pars ponitur pro non declinabili: aut nō declinabilis pro declinabili: aut declinabilis pro declinabili: aut non declinabilis pro non declinabili.

## PRIMUM GENVS:

**I**N primo genere, nomen præpositionis loco ponitur ut secundum pro κατὰ Quintil. Secundum consuetudinem. Et loco aduerbij adiectiuum quidem, ut recens pro recenter. Verg. Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris. Talia sunt: Toruum clamat, sublimiter, ualde. præterea nonnulli datiu in o, ut certo, sedulo, optatō, auspiciatō, pseudulō falsō, uerò, pro certe, sedule, optate, auspicate, pseudule, false, uere. Po-

Nomen pro-  
præposit. one

Adiectiuū p  
aduerbio.

Veros

stremum autem horum, id est uerò, ut Donatus refert, modo pro aduerbio confirmandi, siue, ut idem uult, consensuendi, ut Ego uero maneo Cic. Ego quidē Serui uellem, ut scribis, in meo grauissimo casu affuisses ubi quid si pro ἔγωγε Græco accipi dicas: Accipitur Donato & pro particula quæ ironiam iuuat ut Egregiā uerò laudē, & spolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus. Modò pro coniunctione, ut tum quidem eam præcedit. Præterea ut expletiuua uel ornatiuua est ut Ter. id uerò est quod ego puto mihi palmariū me

f 5 reperisse.



repperisse. Vbi ait Donatus, nisi ornatium esset, nihil significaret. Idē & pro interiectione stomachantis accipi ait, in illo Eunuchi, Moue uero ocyus te nutrix.

Appellatiuū  
pro aduerbio

Appellatiuum uero pro aduerbio: ut, Nec uox hominem sonat: pro eo quod est humaniter. Et Bacchanalia, uiuunt, pro bacchanaliter. Quanquam hoc genus per illos ablatiuos, more uel ritu: uel etiam eiusmodi uerba, qualia sunt Exhibet, representat, præfert interpretari licet sic. Sonat ritu, uel more hominis, uel representat, uel præfert hominem. Quemadmodum Verg. locutus uidetur in decimo, Frons hominem præfert. Item quid pro quorsum, uel ad quid.

Quid pro  
quorsum, uel  
ad duid:

Verg. Quid tibi odorato referam sudātia ligno, Balsamaq; & baccas semper frondentis achanti? Quid nemora? Aethiopum molli canentia lana? Idem, Quid maiora sequar? Et nullus pro non. Cicer: Philotimus non modo nullus uenit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorē fecit me, quid egerit. Idē, Querit ex proximo uicino, num ferie quedā piscatorum essent, quod eos nullos uideret. Et Ter. Et si nullus dixeris. Et nomen pro interiectione, ut malum in illo Terentij, Quid malū alij. Et nomen, siue pronomen pro coniunctione, ut idem pro etiā, auctore Laurentio. Cic.

Nullus pro  
no n:

Nomen pro  
interiectione:  
Pronomen  
pro coniun-  
ctione.

Est huic coniuncta beneficentia, quam eādem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet. Quintil. Si causam ueneficij dicat adultera, non Marci Catonis damnata iudicio uidetur, qui nullam adulteram, non eandem esse ueneficā, dixit. Col. Nullum enim te-  
merē

Idem:

mere uideamus locum, qui modo pigrū cōtineat humorem, non eundem uel nigri, uel cinerei coloris.

Pronomē pro aduerbio.

Et Pronomen uel prouocabulum pro aduerbio, ut hic cum in loco, & hoc, eo, illo, quo cum ad locū significant, & qua siue per locum significet, siue pro partim accipiatur, ut Cicero ad Qu. fratrem, Ita omnia conuestiuit hedera, quā basim uillæ, quā inter columnia ambulationis. Plin. ad Marc. Medium tempus distentū impeditumq; quā officijs maximis, quā amicitia principū egisse: Quod quoq; pro cur uel quam obrem in illa dicendi figura, cum similibus, qualis est, Vergil. Bucol. Si ad uitulā spectes, nihil est quod pocula laudes. Cicero Terentia, In uiam quōd te des hoc tēpore, nihil est. Idem, Credo ego uos mirari &c. quia sit quōd ego potissimū surexerim. Plaut in Aulu. Iam ad te reuertor. Nam est quod te uisam. Et pronomen uel prouocabulū pro coniūctione, ut quōd pro quia: et eō pro propterea. Tere. Nō pol quōd quenquā plus amem, aut plus diligam, eō feci. Caesar Commentar. His Caesar ita respondit, eō sibi minus dubitatio- nis dari quod; ea res quas legati Heluetij cōmemorassent, memoria teneret. Et quod pro quia. Cicc. ad Att Quod scribis de Hermathena, per mihi gratum est ornamentum Academiae propriū meæ. Quod et Hermes commune omnium, & Mimerua singulare est insigne eius gymnasiij. Secundo enim loco quod pro quia legitur. Idem, Vtinā illum diem uideā, quum tibi agā gratias, quōd me uiuere coegisti Et pro sed, uerum, uel at

Prouocabulū uel pro nō est pro coniūctione.

Quod.

quo



quo modo fere cum si uel nisi iungitur. Ter. in Phormione, Quod si tibi res sit cum lenone qui cum mihi Idem, Quod ni fuisset incogitans. Verg. Quod nisi et assiduis terram insectabere rastris. Et pro quare, uel itaq; Tere. Quod te per hanc dexteram oro. Nec me preterit, Donatū per eclipsim præpositionis post huiusmodi loca interpretari. Accipitur etiam et pro quadam tantummodo continuatiōe, siue cōnectione, quoties utinam adiunctum habet Cic. Terentia, Cum ad uos scribo, aut uestra lego, conficior lachrymis, sic ut fere non possim, quod utinam minus uitæ cupidus fuisset, certe nihil, aut non multum in uita mali uiddissemus. Teren. Rogitas qui mihi tam audacis facinoris conscius sis? Quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Quasi atq; utinam, uel utinam autem fuisset: et, atq; utinam, uel utinam autem ne incidisset. Et pro ὅτι διαβεβαιωτικῶς, ut in talibus, Scio quod scribis, uel scribas. Et pro καὶ ὅτι uel καὶ ὅσῳ, siue quatenus Terentius, Hæc omnia confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum Cicero ad Attic. Nunc uerò censeo, quò commodo tuo facere poteris, uenias ad id tempus quod scribis. Plautus Menech. Non ædepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc diem uidi, id est, quantum. Terentius, Tu ne has pepulisti fores? Non equidem istas quod sciam. Idem, prodidisti te atque illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit: pro quantum quidē in te fuit nisi potius Græcum illud significari putas τὸ ὅσῳ μὲ

93 DE EMEND. STRVCT.

909. Cicero Teren. Tu uelim quod cum commodo uale-  
 tudinis tuæ fiat quam longissime poteris obuiam no-  
 bis properes, id est, quantum Quintilianus, Ego, quod  
 consuetudo obtinuerit, scribendū, quidq; iudico, quo  
 modo sonat pro quoad, uel quatenus. In illo enim cū  
 similibus, ubique prouocabuli naturam seruat κατ'  
 ἐναλλαγῆν πῶσως. Terent. Sed si quid sit, quod  
 mea opera opus sit, aut tu plus uides, quam ego, ma-  
 nebo. uidetur enim, quod, pro in quo positum.

Et uerbum, uel potius sensus pro aduerbio, ut ama-  
 bo, & amabo te, sodes sis, sultis. Cicer. ad Atticū Sed  
 amabo te nihil incommodo ualeitudinis tuæ feceris.

Vetbum uel  
 sensus pro ad  
 uerbio,

Item, Secundo loco, pro deinde. Cic. Lentulo, Facile  
 secundo loco me consolatur recordatio memoriū tem-  
 porum, quorum imaginem uideo in tuis rebus. Non  
 enim præcessit primum, aut primo loco.

Secūdo loco:

Et uerbum pro coniunctione, ut licet, & licebit,  
 cum pro quamuis leguntur. Martialis, Tu Cæsar uel  
 nocte ueni, sint astra licebit, Non deerit populo, te ue-  
 niente dies.

Verbum pro  
 coniunctione:

Et participiū pro aduerbio, ut libens pro libenter.  
 Plautus, Duorum labori hominū parissim libens. Te-  
 rentius, Ego uero ac lubens. Vergil. At belua Lerne  
 horrendum stridens. pro horrendē. Et participiū uel  
 participiale nomē pro interiectione, ut in illo, Naui-  
 bus infandum amissis,

Participiū  
 pro aduerbio

Participiale  
 pro interiecti  
 one:

SECUNDVM GENVS:

Secundum genus, quo indeclinabile pro declinabili  
 poni



Præpositio  
pro uerbo.

Aduerbum  
Pro nomine.

poni dicimus, ex his spectandum est, Præpositio pro uerbo legitur, sed Græco more, ut, Nec fuga iam super ulla, pro superest. Et pro participio, ut, O mihi sola mei super Astyanactis imago, pro περιούσια. Aduerbum pronomine adiectiuo. Tere. Sic uita erat. Idem. Est dijs gratia quum ita est ut uolo. In his sic & ita, pro talis accipiuntur. Idem, Atq; hæc perinde sunt, ut illius animus est, qui illa possidet. Cor: Balb. et C. Opius Ciceroni, Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum uirorum cōsilia. Hic pro talia & qualia, & quales ponuntur perinde, ita & ut. Terent. Ut ut erat, mansum tamē oportuit, ubi ut ut pro qualiscunq; ponitur. Quā præterea ponitur pro quātum, ut alibi dicemus. Iam alia non pauca pro nominibus posita legas. Terent. in Phor. Ut bene sit tibi. Idem Alijs quia desit quod ament, ægrè est. Vergil. Terro- rum & fraudis abunde est. Mart. Ohe iam satis est, Ohe libelle. In his enim, bene ægrè abunde, et satis pro nominatiuis nominum sunt posita. Pridie quoq; et postridie, & ante, quum præpositionibus subiiciuntur, ut Cicero ad Atticum, De Quinto fratre nuncij nobis tristes, nec uarij uenerant ex ante diem Non. Iunij usque ad pridie Calendas. Idem alibi, Ibi uolo esse usque ad pridie Calendas Maias. Plinius, Coitus à Delphini exortu, ad pridie Nonas Ianuarij. Item partim pro quidam, ut, Partim hominum uenerunt, pro pars hominum, id. est, quidam homines, sic enim interpretatur

interpretatur. Gellius. Et quā partim hominū, pro cū  
 quibusdam hominibus. Et Cato ex eodem, ibi pro scor  
 to fuit, surrectauit ē conuiuio cum partim illorum. Et  
 Quintus Claudius, quem tamen in solentius usum hac  
 particula Gellius ait, Ego tamē arbitror Claudii lin  
 gua sui temporis nō incommode usum. Eius uerba ex  
 33 Annal. hæc affert, Sed idcirco me fecisse, q, utrum  
 negligentia partim magistratū, an avaritia, an cala=  
 mitate populi Romani euenisse dicam, nescio. Nō dis  
 simili ratioē mihi tria illa, amplius, plus, minus, quum  
 in aduerbia transferunt, pro comparatiuis nominibus  
 usurpari uidentur. Quod ex subiectis autorum excem  
 plis eruditis uiris æstimandū relinquimus. Certe Lod.  
 Viues, alterum lumen literarum exoriens, non impro  
 bat. Plinius IO, Plus uicena quina oua incubanda sub  
 iji uctant, id est, plura quam uicena, ut ego interpre  
 tor. Idem, Torrens uero amplius centum, id est, plu=  
 res quamscantum. Idem, Incubant totidem dies, nun=  
 quam plus ternos. Liui. Hostium plus mille cæsi, Roma  
 norum minus mille, pro plures quam ternos, plures  
 quā mille, et pauciores quam mille. Idem, Victi ama  
 plius ducentis cecidere, pro plures. Cælius Ciceroni,  
 Amplius, quadraginta diebus mansit, id est pluribus  
 quā quadraginta. Aulus Hircius, Amplius duorum  
 milliū terga uerterunt, ubi etiam subdendus ablatiuus  
 numero, ut sit plures numero, duorum milliū. Cæ=  
 sarr, Vna ex parte leuiter accliuus aditus, in latitudi  
 dem non amplius ducentorum pedum Pelinquebatur.  
 pro

Lod: Viuis  
 laus



pro non amplius spatium ducentorum pedum Quae nunc  
 subijciam, aliter sunt curanda, quum tamen non inco-  
 modè huc referantur. Caesar, A millibus passuum mi-  
 nus duobus castra posuerunt, id est, à paucioribus pas-  
 sibus, quam duobus millibus, Non enim à paucioribus  
 millibus quam duobus accipiendum. Liuius, Amplius  
 sex millia hominum capto, pro plures quam sex mil-  
 lia hominum capti, ut sit in illo amplius. Enallage par-  
 tis pro parte. In capta, Enallage generis pro genere,  
 In illo uero plus millies audiui, non pro nomine acci-  
 pitur illud plus, sed pro aduerbio sepius. Non admo-  
 dum dissimili ab illis ratione leguntur duae praepositio-  
 nes supra & intra. Liuius de 2 bello Punico, Cartha-  
 ginensium sociorumque caesa eo die supra millia uiginti  
 pro plures quam uiginti millia caesi, ut uel subaudia-  
 tur quae, et supra ponatur pro plures: praeterea caesa  
 pro caesi, uel praepositio cum suo casu loca sit nomina-  
 tiui, sicut in illo aduerbium cum appendice. Amplius  
 numero duorum millium terga uerterunt. Item Plin.  
 (ut corrigat et interpretatur felicissimus in utroque ge-  
 nere Budaeus) Huius uillam intra quam modicam, qua  
 dragies piscinae uendiderunt, pro minore quam modi-  
 cam, Infra uero & supra cum aduerbiantur, pro ad-  
 uerbijs comparatiui gradus inferius & superius. Ci-  
 cero, Stomachi autem partes, quae sunt infra quam ci-  
 bus deuoratur, dilatantur, & arteria aspera ostium  
 habet adiunctum linguae radicibus paulo supra quam  
 ad linguam stomachus adnectitur, pro inferius quam  
 ubi

Bisus

tur, quod quæ tradita marito erat, se nubebat, hoc est uelabat. Quam rationem non aduertentes, passiū putarunt, quū tamen non recipiat pro agente ablatiū cum præpositione, sed datiuū περιποιητικῶς. Ter. Qui ex te auditum aiebant filidm meā nubere gnato tuo. In illis quoq; perfregit brachium, uulnerauit pedem: per actiuum intelligitur passiū nempe, perfractum est ei brachium, uulneratus est ei pes. Et absolutum pro actiuo, ut Ardebat Alexim, pro amabat, ut Priscianus interpretatur. Idem in Bucol. Et mutata suos requirunt flumina cur sus. Idem in 7, Diues in accessos ubi solis filia lucos, Assiduo resonat cantu. Terentius, Vna omnes se foras proruunt. Vbi ait Donatus, neutrale pro actiuo positum. Verg. Et spumas salis ere ruebant, hoc tamen sit per detractionem præpositionis è, ab eruebant. Passiuum pro actiuo, sed rarius. Vergilius, Bellantur Amazones armis. Idem, Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt, pro expoliant. Idem, Et placidum paci nutritor oliuā, pro nutrito. Sed hæc antiquitatem redolent, apud quā uidetur singulis actiuis datum esse suum medium, siue Commune, sicuti apud Grecos. Diuersum omnino ab his genus est, quum nomen & uerbum pro uerbo περιποιητικῶς ponuntur, frequentissimū apud autores genus, maxime à nobis hic propter constructionis rationē notatum, quæ minus clare nonnunquā sub hoc genere perspicitur. Trāsit enim aliquādo in infinitos uerborum modos, ut in illis. Cic. pro lege Manil. Equi



tibus Romanis honestissimis uiris afferuntur quotidie  
 literæ, quorum magnæ etc. Bythinie, quæ nunc uestra  
 Prouincia est, uicos exustos esse complures, Idem, Mi-  
 sit ad me puerû, sed ad me uenire. Pli. 20, Var. quæ  
 sale aut aceto pisa est arefacta uermiculis, nõ infesta  
 ri autor est. Et Ouidius, Signa dedi uenisse deum. Et  
 Cicero ad Varronem, In spem uenio aduentum tuum  
 appropinquare. In his afferuntur literæ, pronüciatur.  
 Misit puerum, pronunciauit. Autor est, pro affirmat  
 Signa dedi, pro significauit. In spem uenio, pro spero  
 posita sunt. Talia quoq; sunt, Do fidem, pro iuro uel  
 confirmo, ut Donatus exponit. Stat sententia, pro pla-  
 cet. Et metum capio, pro metuo. Suet. Quos metus ce-  
 perat, nihil non ausurum eum in summo magistratu:  
 huc reducantur & illa, compertum habeo, explora-  
 tum habeo: pro comperi, & explorauit. Huc etiam re-  
 feras & honestas huiusmodi periphrases, oratum ue-  
 lim pro orem. Missum facio, effectû dabo. Terentius,  
 Missa isthec faciamus. Idem, Quin iam effectû dabo  
 pro mittamus & efficiam. In omnibus tamen his uide-  
 tur perfectius et absolutius aliquid per participia si-  
 gnificari. Aliquando infinitas particulas cum uerbis  
 subiunctiuis, ut in talibus, Terentius, Nunc quam rem  
 uitio dent, quæso animû aduertite. Vbi animû aduer-  
 tite, pro aduertite uel intelligite est positû, ne duo ac-  
 cusatiui ad uerbum aduertite cui unus satis facit, refe-  
 rantur. Est enim sensus infinitæ particule sepe loco  
 accusatiui. Ver. Deniq; quid uesper serus uehat unde  
 feremus

serenus etc. Sol tibi signa dabit. Subijciūt sibi eiusmodi periphrases, & alias particulas, ut in talibus. Cicero Attico, Ut alicui des negotiū, qui quærat. Idem, Si puero negotiū dederis ut quærat. Est quando ad uerbum & uerbum pro uerbo sumuntur. Ter. Alijs quia desit quod ament, egrè est, tibi quia superest, dolet. Est etiam ubi interiectio ex duabus partibus pro uerbo accipitur ut in illo Cic. Me miserū te ista uirtute, fide, probitate, in tantas ærūnas propter me incidisse, pro miseret, uel uehemēter dolet. Et in illo eiusdē Otēpora fore quū dubitet Curtius cōsulatū petere

SPECIERVM PARTICIPII  
ENALLAGE.

**N**ec minus inter participij species Enallagen reperias. Nam & actiuum ponitur pro passiuo, ut Iustin. Ille plaustrum quo uehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum maiestati consecrauit regē. Sic & Gel. Qui ornarent introire solitos equo uehentes, pro uecto & uectos. Sic uector pro uecto ponitur. Sic etiā dicitur euident, pro eo quod aperte uidetur & intelligitur. Et indulgentior et indulgētissimus, pro eo nonnunquam cui indulgetur. Et horrentia Martis arma, pro horrenda positum uidetur.

Passiua. p  
actiuis.

Et contrā passiua pro actiuis, sicut quæ a Laurentio notātur, circumspēctus, cōsideratus, incōsideratus, disertus, cautus, tutus, argutus, falsus, cōtentus, tacitus profusus, scitus, discretus, cōplacitus, inueteratus, iuratus, excretus, exoletus, adultus, defectus, ignouus.



Non tamē hæc omnia ubiq; sumuntur actiue, sed quædam interdum passiue. Cautus, ut Cicero, Quo res mulieri esset cautior. Tutus, ut Tutus à periculo. Falsus, Terentius, Falsus es animo. Tacitus Vergilius, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat? Ignotus uel frequentius. Vergilius ipse ignotus, e gens. Ponitur & passiuum participiū pro actiuo. In synecdoche non raro. Horatius, Leuo suspensi loculos, tabulamq; sinistro: Vergilius, Tum breuiter Dido uultum demisse profatur. Ouidius, Siue aliqua est oculos in me deiecta modestos. Non incommode tamē talia per ablatiuū in consequentia interpretare, Suspensis loculis, demisso uultu, deiectis oculis, præsertim quum pro Aoristis siue indefinitis græcorum actiuis posita uideantur, quæ per eiusmodi ablatiuum commodissime interpretantur.

Passiuum  
participiū  
pro actiuo

## IN ADVERBIIS ENALLAGE

DE alterius Pro altera præpositionum abusu, quas alioqui in species distinguere non satis fuit promptum, dictum supra est. Quare nunc de aduerbijs dicendum, in quibus nonnunquam notatur Enallage, ut quum ea quæ loci pro ijs quæ temporis sunt, ponuntur, Quod tamen contra non fit, ut Priscianus monet. Terentius, Hic ego illum contempsi: præ me. Idem, Ibi homo cœpit me obsecrare, ut sibi liceret discere id de me. In quibus exemplis hic & ibi, pro tunc accipit Comicus. Quinetiā appellatio ipsa loci pro tēpore sæpe legitur. Ter. Atq; alia multa, quæ nunc non est narrandi

Locius

locus pro eo quod est narrandi tempus. Ad quem modum etiã nũeri appellationẽ pro rhytmo ponit. Ver. Et numeros memini, si uerba tenerem.

Aduerbia qualitatis pro aduerbijs intendendi, ut bene male, peius, pro ualde et ualdius. Cicero, Habe= tis orationem bene longam. Terentius, Male multa= bo illam. Cicero, Addebat etiam id quod ad rem perti= nere credebat, scriptores illos male multatos. Idem, Quo neminem ueterani peius oderũt, Ouidius, Que= stiq; peius amo.

Aduerbia qualitatis pro aduerbijs intendendi:

Ponitur & non duntaxat pro non solum. Liuius in 56, Nec animum nobis duntaxat fidelem ac bonũ prestilit, sed omĩbus interfuit bellis que gessistis. Paulus, Quum tutor non rebus duntaxat, sed etiam mori= bus præponatur. Rarus tamen est hic abusus.

Nõ duntaxat pro nõ solum:

Et nequicquã pro non. Catull. Rufe mihi frustra nequicquam credite amice. Persius, Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Nequicquam pro non:

Præterea qua pro quacũq;. Oui. Nunc mihi qua totũ Nereus circumsonat orbem, Perdendũ est mortale genus. Idẽ, Qua terra patet, uera regnat erynnis. Idem, Qua latum Nereus cærulus ambit humum.

Qua pro quacũq;:

Et interim pro aliquando, Quintilianus, Et interrim excusantur hæc uitia.

Interim pro aliquando: Olim pro aliquando:

Item olim pro aliquando. Horat. Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores.

Item tanquam pro sicut. Terent. Tanquã philoso= phorũ habẽt ex ipsis disciplinæ uocabula. Plin. 9. Ut

Tanquam pro sicut.



118 DE EMEND. STRVCT.

tanquam in uictu frugū noscitur ratio, sic omnes qui istis gaudent, præmia uitæ suæ calleant.

Item ne pro non. Cicero, Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Idem, Misi ad te exemplum, ut si minus placeret, ne remitteres.

Aduerbiū  
temporis  
pro aduer-  
bio solitu.  
¶ n s:

Aduerbiū temporis pro aduerbio solitudinis. Modo pro tantum. Terent. Scis te pollicitum Cherea, ali- quid inueni modo quod ames. Quintil. Vcteres enim, quorū fuerunt Aristoteles & Theodectes, uerba modo & nomina & coniunctiones tradiderūt.

Adeo tam  
perinde &  
ita pro  
ualde.

Adeo, tam perinde, & ita pro ualde. Terent. Iu- uenem adeo nobilem. Plinius, A pluuijs serenitatē non perinde certam Quintil. Videlicet ut corpora infan- tium nec casus, quo in terrā toties deferuntur, tā gra- uiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio. Ita uero præsertim post negationem. Cic. Nec ita mul- to post edictum Brui affertur & Casij. Quintil. Nec res est ita magni temporis ac laboris.

IN CONIUNCTIONIBVS ENALLAGE:  
IN coniunctionibus uero uel frequentius enallagen ui- deas. Statim in ipsis copulatiuis.

Que pro  
etiam

Que pro etiam, ut Plinius 35, Ab hoc eodem factū Hercule, qui hodieq; materiæ nomen in urbe retinet.

Quoq; p  
similiter:

Et quoq; pro etiā: uel, ut Seruius exponit, pro si- militer: ut, Tu quoq; littoribus nostris Aencia nutrit.

Copulati-  
ua pro dis-  
iunctiuis.

Item copulatiua pro disiunctiuis, ut Verg: Aut pe- lago Danaum insidias suspectaq; dona præcipitare iubet, subiectisq; urere flammis, pro aut subiectis.

Et

Et disjunctiua pro copulatiuis, ut uel pro etiã. *Terentius*, Vel rex mihi semper agebat gratias.

Disjuncti-  
ua pro co-  
pulatiuis.

Rursus copulatiua pro rationis reddituius. *Verg.* Audieras & fama fuit, pro nã, uel quia fama fuit. Si militer in illo *Quintil.* Has primum audiet puer, harũ uerba effingere imitãdo cõabitur. Et natura tenacissi mi sumus eorum, quæ rudibus annis percipimus, pro nam uel quia. Et in illo *Quintidij*, Nil aliud, Vestrã quam puram intellige flammam, Nataq; de flamma corpora nulla uides. pro nata enim. Nec aliter in illo *Cicer.* Non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partem sibi uindicat patria: pro ortus enim.

Copulatiua pro electiuis, ut atq; & ac pro quã *Terent.* Neue aliorum atq; ego feci acceperit. Sed de ijs in constructione plenius.

Copulati-  
ua pro e-  
lectiuis;

Neq; pro & non diuisis. *Terent.* in *Phormione*, Neq; eum aut facere. Sed hoc græcum est.

Neq; pro  
& non;

Item at pro saltem. *Cic.* pro *Lucio Flacco*, Si non propinquitatis, at ætatis suæ, si non hominis, at humanitatis rationem haberet.

At pro sal-  
tem.

Nam pro autem, ue, simili discretiua, ut *Cicero* in *Salustium*, Nam quod in uxorem & filiam, meã tantum petulanter inuectus es. Non ignorandum hanc & ingressum tantum rei aliquando significare, ut *Terent.* Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognoscet, & quid facere in hac re te uelim. Nam is postquam excessit ex ephebis, &c.

Nam pro  
autem.

Nisi pro quam. *Salustius*, Nihil aliud de fatigando

Nisi pro  
quam.



nisi odium querere. Terent. Nihil uolo aliud nisi Phi  
lomenam. Cic. Cura igitur nihil aliud nisi ut ualeas:  
Idem, Quid est aliud gigantū more bellare cum dijs,  
nisi nature repugnare: Rectum enim in his omnibus  
uidetur, si quā loco nisi ponas.

Non est monitu alienum & quod, ut non, pro nisi  
uel quin, honesta uarietate accipitur. Cicer. pro lege  
Vt nō pro  
nisi uel qui Manil. Non enim possunt una in ciuitate multi rem  
atq; fortunas amittere, ut non plures secū in eandem  
trahant calamitatem.

An p siue Videtur quoq; & an, pro siue accipi in illo Liiij  
in primo, Ex eō finitimis populis turba omnis sine dia  
scrimine, liber an seruus esset, auida rerum nouarum  
perfugit nisi in genitio totum illud, liber an seruus  
esset, sub appellatio illo discrimine intelligas.

Siue pro  
si & uel: Item una illa siue pro duabus si & uel. Cicero  
Attico. Et Hillarum suum libertum uenisse à Sexto  
cum litteris ad cōsules, siue quo alio nomine sint: pro  
uel si quo alio nomine sint.

Vt p quod Vt quoque, pro quod Prisciano autore legitur in  
tali figura, qualis est Terentij in Phorm. Si est, ô pa-  
trūe, culpam ut Antipho in se admiserit, non causam  
dico. Et Plin. 18. Neque est ut putemus ignorari ea  
ab animalibus, quæ quidē quæ preparauerint contra  
serpentium dimicationem, quæ post præliū ad meden-  
dum excogitauerint, iudicauimus.

Sunt & aliæ rationes, sed ad tropon potius refe-  
rendæ, quales sunt, cum tristis pro similis tristi acci-  
pitur

pitur, ut Terent. Accipio tristis terram intuens modeste. Et turbatus pro simili turbato. Verg. Namq; ut conspectu in medio turbatus inermis. Simile est quum dicimus & loquimur pro dicere & loqui solemus, usurpamus. Et quum speciali utimur pro generali, ut Ouid. Iuppiter é terra genitā mentitur, ubi mentitur pro dicit positum est. Idem, iussit & extendi campos, subsidere ualles, ubi extendi & subsidere pro fieri posita sunt. Hæc autem Enallages ratio est Græcis familiarissima, et interpretes ipsius ignaros, nonnunquam torquet. Præterea quū factum pro dicto ponitur, ut Verg. in Buc. Pasiphaen niuei solatur amore iuuençis pro canit, ut sic dicam solatam, uel adiungit solatam. Rursum, tum Phaëtoniada musco circumdat amara Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. Vbi circumdat & erigit, pro canit circumdatas & erectas. Non aliena ab his sunt talia, qualia Plinius utitur, Terentium molibdenam in plumbo dicendam. Intel=

ligitur enim in tractione uel ca=  
pite de plumbo.

FINIS LIBRI II.

h 3

THO



DE EMEND. STRVCT.  
**THOMAE LINACRI:**  
 ANGLI DE EMENDATA STRV-  
 ctura, siue de Constructione nominis et pro-  
 nominis, Liber tertius.



Constru-  
 ctio quid:

**A**C DE ENALLAGE TVM  
 partium ipsarum generalium  
 tum quae sub his comprehensa  
 sunt, generū, haecenus dictum  
 esto. Deinceps de ipsa partium  
 inter se emendata structura,  
 quae etiā cōstructio dicitur, agam  
 mus. Est igitur constructio debita partium orationis  
 inter se compositio, sicuti recta grammatices ratio ex-  
 igit. Porro recta grammatices ratio ea est, qua ue-  
 rum probatissimi plurimum cū loquendo, tū scriben-  
 do sunt usi. Hanc cum admodū sit uaria, diuissimē in  
 genera, sicuti in alijs artibus fieri solet, ut docēdi cō-  
 pendio plurimum conducet, ita fateor uereri me, ne a  
 proprio artis fini nonnullos retardet, dū huc auocati  
 curiosius ista quae ex usu sit, disquirent: cuiusmodi uitio  
 utilissimas saluberrimasque artes ad garrulitatem uer-  
 baque propemodū redisse scimus. Sed cū mea culpa nō  
 erit, si quae ago, puer sa in genia in aliā partem, atque ego  
 destinavi, rapiāt, & simul sperē uertendū, mihi uitio  
 non esse, si aliarū artium scriptores imitatus, breuitate  
 diluciditateque; (quam apta generū distinctio maxime  
 profecto praestat) felicioribus in genijs consulā, tētabo  
 confusam

confusam constructionis laxitatē in certa genera diducere. Quod tamē si minus aptē præsitero, quisquis ad publicam utilitatem id corriget, huic tantū aberit ut ueluti correctori succenseam, ut etiam tanquā adiutori debere me sim professurus. Sunt ergo constructionis duo prima genera. Alterū, cui nec deest quippiam, nec redundat, nec loco suo abest, nec immutatur quod nō immeritō iustū appelletur. Alterū contra, cui deest aliquid, uel redundat, uel loco suo abest, uel immutatur, non tamen sine summorū in Romana lingua uirorū exemplo, quod figuratum dici potest. Horum quoniam utrunq; tractare seorsum statuimus, prius in duplex, rursus genus diducimus. Alterū quod ex persone ratione totum pendet, quam ab argumento proso-  
piceu appelles. Alterum, quod persone discrimen non agnoscit. Personam hoc loco generaliter appello, quicquid rationem exhibet alicuius ut sustentis, uel uocati, uel agentis, uel patientis, uel cui accedit, deceditue quippiam, uel cause, uel loci, uel tēporis, uel instrumenti, uel deniq; quod casus alicuius propriā rationē præsert, noceturq; (si nō displicet) hæc constructionis persona. Sicuti altera, quæ ab hac est diuersa, sermois nempe quæ loquitur, ad quā sermo dirigitur, de qua sermo habetur. Proximū genus, quod persone differētiā nō agnoscit, rursus in duas scinditur species, Vnā quæ non declinata Syncategoremata recipit, unde et Syncategorematicen nō incōmodè dixeris. Voco generatim Syncategoremata, quæ nec solidū quippiā significant,

Duo prima genera constructionis.

Persona quid



gnificant, nec in oratione nisi cum alijs iuncta consi-  
 stunt. Quod genus sunt non declinatæ partes omnes,  
 & ex declinatis interrogatiua, & partitiua, & par-  
 ticularia, & uniuersalia nomina, & quædam etiam  
 pronomina. Alterā, quæ in uocibus duntaxat pro lin-  
 guæ Romanæ proprietate iungendis, tota uersatur.  
 Hæc in delectu et ordine tota cōsistit. Delectu, ut cum  
 superlatiuis quisq; potius subijcis quam omnis. Ordine,  
 cum dicis, Quam urbē statuo, potius quam urbem  
 quam statuo, Videturq; hæc reliquorum generum cō-  
 munitis. Quinetiam cum figurato interdum se cōmuni-  
 care. Itaq; nec certo aliquo loco à nobis, sed sparsim  
 prout occasio eius erit, tractabitur, Vocetur autem (si  
 placet) latina, quoniā latinæ linguæ sit propria. Om-  
 nibus his generibus illud primum commune est, quod  
 in uocibus, non in rebus eorum congruentia spectatur  
 Neq; enim si indicata muliere dixeris, hic me cedit, in  
 congrua statim partiū cōstructio arguitur, nisi mulie-  
 ris uocabulum cum pronomine subaudias, Quia ratio  
 ne tectum solœcismum committi nemo neget. Si enim  
 uiri uocabulum subaudias, ad cōstructionis certe con-  
 gruentiam nihil desideratur. Rebus tamen uocabula  
 parum recte reddideris. Verum id genus in barbaris-  
 mum potius cadit, Similis adhibenda et in talibus di-  
 scretio est: Si quis ad unū loquens, dicat uenite: aut ad  
 multos discede, nam si in priore subaudiat tu, in po-  
 steriorem uos, Solœcismū faciat. Sin illic uos, hic tu, nō  
 Solœcismum, sed Barbarismum. Commune quoque et  
 illud

illud est, quod in duabus minimum uocibus, eorum natura spectatur, id quod ex uocabuli ipsius tum uerbum definitio facile intelligitur, nec serè plane pluribus nisi Syncategorema uel nūerale sit quod tertio loco adijcitur, ut Centum niuei iuueni, Nullus uir bonus, Quidam homo diues. Omnes boni ciues, Hic uir prudens, Ad oceanum usq;. Ceterum ex duabus his uocibus quibus minimis constare constructionem diximus, in prosopis, altera subiecti & tanquam basis rationem sustinet, ueluti propria nomina et appellatiua, altera eius quod huic sepe innititur, ac de ea dicitur eòq; sine ea consistere in oratione non potest, ut adiectiua, & quæ adiectiuorum naturam imitantur et uerba & quædam Syncategoremata. Sed quam ex persone ratione pendere diximus, quæ scilicet latissimè patet, & ideo ceteras tractanda naturaliter præuertitur, ea duplex est. Aut enim uoces ex quibus constat ad eandem personam referuntur, eandemq; representat, aut diuersas. Priorem, quoniam in eadem persona substituitur, in transitiuam, siue (si græce ματαις) ταυτοπροσωπικῆν ἢ ἀμετάβατον appelles Posteriorem, quoniam ab una in alterā sit transitus, transitiuam, siue græcè μεταβάτικῆν. Harum, sicuti nomina ipsa, sic naturæ proprietates diuersæ sunt. Quippe quibus unica persona subest, hæc in ijs constructionis accidentibus, quæ inter se habent communia, necesse est concordet, ut in progressu per exempla patebit. Voco constructionis accidentia generatim, cæsum



sum genus, numerum, personam, modum, & tempus. Quod in his ferè omnis legitima cōstructio uersetur. Contra, quæ ad diuersas referuntur, Appollonio autore, sub diuersis accidentibus coniungi partim possunt partim omnino debent. Quippe qui casum et personam adeò recurrere censet, ut ubi eadē sit persona, idem sit omnino ponendus & casus. Contraq; ubi idem sit casus, eadem subsit et persona. Sed huic perdifficilem iniicit scrupum accusatiuus, si quando infinitum uerbum tū precedit, tum sequitur, ut Chremetem percussisse Demeā: ubi diuersas esse personas cōstat, nempe agentis & patientis, sub eodem tamen casu. Sed facile fortasse tanto uiro, cui etiā subscribat Theodorus Gaza, patrociniabatur, qui librū de partibus, quem huic necessariò preposuimus, accurate legerit. Nam Apollonius fortasse sicuti hi qui sextum et septimum casum sub una uoce comprehensos uolunt, sic geminū uult esse accusatiuum. Verū nos certe à scrupis id genus, quantumlibet blandiantur, deinceps cōsultò abstinebimus, cum sint ad ostentationem, quàm ad destinatum nobis scopum magis accommodati. Illæ igitur elocutiones, Cui nūc cognomen Iulo, et Cui Africano fuit cognomen, et Faustulo fuisse nomē ferunt, cū similibus, nisi eas contra rationē autorū usus asserat, Solocophænes sint: quū datiuus ille priorū et nominatiuus cognomen uel nomen eandem personam representent. Itaq; etiam & à rectis illis arguuntur, cui Iulus, & cui Africanus fuit cognomen. Cuiusmodi elocutionū etiam

etiam plurimus est apud autores usus. Cic. Argentarius sextus Clodius cui nomen Phormio. Quintil. Notū est quid Glyconi acciderit, cui Spuridion fuit cognomen. Ter. Hecyra est huic nomen fabula, Sed de trāsitiua et intrāsitiua mōx latius, si prius quæ mihi ante omnē de his disputationem præsumenda uidentur apposuerō. Ea igitur sunt huiusmodi, Verbū definiti numeri et personæ consistere in oratiōe sine nominatiuo à fronte non potest. Nec rursus nominatiuus aut solus aut à uerbo omnino absolutus. Nec adiectiuū nomen, aut quod adiectiuorū naturā cōstruēdo imitatur, sine proprio uel appellatiuo cui innitatur. Nec prouocabulū. Qui relatiuumue pronomen sine aliquo quod à priorē sensu repetat, præterea sine uerbo suo, coq; à uerbo eius quod repetit plane diuerso, nec rursus duo uerba in eodē sensu, quorū scilicet neutrū sit infiniti modi, sine nomine uel aduerbio infinito, ut teneo quid erret, præ gaudio ubi sim nescio. Nā uel si cōiunctio uel similitudinis aduerbiū expressū suppressum interueniat, duo omnino sensus potestate et uiribus sunt Dictat & cantat: Viuit, sicut scribit. Nec præpositio extra compositionē citra nominis uel pronominis casum. Vocatiu⁹ subijcere sibi uerbū, sicut nominatiuus non potest, propterea quod agentis, uel patientis, uel subsistentis representare personam nequit. Iam quod omni intransitiuæ commune esse diximus, age per singulas examinemus, additis etiam si qua uel quarundam putemus communia, uel singularum propria.



Mox de transitiuis acturi. Ergo quatuor non amplius modi sunt, quibus intransitiue cōstrui, quæpiã obseruantur. Aut enim uerbum cū eo fruitur qui inicitur, quæ prima intransitiua idcirco iure appellatur, quoniam omnis quantūlibet pleni sermonis, sit ueluti fundamentū. Aut adiectiuū cum proprio uel appellatiuo, de quo dicitur. Quæ secunda, Aut prouocabulū Qui relatiuū uel pronomen cū eo quod à superiore repetitū secum representat. Quæ tertia, Aut quod apponitur, cum eo cui apponitur. Quæ quarta, Veteres hęc Epexegetin uocant, neoterici Appositionem, Sed cū publice receptæ appositiones participium Ens, quod alias, in usu nō est, omnino subauditū habeāt, nō alias non dissimiles eis elocutiones, in quibus tamen adhibitum participium est, Grammaticorum pace, huc reduximus. Cuiusmodi sunt hęc, Cicero designatus Consul. Scipio dictus Africanus. Etiam in quibus uerbū inter ea quæ sub eandem cadunt personam, est interpositum, ut Cæsar erat dictator, Octauius dicebatur Augustus. Sed in his propria uel appellatiua tertiū locū occupant. In quibus enim adiectiuum hunc locum tenet, ut terra est immobilis, doctorum iudicio arbitrio quæ relinquo, uelint ne eas ad secundam intransitiuam, an ad hanc quartam reduci, ipse interim de his, quoniam nomine aliquo docenti est utendum, quasi quartam efficiant, uerba faciam: quādo si ad secundam referam, fortassis nomina cōfundam, duas nimirum eius rationes, primam secundamq; statuere coactus. Ergo

quum

quū tot non amplius intransitiuæ constructiones sint,  
 uerbum certe cū eo, cui à fronte coniungitur, si is no=  
 minatiuus est, duo tantū habet accidentia communia,  
 numerū & personam. Itaq; in totidem cum eo conue=  
 niat necesse est, ut Aeneas ait. Sim accusatiuus est cui  
 uerbū infiniti modi succedat, sicuti nullū habent com=  
 mune accidens, ita translatici coniungi inter se pos=  
 sunt, Te isse, uos isse, hūc isse, hos isse. Adiectiuum cum  
 proprio uel appellatiuo suo, quoniā casum, genus, &  
 numerum cum eo communia possidet, in eisdem quoq;  
 consentiet, ut Elephas Indus, Troianæ opes. Idem sta=  
 tuendū de omnibus, quæ adiectiuorū constructionem  
 imitantur. Cuiusmodi sunt ex nominibus interrogati  
 ua, relatiua, uniuersalia, partitiua. Ex pronomibus  
 demonstratiua & possessiua. Item participia, ut quis  
 deus, quanta gula, neutra acies, hic uir, noster herus,  
 uinea putanda, ager colendus, homo armatus. Prouo=  
 cabulū qui, uel relatiuū pronomem, cum eo quod à su=  
 periore repetitum aperte secū uel tacite exhibet, tria  
 item habet accidentia cōmunia, in quibus etiā neces=  
 sario cum eo consentiet, casum, genus, & numerum.  
 Qui Vergilius, Is locus, Idem uir. Sunt qui personam  
 prouocabulo adijciant, sed qua ratione nō uideo, quū  
 prouocabulum ad eò nullius sit personæ, ut qui prono=  
 mimibus id adnumerarunt, ideo infinitū appellarint,  
 quod nullam personam representet. Id autē quod ap=  
 ponitur, cum eo cui est appositum, siquidem id adie=  
 etiuorum constructionem habet, in tribus ad summum  
 i conuenit



conuenit, casu, genere & numero. Itaq; in totidē consentiet, ut Apollonius dictus difficilis. Et Apollonius erat Alexandrius, Redeo inde iratus. Et in alijs casibus (fit enim fere per omnes) ut Mei redeuntis irati, Tibi eunti inuito, Me ire inuitum. Sin appellatiuum est, siue continuo succedat, siue uerbū ullum participiumue intercedat, casu certē omnino consentiet. Homineris fons poetarum. Et Homerus dictus fons poetarū. *Quae* incedo regina Iouis & soror & coniunx. *Ille* lud ergo Verg. Verā ne te facies, uerus mihi nunciū afferens nisi aliqua ratiōe accurate leniatur, uideri potest Solecophanes. Omnibus his intransitiuarū generibus cōmune est, quod in singulis non solū unū uni coniungi potest, sed etiam unū duobus. Quod cū multis modis fiat, natura et proprie dupliciter autore Gaza fit. Vno, quū id quod unius ratiōe obtinet, secūdo loco ponitur & pluraliue, ut prima, Socrates & Plato philosophatur: in secunda, Socrates et Plato Athenienses. Et adiectiuis ipsis, appellationem precedentibus Ouidius de tristibus, Magna minorq; ferax: nisi appositionem dicas. In tertia, quos Socratem & Platonem laudant. In quarta Socrates & Plato philosophi, Alia Serpillūq; herbas. Altero modo, cū quod unius ratiōem habet, singulariter, duobus uel praepositur uel interponitur ut philosophatur Socrates et Plato Socrates philosophatur & Plato. Mihi uerō secunda haec ratio omnino figurata est, ut proximo libro apparebit. Sunt qui dubitet, ubi copulatiua coniunctio propria

pria uel appellatiua tū præcedit, cum intercedit, num  
 adiectiuo, uerbo, & prouocabulo, tã singulari liceat  
 quam plurali uti. Sed frustra, ut autorum usus docet,  
 qui & singulari utuntur, ut Cic. Quæ quidem abs te  
 quum dies uenerit, & ego et Cicero meus flagitabit.  
 Et Colum. Nã si neglecta cruditas est, et inflatio uen=  
 tris, & intestinorũ maior dolor sequitur, qui nec ci=  
 bos carpere sinit. Seneca, Est aut noxia aqua in Thes=  
 salia circa Tẽpe quã & feræ et pecus omne deuitat.  
 Et plurali, idq; honestius, ut Seruio placet in illo Ver.  
 Ventusq; gubernatorq; uocabant. Idem, Egregiã ue=  
 ro laudem & spolia ampla refertis, Tuq; puerq; tuus  
 Ouid. Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Col.  
 Ita ut & actor & familia peccent. Ter. Hæc si neq;  
 ego neq; tu fecimus. At primæ, tertiæ, et aliquatenus  
 quartæ illud commune est, quod in singulis sensus  
 quoq; pro basi esse potest. In prima: ut, Tẽpori uenire  
 præstat, quam sero. In tertia. ut. In tempore ad eã ue=  
 ni, quod omnium est primum. In quarta, ut Quint. Co=  
 gitet oratorem institui rẽ arduam, etiam quũ ei for=  
 mando nihil defuerit. Item uenire in tempore omnũ  
 est primum. Tertiæ uero & ei quam precariõ uoca=  
 mus quartã, quod nonnunquam ibi prouocabulũ, hic  
 uerbũ cum posteriore aliquo iungitur, cui in accidẽti  
 bus adsmiletur: uerum eo demum posteriore, quod  
 cum priore, cum quo construi deberent, sit idẽ. Adde=  
 rẽ (ut Dialectici loquuntur) præsertim subiecto, nisi  
 quicquid supra grãmaticum putẽ, toto opere cõsulto  
 i 2 refugiam,

Primæ, ter  
 tiæ et quar  
 tæ cõmune



refugiã. Sed si illud uel pachymeros lector attingat, utile mihi ad quãdã alia fortasse fuerit, ceterũ quod posterius illud, cui interim concordat uerbũ uel prouocabulũ, idem sit cum eo quod hæc præcedit, declarat, quod ubi hoc incidit, uerbum non aliud est, quam uel subsistendi, uel uocandi. Exemplum uerbi est illud Plinij, Iustũ erat duæ libræ in semodios. Teren. Amantium iræ amoris redintegratio est. Relatiui autẽ illud Salustij, Est locus in carcere, quod Tullianũ appellat. Sed de his diffusius in figuris, quo magis attinent. Nã rectum plane in his est, ut cum superiore conformentur, quemadmodum magnorum autorum exempla docent. Plinius, Proditur certẽ in Creta expugnato oppido, quod uocabatur Archadia cessasse fontes. Cice. de natura deorum, Proprius a terra Iouis stella fertur, quæ Phacton dicitur. Liuius, Herculi sacrificium fecit in eo loco, quem pyram (quod eo loco mortale corpus eius dei sit crematum) appellant. Quintus Curt. Darius ad eum locum, quem Amanicas pilas uocant, peruenit. Pom. Mela, Ab eo flumine, quod Saliam uocant. Ouidius, Vnus erat toto nature uultus in orbe, quem dixere chaos. Cicero de Orat. Tum etiam eloquentem constat fuisse Scipionem Nasicã, qui est Cornelium appellatus. Secundæ autẽ cum tertiã, et aliã quatenus quarta cõmune est, quod in secunda et quarta interrogatiua, relatiua, et infinita, in tertia prouocabulum Qui, sensus sui proprium uel appellatiuum semper præcedunt. Interrogatiuũ in secunda, ut quilibet tabella

Secundæ  
tertiæ &  
quartæ cõ  
mune:

is tabella est? quis homo est, & quas fabulas narrat?  
 Relatiuum in secunda: ut, quantam turbam non uidi.  
 Infinitum in secunda, ut, scio quis homo sit, & qualis  
 tabella sit, & quas fabulas narret. In quarta, sicut in  
 tali sermone. Talis est Budeus, qualis erat Her. Bar-  
 barus. Prouocabulum in tertia: ut, Qui homo mihi fa-  
 bulas narrat? Secundæ autem cū quarta illud aliqua  
 ex parte conuenit, quod utrobiq; adiectiuū cum pro-  
 prio uel appellatiuo de quo dicitur, in tribus consen-  
 tit, ut supra apparuit. Differunt in eo, quod hic sem-  
 per uerbū participiumue interuenit, ibi non. Rursus  
 hic adiectiuū natura semper sequitur, nisi (ut iam di-  
 ctum est) interrogatiuum, infinitum, uel relatiuum sit  
 ibi alias sequitur, alias præcedit, ut uir bonus, bona  
 fortuna. Nisi forte aut patriū gētilēue sit, quod sequi  
 magis uidetur propensum. Plato Atheniensis, Vergi-  
 lius Mantuanus, Erasmus Roterodamus, Budeus Pa-  
 risiensis. Aut transitionem aliquā sibi annexā habeat  
 nam tū sequi omnino potius debet: ut, uir ignarus om-  
 nium, homo peritus rerum. Participium quoq; sequi  
 proprie uidetur, Aristoteles ambulās, Plato nauigās.

Secundæ uero cum tertia illud conuenit, quod eas  
 per transitiuam interpretari nonnunquam licet, adie-  
 ctiuo ipso uel prouocabulo uerso in neutrum, & ap-  
 pellatiuo in genitiuū, quæ locutio maioris etiā esse ue-  
 hementiæ uidetur. Adiectiuū tamen in hoc genere ple-  
 runq; generalem aliquā significare qualitatem solet  
 Quod genus sunt multum minimum exiguū, paululū,  
 i 3 tantum

Secundæ  
 & tertiæ  
 commune  
 est:



234. DE EMEND. STRVCT.

tantū, quantū, aliquid, nihil. ut, Multa eruditio, multū eruditionis; paulula opera, paululū operæ: maior eloquentia, plus eloquentiæ: minor sapiētia, minus sapiētiae. Vsurpantur tamen & alia ad eundem modum, ut quis animus, quid animi: id tempus, id temporis: abdita res, abdita rerum. Relatiui exemplum sit, qui ager, quod agri. Cicero. Et militū quod haberent ad uos deducerēt. Sicuti contra in paucis, qualia sint, medius, primus, postremus, summus cum synonymis, similem transitiuam per intransitiuam efferimus. Terentius, Mediam Mulierem cōplectitur, pro eo quod est medium mulieris. Virgilius, Medioq; ex hoste recepi. Cicero, Quibus in extremis scriptum erat, pro quarum in extremis. Idem, Quum ipsa prima æstate Euphratem transiturus sit.

Secundæ  
proprium:

Illud secundæ proprium uidetur, quod tertium declinabile eodem sensu recipit, sed Syncategorema, ut quidam uir doctus.

Quartæ  
proprium:

Quartæ illa priuatiu sunt propria, primum quod dictio, quæ appositi uicem sustinet, quicquid illi successerit, cum proprio uel appellatiuo, cui apponitur, omnino conuenit. potissimū si ea dictio adiectiuū sit, ut Plin. Boves animalium solæ, etiā retro ambulantes pascentur. Idem de coturnicibus, Quem solæ animalium sentiunt præter hominē. Teren. Qui se primos omnium rerum uolunt. Verg. Nemorumq; Ioui quæ maxima frondet Aesculus. Plin. Sequitur natura auium, quarum grandissimi et pene bestiarū generis strutione cameli

cameli. At si participiū sit, alias cum eo quod primo loco ponitur cōcordat, ut Iustin. de Semiramide, Puer credita est. Plin. Arescit in gemmas carbunculis si miles, igneo colore fulgentes, Lyncuriū uocatas. Ver. Atq; habitæ Graijs oracula quercus. Alias cū eo quod succedit. Liuius, Gens uniuersa Veneti appellati Cic. Nom omnis error stultitia est dicenda. Sunt tamē hæc quoq; figurata, cum iustior omnino sit cū priori concordia, deinde quod appellatiuū, quod apponitur interdum disidet ab eo cui apponitur. Alias numero ut cum dictioni, quæ uoce sit pluralis, significato singularis apponitur appellatiuū singulare, cui sit etiā plurale. Thebæ urbs Bœotiae, & Thebæ sunt urbs Bœotiae. Item contra cum singularē habenti apponitur appellatio pluralis tantum numeri. Ver. Formosum pastor Coridon ardebat Aelxin Delitias domini. Disidet nō nunquam eiusmodi appellatiuum & persona, ut cum pronomini primæ uel secundæ personæ apponitur aliquid quod sit tertiæ: ut, ego homuncio hoc nō facerē? Et illi uictor ego & Tyrio conspectus in astro, Centū quadrijugos agitabo ad flumina currus. Quo genere quando duo sūt nominatiui, et is qui prior natura est, id est, cui sit appositio, propterea uerbo quod sequitur accidētia præscribet, quod is demū est, qui in interrogatiuo quis uel quid cum uerbo præponitur, respondet, ut in illo, Ego homuncio hoc non facerem? Quis hoc nō faceret? ego. Sicuti rursus alter nominatiuus respondet, cum eiusmodi quæstio participio ens,



quod in omni tali appositione est subauditū postponitur, ut ego quis, uel ego ens quis, hoc non facerem? hō muncio. Itaq; quum in utraq; constructione, tum ea quæ primā in transitiuā efficit, tum ea quæ quartam, prior nominatiuus subiecti siue basis uicem sustineat, merito in utraq; accidentiū legem ei quod astruitur, præscribit. Frustra igitur hic recentiores nouā, et ueteribus tum Græcorū tum Latīnorum inauditam constructionis figuram, Euocationē suam excogitarunt, quā (si qua in tali dicendi genere esset) Auocationem potius appellarent. Sed quod de uerbo post eiusmodi appositionē est præceptū, idem de prouocabulo Qui, sicubi id sequitur, est statuendum. Quippe ad id quod prius natura est refertur. Verg. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcē. Cic. Hic ego ille uehēmēs cōsul, qui uerbo ciues in exiliū eijcio, quæstui ā Catilina Idem in secunda quoq; appositione seruabitur. Pli. de uiris illust. Ludos cōsualia simulauit, ad quos quū uiriusq; sexus multitudo aduenisset, dato suis signo, uirgines raptæ sūt. Ver. Ille ego qui quondā gracili modulatus auena Carmen, et egressus siluis uicina coegi Vt quamuis auido parerent arua colono. Brutus ad Ciceronē. Ego uero is sum (ut istuc reuertar) qui non modo non supplicē, sed etiam coerceam postulantes, ut sibi supplicetur. Sicubi aut uerbū relatiuumue in eiusmodi locutione aliter legūtur, Enallage est, ut in figuris docebimus. Præterea q; ubi infinitiuus modus ijs quæ apponitur interuēit, si nominatiuus sequatur non

non debet accusatiuus ante infinitū præponi, nec sub-  
 audiri: nec contrā, si accusatiuus præcedat, nominati-  
 uus sequi. Nō enim aut uolo adscribi primū, aut uolo  
 me adscribi primus dicas, sed uolo me adscribi pri-  
 mum, & uolo adscribi primus. Hoc loco non alienum  
 sit adijcere, primi generis appositioē multifariā fieri  
 posse. Nā et dictionis ad dictionē, ut supra uideri li-  
 cet. Et sensus ad dictionē, ut in illo Ouidij, Vnus erat  
 toto naturæ uultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis  
 indigestaq; moles, Nec quicquā, nisi pōdus iners, con-  
 gestaq; eodē, Nō bene iunctarū discordia semina re-  
 rū. Quint. in superius posito exemplo. Cogitet orato  
 rē institui rem arduā, etiā quū ei formando nihil de-  
 fuerit. Et integri sensus ad sensum: ut, Studēs philoso-  
 phie, ad quod me magnopere delectat, si modo hic ap-  
 positio sit, cum aliter non succurrat talis generis exē-  
 plū. Interdū aliquot dictionū sit imperfecti sensus ad  
 sensum perfectum, Ver. Coegi, Vt quamuis audio pa-  
 rerēt arua colono, Gratum opus agricolis. Idē, Treis  
 Euris ab alta in breuia & Syrtes urget, miserabile  
 visu. Interdū ad aliquid subauditū fit appositio, ut in  
 illo Vergilij et similibus, Quo sæpe solemus, Pastores  
 ouīū teneros depellere fœtus. Et Hor. Maxima pars  
 uatū pater & iuuenes patre digni, Decipimur specie  
 reſti. Nec est in eiusmodi sermone, quamuis uocandī  
 uel subsistendi uerbū nō adfit, quemadmodū & Ap-  
 pollonio, & qui ab eo disceret nescit, Casariensi Pri-  
 sciano uidetur, solæcisimus. Non indignum etiam sci-



tu est: fieri primam appositionem, modo speciei ad genus. Salust. In tugurio mulieris ancillæ. Idem, Urbem Romam sicuti ego accepi. Vergilius, Tū gemini fratres Cratillus acerq; Coras. Modo generis ad speciem. Liuius, Super Numicum amnem. Idem, Prope Tyberim fluuium. Vergilius, Cratillus acerq; Coras Argiua iuuentus. Vtrobique tamem declaranda rei causa. Et uoces quæ sub unius personæ representatione construuntur, ad iam dictum modum in oratione congerentur. Nunc quemadmodum quæ ad diuersas referuntur, inter se iungenda sint, idq; per singulas partes quæ sic iungi possunt, est agendum. interiectis, ubi occasio erit, quæ latinæ constructionis sunt propria. Omnibus igitur transitiuè coniunctis commune est, quod uox à qua transitus personæ fit, natura præcedere postulat eam, in quam transitus fit, Pater Pamphili, Filia Chremetis. Dixi natura, nam si Rhetorum structura auribus potius consulens, hoc non seruat, nihil id ad Grammaticū. Excipienda sunt ab hoc præcepto interrogatiua, relatiua, & infinita ea, quæ subiuncta uocauimus, præterea negatiua nomina, quæ dictionem à qua fit in ipsa transitus, una cum ijs quibus intransitiuè adherent, natura præcedunt, ut Cui non risere parentes? Quemnam hic laudat? Vtrā mauius? Quali digna tabella? Quantas sollicitudines mihi fecit? Nemini misereri. Nulli dixeris, Nullūne habes uitium? Priorem locum uindicaret et possessor quoties à possessione sua in ipsum fit transitus.

scilicet

Omnibus  
transiti-  
ue coniu-  
ctis com-  
mune;

scilicet quo sit reciproco locus, Cicero, Sed illum ul-  
ciscentur mores sui,

Transseunt appellatiua omnia in genitiuos pro-  
priorum & appellatiuorū, eorum præcipue qua  
uel possidentis personam exhibent, uel totius, uel eius  
ad quod quicquam quoquo modo spectat. Codex Ver-  
gilij, Caput Ciceronis, Discipulus Platonis, Umbra  
platanī, Examen apum, Amphora uini, Iugerū agri,  
Cibus hominis, Luteum oui, Clunes leporis. Ac ui-  
dentur quidā omnes hi genitiui possessoris personam  
exhibere, propterea quod si quis per Prosopopœiam  
ipsis loquelam det, singuli, quod sub nominatio est  
significatum dicere suum possint, ut Vergilius suū co-  
dicem, Cicero suum caput, Plato suum discipulum. At  
quæ ad eundem modū reliqui. Itaq; et per possessiua  
pleraq; efferuntur, Euandrius ensis, Hercules filius,  
Paterna domus. Appellatiuorum uero in genitiuos  
transitus, etiam reciprocatur, uel per se, uel additis ad-  
iectiuis, uel pronomibus, Apes huius examinis, al-  
ueliue, Vinum unius amphoræ, Ager trium iugerum.  
Homo uel hospes non multi cibi, sed multi ioci, Ouum  
pauci lutei, Lepus magnarum clunium, Proba antiqui  
moris foemina. Quæ uero ambigua diximus, quoties  
pro appellatiuis accipiuntur, merito in genitiuos si-  
cut appellatiua feruntur. Rex hominum, pater deo-  
rum, pellex Iunonis: Aliquando in datiuum. Luca, Vr-  
bi pater est, urbiq; maritus. Item uerbalia, potentiissi-  
mum quæ sub appellatiuorū specie ab actiuis uerbis  
ducuntur

Appellati-  
ua geniti-  
uorum.



ducuntur. Amator studiorū, Amatrix uirtutum, Tegmen fagi, Textura uirginis, Lectio præceptoris, Vsurerū. Dogma Platonis. Nec in hos modo genitiuos qui scilicet possidentium siue agentium speciem referūt, sed etiam sicut ipsa tum actiue tum passiue accipi possunt, in alios qui patientium speciem exhibēt, et quos fere per ablatiuum cum præpositione de, interpretaris. Terent. Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitudo, tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo: pro pudor de patre, & misericordia de hac, et sollicitudo de nuptijs. Cesar, Multi ex nostris uulnerabatur, magnusq; inceserat timor sagittariorum. Sa-lust. Sed glorie inter ipsos maximum certamen erat. Cic. Neq; enim ualde aduentus eius est opinio: Seneca, Nullam fecit cometarum mentionem: pro de sagittarijs, de gloria, de aduentu, de cometis.

In genitiuū  
uaria ad-  
iectiuorum  
genera.

Transcunt in hunc casum & uaria adiectiuorum genera, ueluti partitiua omnia. Alter Aiacum. Singule sororum, Sola auium, Vterq; nostrum, Quisq; uel unusquisq; uestrum. Et interrogatiua quædam. Quis deorum? Vter Adritarum? Quot hominum? Et particularia nonnulla, Quidam uel aliqui nostrum. Si quisquam uel ullus uestrum. Et que particularia infinita diximus, ut quilibet uel quiuis uestrum. Et que infinita uniuersalia uocauimus. Quisquis fuit ille deorum, Quicumq; hominum. illud non ignorandum, partitiuo quoties nō habent cum quo intransitiue con-struantur à genitiuo qui sequitur, genus suum contra-  
here,

here quod ratione euenit. Nam quum ex his sint, quæ alteri omnino adherent, nisi cui hæreant expositū sit necesse est aliunde id mutuētur. Sensus aut̄ in ea quam proposuimus ratioē, nihil suggerit, nisi quod ex genitiuo accipias, ut in illis exemplis, Solæ auium, Singule sororum, pro solæ aues, de numero auium, et singule sorores, de numero sororum. Quoties uero cum aliquo intransitiuē construuntur, ab eo quoq; genus, cæterorum adiectiuorum ritu sortiuntur.

Mutatur partitiuorum genus, modò in ablatiuum cum præpositione è uel ex. Ouidius in arte, Est deus è uobis alter & alter erit. Modo cum de, ut idem, Solus de superis qui tua terga uides. Quæ infinita subiūcta uocauimus, siue nomina sint, siue aduerbia, ea ex modis uel subiunctiuos, uel potētiales perpetuo postulant. Teren. Scio quid conere. Idē, Nec quid agā scio, hæreo an agam. Ver. Namq; uidebat uti bellātes pergamā circum. Hac suggerent Graij premeret Troiana iuuentus. Cicer. Att. Itaq; id ipsum dubito, an excusationē aliquā ad Siliū parē. Raro aliter legas, nisi aut mendū sit, ut in illo fortasse. ad Att. Ille alter ita nihil est, ut plane quid erit nesciat, ubi, quod, uidetur scribendū, aut apud poetas Græcorū more, qui huiusmodi particulas indicatiuis iungūt, ut Plau. Obseruatote ū blande mulieri palpabitur. Et Teren. in Adelph. Nūc uide utrum uis argentum recipere, an causam meditari tuā. Et alibi. Quid fiet rogas? quæ tamē figuratē sunt dicta, ut etiā Donatus sentire uidetur, qui in illo



Eunuchi, Viden ocium & cibus quid faciat alienus? Legitur inquit, Et quid facit, ut sit figura per modos, pro quid faciat, Et in illo Hecyræ, Idq; si nunc cōmemorare uelim, quam fideli animo et benigno in illam & clementi sui, uere possum. Idicatiuum pro subiunctiuo positum esse ait, nempe sui pro fuerim: Aut priuatim post unum aut alterum uerbum cuiusmodi sunt dico & quero. Tere. Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis. Martial. Dic quotus es, quanti cupias coenare, ubi utriusq; modi exemplū est. Cicer. Att. Sed quero quid illi opus erit, Athenis permutari ut possit Quorū uerborū quanquā multa sunt exempla, uidentur omnia distinctione defendi posse, nec præceptū cōuellere, si eo post imperatiuū dic, statim adhibeatur. Si cuti in illa dicendi figura quæ nō minus uellicare præceptum uidetur. Nescio quis teneros oculos mihi facinat agnos. Ordo ipse defendit à uitio, sic Oculus nescio quis. Tale est illud Plinij, Tū mihi nescio quis in aurem susurauit. Nec si Gellius aliter nonnunquā loquitur, ut in illo primi libri, Video quousq; progressus est, id mihi pro lege sit. In hoc tamen genere obseruasse uideor, pro futuro subiunctiu periphrasin eius frequentius poni, ueluti pro scripseris, scripturus sis, quod fortasse ob amphibologiam uitandā accidit. Cicer. Att. Et si id scire cupio, quod ad tempus recte ad te scribere, id est, quandiu Romæ futurus sis. Idē, Tu queso quid agas, ubi quoq; hoc tempore futurus sis quales res Romæ reliqueris & cæt. cura ut sciamus:

RARIUS

Rarius per futurum ipsum. Quint. Præcipue illa infir-  
 gat animis quæ in œconomia, quæ in decore rerum,  
 quid personæ cuiq; conuenerit, quanquam etiam, con-  
 uenerit, hoc loco absolutū, uideri futurū potest. His  
 non obstat, quæ per si quis, fere sub indicatio efferū-  
 tur. Ci. ad Att. Velim tamē si qd est de Antonij aduen-  
 tu quod audieris, scribas ad me, propterea quod, si  
 quis eiusmodi infinitā nō est. Raro cū subiunctiuo, ut  
 Idem Att. Sed quæso ut scribas quā sepißime, nō mo-  
 dō si quid scies, aut audieris, sed etiā si quid suspicabe-  
 re. Nisi illud audieris, futuri etiā absoluti dixeris. A-  
 criter tamē attendēdū in infinitis aliquādo est ne pro-  
 uocabulū Qui, nobis pro infinito imponat, ut audiui  
 quæ legisti, ubi si quæ, ut prouocabulū ceperis, recte  
 habet, pro illa quæ legisti. Si pro infinito legeris, non  
 legisti dicendū erat sed legeris. Nā quoties accusati-  
 uis præcedit, q transitū uerbi excipiat, omnino prouo-  
 cabuli uox est, quæ sub specie infiniti Quis sequitur.  
 Infinitū enim cū suo uerbo, & uerbo trāsitionē uerbi  
 accusatiui uice excipiunt. Atq; hac ratione illud Qui  
 dij defenditur. Ede simul causam, cur de cœlestibus  
 unus, Sitq; quod à tergo, sitq; quod ante uides: si  
 illud cur, in propter quam soluas, prouocabulum  
 Qui, siue relatiuum substantiæ, de quo in partibus  
 inter pronomina propter ueterum consuetudinem me-  
 minimus, quoties Continuato cum præcedentibus ser-  
 mone legitur, subiunctiuus uerborū quam indicatiuis  
 frequentius iungi uidetur. Verg. Omnia uentorū cō-  
 currere



currere praelia uidi, Quæ grauidam latè segetem ab  
 radicibus imis Sublime expulsam cruerent, ita turbi-  
 ne nigro Ferret hyems, culmumq; leuè, stupulasq; uo-  
 lates. Hora. Dicitur et plaustris uexisse poemata The-  
 spis, Quæ canerent agerentq; peruncti sacibus ora. Ci-  
 cer. Nam Pomp. non dubitat ea quæ de republica nūc  
 sentiat, mihi ualde probari. Idem, Sum enim solus aut  
 cum altero, cui neq; ad illos reditus sit, neq; ab ijs ip-  
 sis quicquam ad spem ostēdatur. Idem, Dices quid igi-  
 tur proficis, qui anticipes eius rei molestiā, quam tri-  
 duo sciturus sis? Legitur sic quoq; et cum indicatiuis,  
 sed minus frequenter, ut Idē, Erant in his literis quas  
 ad me Philotimus scripserat. Idem, Quare cum me af-  
 flictum et confectum luctu audies, existimato me stulti-  
 tiæ meæ pœnā ferre grauius quàm euenti, quod ei cre-  
 diderim, quem esse nefarium nō putaram. Idē, Nunc il-  
 lum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem  
 fuit nō extulerit, honore augeri, me in cuius exercitu  
 spem illius exercitus habuit, idem nō assequi, dedecus  
 est nostrum: in quo sermone si rectē scribitur, utriusq;  
 modi est exemplum. Coniungitur sub eadē ratione &  
 potētiali. Vergil. Progeniem sed enim Troiano à san-  
 guine duci Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces  
 Vbi uerò talis continuatio non est, indicatiuum potius  
 uult. Vergil. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,  
 Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Post-  
 habita coluisse Samo. Idē, Nec procul hinc Rhœsi ni-  
 ueis tentoria uelis Agnoscit lachrymans, primo quæ  
 proditā

prodita somno Tytides multa uastabat cæde cruciatus.  
 Rursus ubi causam significat, subiunctiuus tantum iungitur.  
 Ter. And. Satis sanus es, qui me id rogitas? Idem  
 Phor. Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi sis conscius?  
 Ver. Nos delubra decem miseri, quibus ultimus esset  
 Ille dies, festa uelamus fronde per urbem. Idem,  
 Haud credo inuisus caelestibus auras Vitaleis carpis,  
 Tyriam qui adueneris urbem. Cor. Nepos in uita Pom.  
 Att. At ille, qui amicis officia praestanda sine factione  
 existimaret, semperque a talibus consilijs se remouisset,  
 respondit si quid Brutus &c. Idem Cor. Nepos, Atticus  
 qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit  
 de suo. Quod si quando cum indicatiuus sic legitur,  
 rarum id arbitror, ut Cic. Att. Ephesum ut uenerim  
 nosti, qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem.  
 In hac loquendi figura, Quintilianus et alij illius aetatis,  
 particulam, ut, pro utpote relatiuo preponunt, ut  
 Quint. in primo Instit. Et omnia noua offendit, ut qui  
 solus didicerit quod inter multos faciendum est. Col-  
 lumell. Locum neque pinguem, neque stercoratum, sed  
 apricum desiderant, ut quae macerrimo solo per se ma-  
 ritimis plerumque regionibus nascantur. Sub. quippe,  
 etiam indicatiuo, ut Salustius, Quippe quae probitatem,  
 industriam, aliasque bonas artes neque dare, neque  
 eripere cuiquam potest. In illa uero particularium peri-  
 phrasi, Est qui, sunt qui, Est quando, Est ubi, uterque  
 usurpatur modus. Indicatiuus, ut Horatius, Sunt quos  
 curriculo puluerem olympicum Collegisse iuuat. Sub

b

iunctiuus,



iunctiuus, ut idem, Sunt quibus in Satyra uidear nimis acer. Columella, Sunt qui teneræ laurus caulium libram, cū abrotani macerati pari portione dent cum aquæ calidæ duobus sextarijs, atq; ita faucibus infundant, eadēq; pabulo, ut supra diximus, obijciant. Oui in Fast, Sed erunt qui me finxisse loquantur, Nullaq; mortali numina uisa putent. Nisi hæc proxima potentialis modi, pro indicatiui futuris dicas.

De particulari uerò Vllus, quod ad Latinitatis proprietatē spectat, priuatim obseruatur, nec sermone id inchoare, nec nisi in negatione, interrogatiōe, uel sub iunctione uerè adhiberi. In negatione. Ter. Nec mora ulla est, quin uxorē illam ducā. Ouid. Neq; enim mandata dedissem Vlla. Post sine, quoq; et citra, cū pro sine accipitur, quoniam latentem negationis uim habent, adhibetur. Itaq; sine ulla laude, gratia, fruge, et citra ullum incommodum dicimus. In in terrogatione Verg. Creditis auctos hostes aut ulla putatis Dona carere dolis Danaum? In subiunctione. Cicero Att. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quæso uideas, ut satis honestum nobis sit eas Romæ esse, cum cæteræ ulla dignitate discesserint. Item, Si ulli remisseris, erraueris. Videtur et post uniuersalia infinita adhiberi posse, ut Quisquis uel quicumq; exules ullos acceperit. Et post quàm, comparationis, ut Iust. Priusquam ulla nauis littore excederet, hostias cedit. Cel.

Vnquam: ram imitatur et unquam aduerbium, Nemo unquam,

Quis

Quis unquam, Si unquam. Quisquam quoq; similem Quisquam  
 in plerisq; usum habet. Nam & in negatione, & in  
 interrogatione & subiunctione legitur. Vergilius, Nō  
 illa quisquā me nocte per altum Ire neq; ā terra mo-  
 neat conuellere funem. Idem, An quisquam nobis tali  
 sit munere dignus? Cicero, Hūc hominem parū gratū  
 quisquam putet? Terent. Si quisquam est, qui placere  
 se studeat bonis quā plurimis. Cic. Attic. Quōd  
 si non modo tu, sed quisquam alius fuisset. Idem, So-  
 cijs multo fidelioribus utimur, quā quisquam usus  
 esset. Vniuersalia infinita, cuiusmodi sunt quisquis et  
 quicunq;, si orationem inchoant, alium sensum postu-  
 lant: Vergil. Quicquid erit superāda omnis fortuna  
 ferendo est. Ouidius, Quicquid erit, melius quā  
 nunc erit. Iuuenalis, Quocunq; in triuio, cuiunq; est  
 obuia, narrat. In illo enim Martialis, Non quicunque  
 capit saturas murice uestes, Nec nisi delitijs con-  
 uenit iste color, uidetur quicunque positū pro quiuis,  
 uel quod græce dicitur ὁ τὸ χῶρον. Quum uerò sen-  
 sum aliquem sequuntur alium non desiderant, Plinius  
 Nasctur qualicunq; solo.

Quisquis, & omnis id latine constructionis disci-  
 men habet, quod omnis ferè positiuus ac comparatiuis  
 iūgi notatur, Omēs boni, utiliora omnia. Raro autē su-  
 perlatiuus, ut Cæc. Plin. Ad Ro. Post longū tēpus epi-  
 stolas tuas tres pariter accepi, oēs elegātissimas, ubi  
 tamē poni qsq; non potest. Idē Pan. Nec uideri potest  
 optimus nisi qui omnibus optimus in sua cuiusq; laude  
 præstana

Quisquis.  
 Omnis.



præstantior est. Quintil. in 4, Demus aliquas (nam id  
 exigit ratio nonnunquam) etiam ne potentissimas om-  
 nes, id est, totam causam. Trebonius Cic. Nō enim ne-  
 scis quanti te faciam, & quam pro nostro ueterrimo  
 uerissimoq; amore, omnibus tuis etiam minimis com-  
 modis, non modò tam bono gaudeam. Terent: Quem  
 ego infra infimos omnes puto homines. Verg. Extre-  
 ma per omnia duco. Horum tamen postremorū posi-  
 tiones nomina non sunt, quo minus mirum est ita usur-  
 pari. Quisq; uerò uel superlatiuis, uel his quæ horum  
 similem habent naturam, qualia sunt ex numeralibus  
 ordinalia cū suo interrogatiuo uel infinito Quotus,  
 uel positiuis his quæ superlatiua publico usu non reci-  
 piunt, uel duobus pronomibus sui & suus, uel obli-  
 quis relatiui substantiæ ferè iunctū inuenias, Optimus  
 quisq;. Et aliquando in diuerso casu à superlatiuis, ut  
 Maximo quisq; animo, Validissimi quisque corporis.  
 Quarto quoq; anno, Quotus quisq; quo sermone nul-  
 lus uel rarus significatur. Cicero Tusc. Quotus enim  
 quisq; philosophorum inuenitur, qui ita sit moratus.  
 Idē de diuin. Quota enim quæque res euenit prædicta  
 ab istis. Strenuus quisq;, Vnus quisq;. Et ut Laurent.  
 censet, quoniam superlatiuū non habent, Singularis  
 quisq;, principalis quisq;. Item, Pro se quisq; uiri. Et,  
 Trahit sua queng; uoluptas. Quintilian. Cui quodq;  
 loco sit aptissimum. Rarò absolutis alijs, uel compa-  
 ratiuis. Sueton. Ferebatur & uagari noctibus solitus,  
 atq; inualidum queng; obuiorum uel potulentum cor-  
 rigere,

rigere, ac distēto sago impositum, in sublime iactare  
 Tacit. Trepidatione uulgi inualidus quisq; obritus.  
 Quintil. Erit etiam eō obscurior, quo quisq; deterior  
 Ex interrogatiuis, uter potius comparatiuis iungitur  
 ijsq; partiuorum ritu usurpatis, de qua ratiōe mox  
 dicitur. Quis superlatiuis. Quintil. Ita nō tantū utrū  
 sit melius, sed quid sit optimum, quæritur. Et iterum,  
 Ex duobus uter dignior, ex pluribus, quis dignissimus  
 Declarat autē cōparatiua in talibus partitiuē sumi,  
 quod licet illis genitiuū addere: ut, uter horū dignior  
 Nam cōparatiuē etiā cum quis iungitur: ut, quis do-  
 ctior illo. quid melius turdo? Superlatiua quoq; quæ  
 partiuorum naturā aliqua ex parte imitatur, quod  
 scilicet, unum ex multis significant, in genitiuū serun-  
 tur, sed hunc pluralē, ut grauissima corporū. Nisi aut  
 collectiuum sit: ut, Danaū fortissime gentis Tytide.  
 Aut per metonymiam accipiatur. Cicer. pro Rabirio  
 Virum unum totius Græciæ, facile doctissimum Pla-  
 tonē. Plin. Crassus orator fuit imprimis nominis Ro-  
 mani. Interpretantur autores genitiuū hūc modo per  
 ē uel ex. Cicero. Acerrimum autē ex omnibus nostris  
 sensibus esse sensum uidendi. Salustius, Sed Hiemsal,  
 qui minimus ex ipsis erat. Modò per inter: ut, Inter et  
 Acheidas longē pulcherrima matres. Modo per ante:  
 ut, Primus ibi ante omnes magna comitante caterua.  
 Plin. Fidelissimi ante omnia homini canes atq; equi.  
 Neq; sanē interest Grammatici ad idem, an ad diuer-  
 sum genus referatur, modo constructionis legem ser-

Vter:  
 Quis:



uent. Quamuis enim uera (si quis rem exigere ad unam  
 guem uelit) in his esse affirmatio non putetur, nisi ad  
 idē genus referatur, negatio tamē certē potest: ut, Est  
 timidissimus hominum, non quadrupedum. Sum bre-  
 uissimus nostrum trium, non illorum. Hęc nō est pul-  
 cherrima suarum sororum. Fortasse etiam in tali figu-  
 ra ubi subest affirmatio: ut, Sum maximus nostrum  
 trium, potius quam illorum. Quanquā in affirmatiōe  
 quoq; pro ueris eiusmodi elocutiones usurpare auto-  
 res inuenias. Plinius 22, Mithridates maximus sua eta-  
 te regum, quem debellauit Pompeius, omnium ante se-  
 genitorum diligentissimus uita fuisse, argumentis, su-  
 perq; fama intelligitur. Idem 34 de Cadmia, Ostraci-  
 tis tota nigra et ceterarū sordidissima. Macrob. Age  
 Serui non adolescentium, qui tibi æquæui sunt, sed se-  
 num quoq; omnium doctissimus. Qualis loquendi li-  
 centia & in alijs quibusdam deprehenditur. Plautus  
 Stich. Neuter neutri inuidet. Cæsar in Commentarijs,  
 Quum uterq; utriq; insidiaretur. Et quod imitatione  
 græca dictum est. Cicero Attico, Familiaritas autem  
 tanta, quāta cum Siculo illo. Et Plinius in opusculo de  
 uiris illustribus, Aduersus ingentem Gallum prouo-  
 catorem solus Valerius tribunus plebis omnibus ter-  
 ritis processit. Et Valerius Maximus, Omni ciue tem-  
 poribus suis maior. Quæ ferē omnia, tametsi moro-  
 sius disquirenti deprehenduntur falsa pro ueris tamē  
 ab ipsis autoribus sunt usurpata, nec legibus gramma-  
 tices reclamant. Si cui autem hæc falsa ex ipsa saltem  
 elocutionis

elocutionis natura non uidentur, is reputet falsa illa,  
 quæ nos per hæc significari censemus, aliter quam sic  
 enunciari non posse. Et autores quædã aliter alibi in  
 terpretari, ut Cicero, Quorum uterq; suo studio dele  
 ctatus cõtempnit alterum. Quintilian. Quum enim u  
 terq; alteri obijciat, palãm est utrũq; fecisse. Idem It  
 a fiet, ut cum equali cura linguam utramq; tueri cœpe  
 rimus, neutra alteri officiat. Quo modo hos duos sem  
 per locutos Laurentius putat. Sed quod ad constru  
 ctionem superlatiuorum etiam attinet, illud non igno  
 randum, quòd ea quoq;, sicuti partitiua, quoties non  
 habent cum quo amet abatos, id est, sub eodẽ casu con  
 struantur, genus à genitiuo qui sequitur, sortiuntur, ut  
 Lucan. Minimas rerum discordia turbat, pacem sum  
 ma tenent. Plinius, Amplissima arborum ad hoc æui  
 existimatur Romæ uisa. Nisi in neutro genere ponan  
 tur, ut Lucan. Cogunt tamen ultima rerum, Spem pa  
 cis tentare ducem. Liuius, Ut nihil belli domiq; postea  
 nisi auspicato gereretur, consilia populi, exercitus uo  
 cati, summa rerum, ubi aues non adessent, dirimeren  
 tur. Ouidius, Sic ego sum rerũ non ultima Sexte tua  
 rum, Tutelæq; feror munus opusq; tuæ. Priuatim ue  
 rò ex superlatiuis proximus, peculiariter datiuo iun  
 ctum legitur. Salust. Proxima Carthagini loca. Et ac  
 cusatiuo. Cicero in Pisonem, Proximus Pompeiũ se  
 debã. Et cum præpositione. Oui. Proximus ad dominã  
 nullo prohibente sedeto. In pluralem gignendi casum  
 feruntur & numeralia, tum cardinalia, præsertim cum



partitionem quandam subindicant tum ordinalia omnia. Tres fratrum, Quatuor iudicum, Primus, secundus, tertius librorum Aeneidos. Ordinalia tamen alio sensu, et cum auferendi casu sub præpositione iunguntur. Primus ab Hercule, Tertius ab Aenea. Alio etiã sensu cū dandi casu: ut nulli pietate secundus. Quo sermone uel primus omnium, uel par cuius significatur.

Quod ad latinam constructionem spectat, obseruatur numeralium inter se legitima quedam dispositio: quæ non inutiliter hoc loco tradetur. Nã in cardinalibus uocatis à decem usq; ad sedecim minor numerus semper præcedit, idq; in compositione, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim. Ab his ad uiginti dupliciter proferuntur, & sine copula ad iam dictorum modum, septemdecim, octodecim, nouendecim, & cum copula maiore numero precedente, decem, & septem, decem & octo, decem & nouem. Horum posteriora etiam alijs nominibus offeruntur, duo de uiginti, quo significantur octo decim, & undeuiginti quo significantur nouemdecim, quæ ratio ante omnes, quæ in ginta finiuntur usurpari potest. Duodetriginta, undetriginta. Duodequadraginta, undequadrageinta, & sic ante alios. A uiginti uerò ad centum, si coniunctionem adhibueris, minor numerus præponi debet, unus & uiginti, duo & uiginti, tres & uiginti. Plinius de Epimenide Puerum æstu et itinere fessum in specu septem et quinquaginta dormisse annos. Sin coniunctionem subtraheris,

xeris, maior præcedet ut uigintiunus, uigintiduo, uigintitres. Idem, Ex feminis Liuia Rutilij, nonaginta septem annos excessit. Supra centum, & cum copulandi coniunctione, & sin ea naturalẽ ordinem seruant, nempe ut maior præcedat, Centũ unus, centũ duo, centum tres. Mille unus, mille duo, mille tres.

Item, Centum & unus, centum & duo, centum & tres. Quintil. de Gorgia, Is beneficio longissimæ ætatis (nam centum & nouem uixit annos) cum multis simul floruit. Plin. 7, Epigencs centum & duos annos impleri negauit posse, Berosus centum septemdecim. Idem, Fauctiæ una mulier centum uiginti quinque, Parmæ duo, centum triginta. Scire tamen licet in ipsis milibus numerandis eam seruadã esse rationem, quæ intra centum est præcepta, Sex & uiginti milia uel uiginti sex milia. Colum. Fit in assen summa sortis & usurarum 32 milium quadringentorum octoginta nummorum. Idem, Has summas inter se multiplicabis, uicies & semel ducentos & unum, atq; ita efficies quatuor milia ducentos & uiginti unum. Similis ratio & in his quæ distributiua, item quæ ordinalia uocantur, & supra uiginti obseruatur, & supra centũ. In distributiuis nanq; sine copulandi particula, uiginti uel uiceni singuli dicimus, uiceni bini, uiceni terni, uiceni quaterni. Et cum copulandi particula, singuli & uigeni, bini & uigeni, terni & uigeni, & ita deinceps usq; ad centum. Rursum à centum, centeni singuli, centeni bini, centeni terni. Milleni sin-



guli, milleni bini, milleni terni. Plinius, Cētum denum homines quatuordecim. Centum uigenum quinquam homines quatuor, ubi tamen centenum pro centum scribendum arbitror. Et cum copulatiua, Centeni & singuli, centeni & bini, centeni & terni. Milleni & singuli, milleni & bini, milleni & terni. **Trinus**, nomen, huius generis non uidetur, quum plurimum pro tribus legatur. Cæsar in Commenta. Trinis catenis uinctus. Tacitus, Trina bella ciuilia, plura externa, atq; plerunq; permista. Quamuis & pro ternis legitur. Cicero pro Murena, Trimos ludos ædiles fecerunt. Lilius, Trinis castris exuti, pro ternos & ternis. Cicer. Atti. Literasq; reddidit trinas. Plinius de pyrauli, Mutatio & in alias figuras transitus trinis aut quadrinis diebus, pro ternis. Et in ordinalibus sine copulatione, Viceſimus primus, uiceſimus secundus, uiceſimus tertius. Cum copulatione uero, Primus, & uiceſimus, secundus et uiceſimus, tertius et uiceſimus, Pro Primus tamen & secundus, ante uiceſimus sæpius legimus, unus & duo: ut unus & uiceſimus, duo & uiceſimus, usu magis quam ratione probante. Pli. Quantas enim dimetiens habeat septimas, tantas habere circulum duo & uiceſimas. Cic. Plato uno et octogesimo anno scribens est mortuus. Fab. 4. annal. ex Gel. Primum ex plebe alter consul factus est duo et uiceſimo anno, postquã Galli Romã ceperunt. A centũ uerò, centesimus primus, ceteresimus secundus, centesimus tertius. Milleſimus primus, milleſimus secundus,

**Trinus:**

**Ordinalia:**

secundus, millesimus tertius. Vel centesimus & primus, centesimus et secundus, centesimus et tertius, millesimus et primus, millesimus et secundus, millesimus et tertius. Plin. Ab anno urbis quingentesimo, septuagesimonono. Idē de tonsoribus, In Italiā, ex Cilicia uenere post Romā conditā anno quadringentesimo quinquagesimo quarto. Cic. ad Att. Item post Leutricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto. Cice. pro Milone, Centesima lux est hęc ab interritu P. Clodij et opinor altera. Non tamē usq; ad eō religiose supra centum obseruatur ratio cum coniūctione. Idem enim Plin. 7 nat. hist, Ei quod de Epimendi citauimus hęc uerba subiecit, ut tamen in septimum & quinquagesimam atq; centesimum duraret annum. Columel. Satiatq; semodius cibi in diebus singulis uicenas & centenas turtures. Ceterū in his duobus generibus intra uiginti ibi post duodecim statim ex duobus itebris dicimus ternidēni, quaternidēni, quinidēni, senidēni. In tribus uerō etiam conuerso ordine, ut Vallę placet Deniquaterni, deniquini, deniseni. Quo ordine duntaxat dicuntur quę deinceps habentur. Denisepteni, denioctoni, deninoueni. Hic uerō tertiusdecimus, quartusdecimus, quintusdecimus, sextusdecimus, septimusdecimus, octauusdecimus, nonusdecimus. Plin. Nanq; octauodecimo die excludunt, statimq; concipiunt. Et Papin. in Syluis, Primo autē septimdecimum Germani ci nostri triumphum adorauit. Similis dispositio & in aduerbijs est obseruāda, undecies, duodecies, tredecies quatuor.



quatuordecies, quindecies, sedecies, septies decies, octies decies, nouies decies, præterea uicies, Et uicies semel, uicies bis. Item semel & uicies, bis & uicies, & deinceps pro ratione iam dicta. Plin. 10. Idē sella curuli semel et uicies sedit. Columel. Qui quies et uicies duceni quadragenī singuli, fiant sex milia et uiginti quinque. De his sine copula Plin. Mox peculiariter ad hoc genus pertinet, quod ultra nō gēta nonaginta nouem milia, his aduerbijs uti ueteres animaduertas.

Quod Plinius exemplo saltē monet. Eius uerba in trigesimo tertio hæc sunt, Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia. Itaque hic et hodie multiplicatur, ut decies centū millia, aut sepius dicantur. Hæc Plin. Ultra hunc numerū sic proceditur numerando, Undecies, duodecies, tredecies, quatuordecies centena millia, et sic deinceps usque ad uicies, à quo tricies, quadragies, quinquagies, usque ad centies, Ab hinc ducenties, tricenties, quadrigēties, quingenties, usque ad milia centena millia. Vale. Max. Filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentum. Iustin. 2, Naues quoque decies centum millia numero habuisse fertur. Sueton. Patet in circuitu ad bis et tricies centū millia passuum. Ipse Plinius in secundo, Pars nostra terrarum, de qua memoro, ambiente, ut dictum est, oceano, uelut innatans longissime ab ortu & occasu patet, hoc est, ab India ad Herculis colūnas Gadibus sacratas, octogies quinque centena septuaginta octo millia passuum, ut Artemidoro placet auctori: ut uero Isiodo

ro, Nonagies octies centena decem et octo millia pas-  
 suum. Sed intra supra dictum numerum (quam partem  
 præcepti doctissimus Budæus egregie obseruauit) sine  
 hac per aduerbia multiplicatiõe locutos ueteres doce-  
 amus. Cæcil. Plin. ad Romanum, Offero tibi ad imple-  
 ndas equitis facultates, trecenta millia nummum. Idem  
 ad Fabatum, Adijcis posse eos nongentis milibus ueni-  
 re. Aemil. Probus in Pausania, Quod eo duce Mardo-  
 nius satrapes regius natiõe Medus, regis gener, in pri-  
 mis omnium Persarum, & manu fortis et consilij ple-  
 nus, cum ducentis millibus peditũ fugatus est. Cic. ad  
 Rufum, Nã de sestertijs noningentis milibus certe ita  
 relatiũ est, ut tu siue frater tuus referri uoluit. Qui. 9,  
 Et ne illa quidẽ testimonia recito, quæ dicta sunt de se-  
 stertijs septingentis milibus. Hora. Si Septingētis sex,  
 septem milia demas. Martial. Quadrigenta tibi non  
 sunt. Varro, Et unæ quadrigæ constiterint millibus  
 quadringentis. Cæsar de Britannia, Huius est longitu-  
 do, ut fert eorum opinio, septingentorum milliũ. Pri-  
 uatim de quibusdam numeralibus, obseruantur hæc.  
 Mille quum non solum cætera numeralia, adiectiuum  
 sit omnis generis & pluralis numeri, sed etiam appel-  
 latiũ neutri generis, et numeri singularis, quod olim  
 Macrobio autore declinabatur, mille millis, duplicem  
 meritò sortitur constructionem, & transitiuam, sicuti  
 adiectiua, ut mille homines, mille iumenta: & transi-  
 tiuam in genitiuum, sicuti appellatiua. Cicero in Phi-  
 lip. Iuuentus est qui Lu. Antonio mille nummum ser-

Mille,

ret



ret expensum. Et pro Milone, In quibus propter infan-  
 nas illas substructionis, facile mille hominum uersa-  
 batur. Millia quoq; utpote ab hoc singulari declina-  
 tū, appellatiuū est, et in genitiuū transit, ut millia pas-  
 suū, millia, stadiorum, millia sestertium uel nummum.  
 Suet. Octoginta millia nummū diurna erogauit. Ci-  
 cero, Si doceo iudices eos qui quadraginta millia mo-  
 diūm lucri faciunt. Sicubi autem in mili casu continē-  
 ter eum alio appellatiuo legatur, apud idoneum pre-  
 sertim autorem suspectus plane habendus est locus,  
 quum et ratio refragetur ut mox ostendā, et frequēs  
 passim autorū usus reclamet, et quod minimū argumē-  
 tū est, in uersu nihil tale (quod sciā legatur. Nā quod  
 ex, D. Vergilij quidem afferunt, Tot millia gentes Ar-  
 ma ferūt Itala. Ego gētis potius lego, ut sit Itala, nul-  
 la nec carminis nec sensus, ut opinor, iniuria. Accedit  
 q̄ opportuna res ad corruptelā utroq; genere fuit,  
 & numeri ipsius ratione, quum ueteres tū mille, tum  
 millia per M literā signarint, & appellatiuorū, quo-  
 rum genitiuos potissimum mensuram quamlibet pon-  
 deris magnitudinisue significantes per syncopen sere  
 ut Priscianus testatur, proferebāt, uel certis uotis, uel  
 certe dimidiatos scribebāt, quæ postea uel à librarijs  
 male excepta, uel à sciolis male suppleta, cæteris mi-  
 nus curiosis errandi occasionem dedere, ut quum pro  
 duo millia sestertium, talentum, uel modium, II. M.  
 L. S. uel talen. uel sester. uel mod. scriptū inuenirēt  
 illi duo millia sestertia uel talēta uel modios ponerēt  
 quum

quū duo appellatiua sub unius personæ ratione iungi  
continenter non possint, nisi ut Valla mederi uitio co-  
natur per appositionē, quæ tamē nullū habere locū in  
talibus uidetur, quū nec generalitatis cōtrahēdæ cau-  
sa, ut mulier ancilla, nec uariæ significationis determi-  
nandæ, ut canis sydus, nec signandæ proprietatis, ut  
Aristides uir iustissimus, adiectus is numerus uideri  
in talibus possit, qui alioqui præponi in tali loquendī  
genere semper notatur, quū appositio natura sequi  
debeat ad id cui apponitur. Ita tali medela datur po-  
tius negligētiæ securitas, quā uindictatur à uitio cor-  
rupta loquendi ratio. Vnus quoq; ut Priscian. obser-  
uat, hanc peculiare habet in cōstructione proprietatē  
quod pluralis eius numerus ijs duntaxat pluralibus  
iungitur, quæ pro singularibus intelliguntur. Salust. Hi  
postquam in una moenia conuenere, pro in unā urbē.  
Vergil. Satis una superq; Vidimus excidia: pro unū  
excidium. Lucan. Totumq; in partibus unis Bellorum  
fecere nefas: pro in una parte. Liuius, Hæc tum sacra.  
Romulus una ex omnibus peregrina suscepit: pro un-  
um sacrum. Ita quum in Prolepse eiusmodi pluralia  
uum nomē ponitur, in prolepseos partibus plurali hu-  
ius numeralis subijcimus unas et alteras, non unam &  
alteram dicentes, ut Cicero Appio, Nam quas ex ita-  
nere antequam ex Asia egressus es, ad me literas mi-  
sisti, unas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras  
de Apameorū ædificatione impedita, legi perimuitus.

Distributiua cum ijs nominibus quæ singulari nu-  
mero



Distributi-  
ua pro car-  
dinalibus.

mero, deficiuntur, cardinaliū loco iungi sola possunt  
cardinalibus exclusis. Binæ literæ, ternæ armæ, quater-  
ni codicilli, non duæ, tria, quatuor dicendum. Adhibe-  
tur præterea ubi singulis multorum similem aliquem  
numerū distribuimus, ueluti in exēpla in 1 libro docet

Quæ in  
arius

Quæ in arius finiuntur, cum ijs quæ numerantur  
iungi non solent, non enim dicitur centenarius annus,  
sed cum ijs ad quæ pertinent, aut referuntur ea quæ  
numerantur: ut, Homo centenarius, qui centum est an-  
norū, Lapis centenarius, qui centum est librarū. Cic.  
ad Att. Cohortes habet quadragintarias. Numerum  
tamen centenarium, denarium, et ternarium dicimus,  
si cui hoc scitu non indignum uidetur.

Quæ in ax

Feruntur in genitiuum diuersæ personæ, et ex ad-  
iectiuis uerbalibus quæ per ax finiuntur, Audax, ca-  
pax, edax, ferax, fugax, pertinax, rapax, sagax, sper-  
nax, tenax. Papin. in Syl. Audax ingenij. Ouid. San-  
ctius ijs animal mentisq; capaciū aliæ. Idem, Tem-  
pus edax rerū. Vergil. Illa ferax olei est. Seneca. Esto  
uitiorum fugax. Tacit. Opum contemptor, redi perni-  
nax. Plin. Omnium utilitatum & uirtutum rapacissi-  
mi. Horat. Ut iliumq; sagax rerum. Syl. Ductor Piso  
uiros spernaces mortis agebat. Hora. Iustū & tena-  
cem propositi uirum.

Quæ in  
idus

Et ijs quæ in idus terminantur, Auidus, callidus, cu-  
pidus inuidus, impavidus, prouidus, timidus, trepidus  
et ualidus. Pli. Ut est natura hominū nouitatis auida.  
Tacit. Nemo illa tempestate militaris rei callidior ha-  
beatur.

bebatur. Ouid, Cupidus studiorum. Plaut. Cupidus le  
no auri. Syl. Impavidus somni seruat pecus. Iuuenal.  
Et subiti casus improuidus. Liuius, Trepidus rerū sua-  
rū. Horat. Timidusq; procellæ. Tacit. Validus animi  
& corpore ingens. Similiter ijs digus & prodigus  
Verg. Haud opis indigi nostræ. Luc. Terra suis con-  
tenta bonis, neq; indiga mercis Externæ. Hor. Et ani-  
me magnæ prodigum Paulum superante Pæno.

Et pauca terminata in ius, non tamen omnia uerba  
lia, Anxius, conscius, dubius, deuius, egregius, inscius,  
nescius, nuncius, obnoxius, præscius. Syl. Anxia fati.  
Verg. Et mens sibi conscia recti. Idē, Nec sum animi  
dubius. Syl. Sed deuius æqui. Papi. Tu tamen egregius  
facti. Verg. Etiamq; tremens, etiam inscius æui. Ouid  
Veri quasi nescia quærit. Verg. Tam ficti prauiq; te-  
nax, quam nuncia ueri. Liuius, Spei liberā, obnoxiam  
timoris. Verg. Præscia futuri da, non indebita posco.  
Cōscius tamē alia ratione in datiuū. Ter. Egomet quæ  
mibi sum conscia. Ex participialibus quoq; multa eo-  
rū quæ in ens, uel ans finiuntur, ut Abundans, amans,  
audiēs, appetens, abstīnēs, efficiens, cupiēs, experiens,  
ferens, fugiens, fugitans, fidens, surens, metuens, negli-  
gens, obseruans, patiens, potens, præstās, prospiciens,  
reuerentior, sitiens, seruans. Vergilius, Quam diues  
peccoris niuei, tam lactis abundans. Iuue. Viue biben-  
tis amans. Seneca, Amantes tui ama. Plautus, Audiens  
imperij. Horatius, Abstīnens ducentis ad se cuncta  
pecuniæ. Sallust. Alieni appetens, sui profusus. Plaut-

Quæ in ius

Conscius;  
Quæ in  
eius uel ans



## 182 DE EMEND. STRVCT;

tus, Cubat cōplexus, cuius cupiens maxime est. Cicero  
 Virtus est efficiens utilitatis. Ouid. Experiensq; lobo-  
 rum. Tacit. Corpora hominū salubria & ferentia la-  
 borum. Caesar, Nemo erat tam tardus et fugiens labo-  
 ris. Terent. Herus est perliberalis, & fugitans litium.  
 Verg. Fidens animi atque in utrunque paratus. Idem,  
 Namque furens animi. Col. Quū sit molliſsimū genus  
 & seruitutis indignantiſſimum, Iuuenal. Metuens uir-  
 gē iam grandis Achilles. Tacitus. Vitellius a-  
 mīcorumq; negligēs. Sallust. Corpus patiens inea-  
 die. Vergil. Tempestatumq; potentem. Statius, Haud  
 tulit armorum præstans animiq; Corebus. Ouid. Nec  
 reuerentior ulla deorum. Syll. Et semper famā sitiens  
 Vergil. Et seruantiſſimus equi.

Offre in  
 tus uel fuis:

Et ex ijs quæ in tus uel sus exeūt. Consultus, conten-  
 tus, doctus, indoctus, eruditus, expertus, falsus, lapsus,  
 nactus, mutatus, oneratus, præfectus, profusus, suspen-  
 sus, uictus. Horat, Consultus iuris & actor causarum.  
 Linius, Cōtentus libertatis. Horat. Indoctusq; pile di-  
 sciue trochiue quiescit. Idem, Docte sermonis utriusq;  
 linguae. Vergi. Expertos belli iuuenes Ascilua treccen-  
 tos. Plaut. Falsus animi. Idē, Ita me amor lapsum ani-  
 mi ludificat. Mart. Macte animi quem rarus habet,  
 morumq; tuorum. Apulei. Derepente animi mutatus  
 Pacuuius ex Non Marcello, Oneratus frugū & flo-  
 ris liberi. Plin. Perfectus prætorij eius. Sallust. Profu-  
 sus sui. Apul. Oppidō suspensus animi. Taci. Animi  
 ualidus. Vergilius, Inmemor heu uictus animi. Hec  
 quum

quum participia sunt, alijs etiam casibus merito iunguntur, sed qui ex uerborum natura haud difficulter intelligentur: ut, Paucis contento, Arci praefecto, Datus iter melius, Victus à Scipione, Maeste uirtute esto. Reliqua quæ in partium casu feruntur, quoniam de uerbalibus & participialibus seorsum egimus, quæ succurrent per ordinem literarum exequemur, potius quam parum tuto per locos. Leguntur igitur cum hoc casu iuncta. Amens, auarus, alienus. Verg. Isq; amens animi & rumeur accensus amaro. Horatius, Præter laudem nullius auaris: Cicer. Acad. Et uno nomine omnia, quæ essent aliena famæ & constantis assentionis, à uirtute sapientiaq; remouebant. Benignus Hor. Vini somniq; benignus. Itē Cæcus certus, incertus, certior, compos. Quintil. Institut. At si quis tam cæcus animi est, ut de alijs dubitet, Gellius. Certus rei, incertus uitæ. Tacit. Sententiæ Vitellij certior fieret, Val: Max. Imperatores compotes, uictoriarum. Item Elegans, emulus, expers. Gell. Elegantissimus uerborum latinorum. Ouidius, Vt tamen exemplis intelligat emula laudis. Idem, Perq; nouem lucas expers undæq; cibiq;, Sedit homo nuda. Et fessus. Verg. Expediunt fesi rerum. Et gnarus. Columell. Armorum militiæq; gnaros. Præterea integer, imperitus, inops, inanis, insolens, ignarus, immunis. Horatius, Integer uitæ, scelerisq; purus. Terent. Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis? Ouidius, Illuc mentis inops. Idem, Sanguinis atq; animæ corpus inane fuit.



Hoc & cum ablatiuo iungitur. Cicero Attico, Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis re aliqua utili & suavi uenerat. Salustius, Insolens malarum artium. Verg. Ignarosq; uia mecum miseratus a gressibus, Ingredere. Idem, Prospicit ignarus rerum, ignarusq; salutis. Ouid. Immunibus huius esse mali dabitur. Item Largus: liber, liberalis. Vergil. Largus opum, lingua melior, sed frigida bello Dexterâ. Sallust. Laudis uide, pecunie liberales. Terent. Libera legis. Illa quoq; Maturus, memor, immemor, miser. Verg. Atq; eui maturus Acestes. Terent. Ut memor esses sui. Idem, Nam isthæc commemoratio quasi exprobratio immemoris beneficij est. Plautus Cistell. Petulantia mea me animi miseram habet. Item Prosper, pauper, parcus, particeps, præceps, peritus, prudens, imprudens. Horatius, Prosperam frugum, celeremq; pronos Voluere mentes. Idem, Horum ego semper optarem pauperrimus esse bonorum. Suetonius, Pecunie parcus ac tenax. Iuuenalis, Qui te participem secreti fecit honesti. Verg. Et præceps animi Tinarus. Horatius, Agricola m laudat iuris legumq; peritus. Idem, Rerumq; prudens, et in secundis temporibus dubijsq; rectus. Teren: Imprudens harum rerum. Item Reus & rudis. Ouid. Spectarumq; agitur legū reus. Persius, Arator luciferi rudis: Cic. Græcarū literarū rudis. Ad hæc sanus, satur, securus, serus sollicitus, sterilis, superstes. Plaut. Satin tu sanus mentis atq; animi tui es? Verg. Securus amorum germanæ. Terent. Adelp. Sed postquam intus sū

omnium

omnium rerum satur. Hora. O seri studiorum Tacit.  
 in 2, Virtutum sterile seculum, Ver. Cum tibi solici-  
 to secreti. Plin. nati hist. Marcus Perpenna et Lucius  
 Volusius Saturnius, omnium quos in senatu sententiã  
 rogauerunt, superstites fuere. Præterea uecors et ua-  
 nus. Apul. iam uecors animi tectum scandulare con-  
 scendit. Verg. Aut ego ueri Vana feror. Sunt ex ijs  
 nonnulla & quæ cum alijs iuncta casibus, apud auto-  
 res leguntur, præsertim ablatiuis. Cic. ad Brutum, Me  
 uelim de tuis rebus cõsilijsq; facias diligentissime cer-  
 tiorem, Liuius, Præda compotem. Plautus, Dono te ob-  
 isthuc dictum, ut expers sis metu. Cic. de Orat. Inops  
 uerbis. Plin. Caprificus omnibus immunis est, quæ ad-  
 huc diximus. Ouid. Ambrosiæ succo saturos. Cic. Alie-  
 num est dignitate tua. Et cum præpositione. Idem, Nõ  
 alienus à Seculo & studijs.

Dandi casum adsciscunt cum multa ex iam dictis  
 (quanquam alia quapiam ratione) nempe aliqua ex  
 ijs quæ iam dicentur, ut amator illi, præceptor mihi,  
 usibus capax. Cæci. Plin. Villa usibus capax, non sum-  
 ptuosa. Tum generaliter quibus lucrũ, damnum, uolu-  
 ptas, gratia, sumisio, deniq; cõmodi, incõmodiue ac-  
 cessio alicui significatur. Hæc enim omnia metabati-  
 cos in datiuos transeunt, eorum aduersus quæ sic se ha-  
 bent, ut utilis, dãnosus, periculosus, difficilis, fidus, gra-  
 tus, iucũdus: Supplex tibi. Fidus uero in genitiuũ. Ver  
 Præterea regina tui fidissima, dextra occidit ipsa suo  
 Datium adsciscunt, et quæ similitudinem, paritatem,

Nomina in  
 datiuum

Fidus



uel simul esse significant, & quæ ex con præpositi-  
 ne cõponuntur. Præterea ex ijs quæ ad aliquid dicuntur,  
 quæ æquiparantia uocât, ut similis, dissimilis, par  
 impar, æqualis, æquus, cõtrarius, aduersus, socius, con-  
 tubernalis, commilito, conseruus, cognatus, cõmunis,  
 uicinus, finitimus, propinquus, amicus, inimicus, &  
 cum his proprius, & idem siue nomen id uoces, siue  
 pronomen. Quinetiã ex his multa genitiuis iuncta re-  
 perias, partim possessionis lege, ut amicus Senecæ, ini-  
 micus Cesaris, partim aliter. Lucan. Quem metuis.  
 par huius erat. Verg. Atq; impar congressus Achilli.  
 Terent. Domini similis es. Cicero Acad. Eorum qua-  
 tuor quæ supra dixi, dissimile, Idem, Cõmune animan-  
 tium omnium est coniunctionis appetitus, procreandi  
 causa. Hoc uero præter datiuũ et genitiuum etiã cum  
 auferendi casu & præpositione iunctũ legitur. Cice.  
 Hoc enim onere, quod mihi tecum est cõmune. Idem,  
 Quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus sen-  
 tentijs cõmunis conclusio. Horat. Nisi nos uicina Tri-  
 uici Villula cepisset. Iustin. Chalybes fluuij huius fini-  
 timi appellati. Ad Hæc uerbalium quæ in lis, & par-  
 ticipialium quæ in dus syllabis finiuntur, præsertim  
 quæcunq; á passiuus uerbis declinãtur, passiuorũ da-  
 tiuum recipiunt, ut amabilis, docibilis, execrabilis, le-  
 gibilis, penetrabilis, amãdus, docendus, uisendus. Stat.  
 Nulli penetrabilis astro. Lucus erat. Hor. Nulli flebi-  
 lior quam tibi Vergili. Idem, Hic tibi sit potius quam  
 tui mirabilis illi. Verg. Nec dictu affabilis ulli. Syllius  
 Superisq;

Superisq; habitabile saxum: Ouid. O mihi post nullos  
unquam memorande sodalis,

Nomina in  
accusatiuū

In accusatiuum transeunt ex adiectiuis nomini-  
bus ea quibus generalis mensura siue dimensio signi-  
ficatur: latus, lōgus, crassius, profundus, altus. Sed eius  
dictionis, quæ priuatam mēsuram significat. Plin. na.  
hist. Caulis palmum altus. Idem, In hoc cœli circum-  
plexu æquinoctij die media, umbilicus, quem gnomonem  
uocant, septem pedes longus, umbram non amplius  
quatuor pedes longam reddit. Præterea in genitiuum,  
ut Columella, In morem horti areas latas pedis  
denum, lōgas pedum quinquagenū facito. Idem, Atq;  
ita mense ultimo aprilis feritur tanū, quantum singuli  
cyathi seminis locum occupent, decem pedum longū,  
& quinq; latum. Item in ablatiuū. Idem, Auarius qui-  
dam dupondio & dodrante altum saccū, latum, pedū  
quinq; deinde ter tanto spatium crudum relinquunt.  
ubi etiam accusatiui est usus. Plin. 35, Longum sesqui-  
pede, latum pede. Alia rursus in modum infinitum, ut  
bonus, dignus, indignus, aptus, ineptus. Vergil. Quir  
non Mopse boni quoniam conuenimus ambo, Tu cala-  
mos inflare leues, ego dicere uersus. Pompon. Mela,  
Verum aspici cognosciq; dignissimū. Ouid. Sed puer  
est, atas mollis et apta regi, Eodem modo cæreus pro  
aptus. Hor. Cæreus in uitium flecti. Pro actiuo tamen  
infinito, prosa scribentes accusatiuo gerundi modi  
cum præpositione potius utuntur. Vehemens ad dicē-  
dū, piger ad salutandū. Commodus, incōmodus, utilis,



inutilis ad militandū. Pro passiuo autē uel ultimo gerundi modi, quod per u finitur, ut optimum factu, dignissimū memoratu, horridū uisu: Hor. Sapiēs uitatu quidq; petitu sit melius, causas reddet tibi. Plinius ad Apoll. *Quae & tibi auditu & mihi relatu iucunda erunt.* Vel passiuo eo quod per dum terminatur cum praepositione ad. Cicero, *Quod non facile ad credendū est, pro eo quod est creditu, uel ut credatur, utriusq; modum interim et per prouocabulum Qui, non inele ganter interpretari autores uideas.* Priorem, ut Ter. *Nam si ego digna hac cōtumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres.* Posteriorem. Cic. *Non erit idoneus, qui ad bellum Asiaticum regionq; mittatur.*

Nomina  
in ablatiuū

Ablatiuū uero diuersae personae adsciscunt sibi haec, Dignus, indignus, plenus, uacuuus, diues, dis locuples, foetus, secundus, uiduus, cassus, orbis, truncus, extorris, praeditus. Ter: *Dignus es odio cū suspitione isthac tua scelus Iuuenalis, Quamquam plena omnia gypso, Chryssippi inuenias.* Cicero, *Quum sumus necessarijs negotijs curisq; uacui.* Horatius, *Diues agris, diues positus in faenore nummis: Pomp. Mel. Tantum pecore ac finibus dites,* Cicero pro Rosc. *Locuples metu.* Vergilius, *Loca foeta furentibus austris.* Plautus, *Amor et melle et felle est foecundissimus* Hor. *Viduus pharetra risit Apollo.* Ver. *Nunc cassum lumine luigent.* Ouid. *Orba parente suo quicumq; uolumina cernis, Idem, Et generat truncas pedibus perniciousis.* Vergil *Finibus extorris complexu auulsus Iuli.* Cic. pro

pro Rab. Senectute affectum, morbo præditum. Ter:  
 Qui filium habere tali ingenio præditum. Imitantur  
 hæc et duo participia captus et contentus. Illud quo-  
 ties parti iungitur, ut mète captus, oculis captus. Ver-  
 gi. Atq; oculis capti fodere cubilia talpæ. Hoc, ut Ho-  
 rat. Centena dedisses. Huic parco paucis contento. De  
 hoc uero ut cum genitiuo iungitur, supra est dictum.  
 Cum quo etiam superiorũ nonnulla legas. Quid. Mi-  
 litia est operis altera digna tui. Ver. Descendam ma-  
 gnorum haudquaquam indignus auorum: Salustius,  
 Ager aridus & uacuuus frugũ. Tacit. Annonæ focun-  
 da. Verg. Diues opum uariarũ. Item, Trunca pedum  
 primo. Idem, Quæ regio in terris nostri non plena la-  
 boris: Hoc tamen ut Quint. ait, suo tempore ablatiuo  
 iunxerunt, plenus uino dicentes, non autem uimi, ut ue-  
 teres. Qui igitur ueteribus esse similis cupit, uidet in  
 hoc quid sequatur, Diuersitatis quoq; nomina ablati-  
 uos sibi cũ præpositione subiiciunt: alter ab illo, aliud  
 ab hoc, diuersus ab illo. Alius uero et sine præpositio-  
 ne. Hor. Alius sapiète bonoq; ite numeraliũ quæ ordi-  
 nalia dicuntur. Primus. á Dardano, Secundus ab Ho-  
 mero, Ablatiuis iunguntur & comparatiua omnia,  
 id q; uel singularibus uel pluralibus, ut frigidius gla-  
 cie, leuius uentis: nisi partitio potius significetur  
 quam collatio, sic enim in genitiuum partitiuorum ri-  
 tu feruntur, ut maior iuuenum. Soluitur cõparatiuo-  
 rum ablatiuus in quam coniunctione electiuam & no-  
 minatiuum eiusdem uocis ut doctior Platone, doctior



quam Plato, quam solam constructionē uidentur dimi-  
nutiua cōparatiuorum habere. Plin. Duriusculum se-  
fecit, quam uolebat existimari à uernariolis tuis et sa-  
mulis: Ter. Thais quam ego maiuscula est, Genitium  
autē per ē uel ex partitiuorum ritu. Cæsar Commen-  
In testamento Ptolomæi patris heredes erant scripti,  
ex duobus filijs maior. Et Ouid. Cum minor ē pueris  
iussus studioq; uidēdi Constitit ad geminæ limina pri-  
ma foris. Et per inter. Quin. in gladiat. Qui inter eos  
ut apparet, fortior fuit. Admittit comparatiuus non-  
nunquā et alterū ablatiuum, nempe eius dictionis que  
mensuram excessus significat: ut multo antiquior So-  
crate, nihilo segnior illo. Vacetur autē (si libet) hæc  
comparatiui transitio secunda, sicut quæ in priorē est  
ablatiuum, prima, Verum posterior ablatiuus. alio-  
rum quoq; quorundam est communis, sicut superlati-  
uorum nonnunquam. Quintilianus, Declamandi ra-  
tio ut est ex omnibus nouissime inuenta, ita & multo  
est utilissima. Catullus, Tanto pessimus omnium poëta,  
Quanto tu optimus omnium patronus. Cæterum com-  
paratiua quum duplicem habeant ablatiuum, alterū  
per e, alterum finitum per i, obseruat Laurētius, cum  
fœmininorū ablatiuis intransitiue sunt constructa, se-  
pius ea per e legi, ut secunditore fama, lætiore fortu-  
na. Cum alijs potius per i. Iuuenal. Constat leuiori  
bellua sumptu. Notatur uero & per comparatiuum  
collatio quadruplex. Vna substantie ad substantiam  
diuersam, ut homo est mitior leone. Altera substantie  
ad teme

ad tempus, uel ad se ipsam temporis ratione uariatā,  
 ut sum hilarior solito. Terentius, Ab quanto nūc for-  
 mosior uidere quam dudū. Tertia adiectiui ad diuer-  
 sum adiectiuum, ut, est magis fortis quam doctus, ma-  
 gis felix quam prudens. Hoc modo comparatiuū cum  
 comparatiuo nonnunquam committimus, etiam, cū ad  
 uerbio magis, autore Prisciano, ut fuit Achilles Aenea  
 fortior, magis q̄ iustior. Et Hieronymus noster de pau-  
 pertate, Quidam ex fratribus parcior, magis q̄ aua-  
 rior. Et sine aduerbio magis. Quintilia. Sit salubrior  
 studijs, quam dulciior. Columella libro sexto, At si  
 longior fuerit quam latior. Eadem ratione, & per  
 an utimur. Gellius, Perincertus stolidior, an uanior.  
 Solim. Calamitosior an beator fucrit Augustus, ambi-  
 guum. Quarta collationis ratio est, quum ad opus  
 uel affectionem alicuius fit comparatio. Et ea tri-  
 plex, Alias per ablatiuum nominis, ut ditiior opinio-  
 ne hominum, id est, quam ut homines opinentur. Et  
 paulo aliter, ut causa uel lis minor dignitate nostra  
 pro quam ut deceat, uel q̄ quæ deceat dignitatem no-  
 strā. Maior prætoria cognitione summa, pro quam  
 ut prætore cognoscat. Alias per quam dupliciter, mo-  
 do. cū ut apostatico, & actiue, ut notius est quam  
 ut ego id præcipiā. Quintilianus, Sed nec bonus præ-  
 ceptor maiore se turba quā ut sustinere possit, onerā  
 uerit, qua ratiōe exēpla quedā modo interpretati su-  
 mus. Et passiue, notius est quam ut a me præcipiatur.  
 Quintil. Sed hoc apertius est, quam ut probandū sit.

Modo



Modò per relatiuũ qui, Notius est quàm quòd ego præcipiam, & notius est quàm quòd à me præcipiatur. Quintil. Ideo ne suscipiendæ quidem plures sunt causæ, quàm quibus suffecturũ se sciat. Illa uero, Maior uiginti annis, minor uiginti annis: pro eo quod est supra uel infra etatem uiginti annorũ, monadica puto: nam maior uiginti annorum per defectum potius ablatiui etate dicitur: uel ut Priscianus interpretatur per defectum, illo qui est, ut sit maior illo qui est uiginti annorum. Maior uerò & maximus natu, & grandior natu cum similibus, sicut maior et maximus etate dicuntur. Est enim illud natu monoptoton.

De comparatiuorum pariter superlatiuorumque natura illud prætereundũ non arbitror, quod præter hæc dictas constructiones, etiam positionum suarũ casus nonnunquã recipiunt, diuersæ uidelicet personæ, ut dignum laude & dignius & dignissimum laude. Auidus habendi, et auidior, et auidissimus habendi. Amicus nobis, & amicior & amicissimus nobis. Horatius, Sapiens uitatu quidq; petitu sit melius causas reddet tibi. Aliquãdo diuersum et à positionis sui casu & suo. Salustius, Nulla arte cuiquam inferior. Plinius de Pardo, Nulli animum claritate inferior. Pleraq; etiam adiectiua in ablatiuũ feruntur eius rei secundum quam, uel ratione cuius de quoquam affirmantur, Andria genere, Syrus natione, Fuscus colore, Prudens consilio, Vergilius, Forma pulcherrima Didaco. Martialis, Castus moribus, integer pudore, uelox ingenio.

ingenio, decore felix. Et quæ apertius p Synecdochè dicuntur. Idem, Crine ruber, niger ore, breuis pede, lūmine lesus.

## PRONOMINVM CONSTRUCTIO

Pronomina suapte natura transitionem in alia non faciunt, habent tamen alias in coniunctione cū alijs partibus proprietatem quandam, Grammatico non prætermittendam. Duplices enim demonstratiuorum primæ et secundæ personæ genitiui, pro duplici significatione certarum uocum transitionem recipiūt, certarū respuūt: ut enim qui per is uel um finiūtur, quærundam uocum transitioni priuatim sunt addicti, ita qui per i terminantur, certas uoces habent, quibus succedant: quippe quoties post uerba, participia, & participialia, usus genitiui utriusuis horum pronominum incidit, ijs qui per i finiuntur est ut edum, quorum etiam naturā et sui genitiuus sequitur, ut Me tui pudet, nil nostri miserere, oblitusq; sui est Ithacus. Itē ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei.

Excipiuntur, quod sciam, ex omni numero uerborum duntaxat tria, quorum duo, Interest & Refert, quod ex eo nomine composita sunt, quod in hoc genus genitiuos transire non possit, ut mox dicitur, possessua alterius generis, id est, eorum qui per is uel um finiuntur cum ipso nomine quod in se cludunt, intransitiuè constructa accipere solent sic, Interest et refert mea, tua, nostra, & uestra, quibus adduntur sua et ciuicia. Cic. Ruso, Quin ego oia faciā, quæ interesse tua, aut



aut etiã uelle te existimem. Idẽ in eadẽ, Et quod tua ni-  
 hil referebat. Idẽ ad Curionẽ, Quod eos scire, aut no-  
 stra aut ipsorum interesset. Ter. Mea nihil refert, aut  
 potiar modo. Idem, Quid tua (malum) id refert. Cice-  
 ro pro Murena, Ea cades crimini potissimũ datur ei  
 cuius interfuit, non ei cuius nihil interfuit. Quod autẽ  
 ex noĩe, re uel res, cõponatur ea uerba ad interest qui-  
 dem declarant uerba Plauti, quibus id solute pronun-  
 ciat. Vtrunq; ueniat nec ne, nihil in re est mea. Et Te-  
 rentius in And. Si in re utriq; est ut fiant, accessi iu-  
 be. Nec est quod datiuus ille scriptũ ulli iniiciat, quũ  
 eundem quoque uerbo refert, subiectum inuenias.  
 Quod etiam ex eo nomine compositum esse docet, pri-  
 ma eius syllaba longa. Horatius, Vel dic qui referat  
 intra nature fines uiuenti. Tertium est ipsum, est, sim-  
 plex, quod tamen aliter eiusmodi possessiua non reci-  
 pit, nisi quum pro interest legitur, ut Plautus in Am-  
 phyr. Quid est mea? Legi etiam pro interest declarat  
 Illud Ciceronis ad Attic. Scio quanti Reipub. sit, om-  
 nes copias in unum locum primo quoquo tempore  
 conuenire. Item. Columella, Nam non est nostri nego-  
 cij alterum imperare, et alterum docere. Simili modo  
 et post adiectiua fere omnia quæ in genitiuum serun-  
 tur, iisdem genitiuis, id est, i finitis utendũ. Expers tui  
 fidissima tui, compos sui, æmulus mei. Terentius, Hanc  
 meritam esse, ut memor esses sui. Cicero ad Terentiã  
 Reliquum est quod ipsæ optime considerabitis, uestri  
 similes fœminæ sint ne Romæ. Ex adiectiuorum nua

mero demuntur numereralia, partitiua, particularia  
 & superlatiua, quæ quoties in genitiuū multitudinis  
 feruntur, eos demum horum pronominū genitiuos re-  
 cipiunt, qui per um finiuntur. Vnus et primus nostrū,  
 singuli, uterq; unusquisq; quidam uel aliquis uestrū,  
 & maximus natu nostrū. Terentius, Ne cui uestrum,  
 sit mirum, cur partes etc. Illud enim Quintiliani quod  
 supra posui, Vt pleniore obsequio demererer amāti-  
 simos mei, cū similibus, absoluti non superlatiui pro-  
 pria constructio est. Post appellatiua uerō (ut summa  
 quadam complectar) siue subsistendi uerbū interce-  
 dat siue nō, ijs qui per is et um finiuntur, uel quæ gene-  
 raliter horum loco accipi possunt, possessiuis utendū  
 ut fundus, a ger, codex, pes, oculus, meus, tuus, suus, no-  
 ster, uester, uel nostrū et uestrū: uel est meus, tuus, suus,  
 noster, uester, uel nostrū et uestrū. Plaut, Da diem hūc  
 sospitem rebus mis agundis. Cic in Phillip. 3, Frequen-  
 tia uestrum incredibilis. Gellius quoque ex antiquis  
 codicibus Salustianis, maiores nostrum scribendum  
 esse contendit. Sed mis & tis priscis quidem usitata,  
 postea exoleuerunt. Itaq; eorum loco possessiuis ne-  
 cessario nunc utimur, Cæterum si quod per appella-  
 tiuum significatur, aut pars sit generalis, nō specialis  
 eius quod significatur per pronomen, aut plane ex-  
 tra id quod significatur per pronomen, nec ab eo pos-  
 sessū, per genitiuos in i loquendū est. Exemplū partis  
 quam uoco generalē: ut dimidium, pars, aliquid, nihil  
 multum, reliquum, residuum, plurimū, mei tui, sui, nō =  
 striz



stri uestri. Cic. de Ora. Ex quo uereor, ne nihil sim tui nisi supplotionem pedi imitatus. Exemplū eius quod extra esse nec possessū intelligo, et respectu cuius (amatore Laurentio) genitiuus pronominis accipitur passi uè, ut cura, sollicitudo, memoria, copia, dolor, potestas utilitas, usus, uis, fastidiū, fauor, despectus mei, tui, sui, nostri, uestri, pro his nimirum ipsis, quæ nō in nobis de alijs sed in alijs de nobis habentur. Nam si penes nos sint & de alijs habentur, dicendum potius est, cura, sollicitudo, memoria, copia, dolor, potestas, utilitas, usus meus, tuus, suus, noster, uester, uel nostrum, & uestrum. Prioris ratione exempla sunt, illud Quintilianeni, Amore mei uicit et matrem. Item Terent. Hem tot mei solliciti sunt causa, Et Cic. Att. Vehemētēq; tua sui memoria delectatur. Horat. Ne studio nostro pecces. Alterius rationis exempla. Verg. Nate meæ uires, mea magna potētia. Item, Et nostro doluisti sepe dolore. Rursus, Ad urbē Sydoniā puer ire carat mea maxima cura. Sunt sane non adeo multa, in quibus tū genitiuis in i, tum possessiuis uti permittitur, ut causa fama, imago mea, tua, sua: nostra, uestra, et mei, tui, sui, nostri, uestri. Per possessiua tamē est locutio usitataior. Tere. Mea causa causam hāc suscipite. Illud non modo de utrisq; genitiuis, uerū etiam possessiuis obseruatum est, quod præter iam subiiciendos, nullum usquam ex omni genitiuorum numero, præter fortasse unū, post se per appositionē recipiunt: nempe ipsius, solius, unius, duorum, trium, & sic deinceps, omnium

nium, plurium, paucorum, cuiusq; et generaliter par-  
 ticipiorum. Cic. pro Mur. Ex tuo ipsius animo conie-  
 cturā feceris. Idē in Gab. & Pisonē, Dico mea unius  
 opera Remp. esse liberatā, Idē Att. Solius enim mecum  
 peccatū corrigi non potest. Quint. Deinde quū satis  
 vires eorum explorauerint, suæ ipsorum fiduciæ per-  
 mittunt. Liuius octauo ab urbe condita, Noster duorū  
 euentus ostendat, utra gens bello sit melior. Plin. in  
 Paneg. In sua cuiusq; laude præstantior. Cicero de  
 Orat. Si uoluntati omnium uestrum parui. Brutus ad  
 Ciceronem, Qui uestris paucorum respondeat laudi-  
 bus. Hor. Quum mea nemo scripta legat, uulgo reci-  
 tare timentis. Cato ad Ciceronem, Libenter facio, ut  
 tuam uirtutē, innocentiam, diligentiam cognitam in ma-  
 ximis rebus domi togati, armati foris, pari industria  
 administrari gaudeā, Sed participium post possessiua  
 hec sæpe uertitur in prouocabulum Qui, & uerbum.  
 Ouidius, Nūc mea scripta legis, qui sum summotus ad  
 Histrum, pro summoti. Sic pro illo, Vulgo recitare ti-  
 mentis, qui uulgo recitare timeā, dixeris. Alterius ra-  
 tionis, id est, finitorum per i, rariora succurrunt exem-  
 pla, ut, Mei solius immemor, Sui ipsius memor, Cice-  
 ro ad Lentulum, Quocunq; tempore mihi potestas  
 presentis tui fuerit. Idem de Ora. Lucium Craſſū quasi  
 colligendi sui causa, se in Tusculanū contulisse. Ouid  
 Heroid. Copia placidæ sit modo parua tui. Dixi nisi  
 fortasse unum, propter illud Tercij in Heaut. Ino-  
 pis te nunc miserescat mei, quod puto monadicon.



Obserna-  
tie de No-  
tri Vestri.

Priuatim de Nostri & Vestri illud scire licet, quod quoties appositio pluralis eos sequitur, cedere debent genitiuis in um, ut enim misertus, aut nescius, aut contemptor nostri dixeris, ita misertus, nescius, & contemptor nostrum duorum uel omnium dicendum.

## PRONOMINVM RECIPROCATIO.

**T**Ransitus quoq; à persona quapiã in seipsam que reciprocatio Grãmaticis dicitur, per aliud planè q̄ pronomina fieri non potest. Fit itaque à prima persona in seipsam transitus per idẽ omnino pronome, ut ego que mihi sum conscia. Simili modo à secũda persona in seipsam, Tu qui tibi es conscius. Sed à tertia in seipsam per diuersum omnino pronomen necesse est fiat. Vnicũ enim primitiuum pronomen est Sui, quod cum solis, tum uerò omnibus tertijs personis in eodem præsertim sensu, ipsorum in se transitionem regerit, quod præterea ipsum inchoare sensum nunquã potest. Hoc per uarios casus, uarijs exemplorum formulis ostendisse, non ab re, puto discentium erit. Dicimus igitur, Cicero reminiscitur sui, parcit sibi, diligit se, fruitur se, loquitur secum, agnoscit cõtemptum sui. Et aliter iterueniẽte uerbo multifariã. Hortatur te redire ad se, uel ut redeas ad se. Dicit te læsisse se, uel quod læsisti se. In his tamen formulis ubi duo sunt uerba citra ullam infinitam particulã Græci Antimethabasin, Prius scianus retransittonẽ uocat, in qua scilicet prius uerbum in se non suam, sed secundi uerbi transitionẽ reuertitur, ut exempla posita docent. Et sub infinito no-

mine

mine alio interueniente uerbo, ut, Dubitant quid sibi  
 expediat. Et ubi non tam liquidò hinc cernitur sen-  
 sus: ut, Dedit quod sibi erat charissimū. Obtinet enim  
 hic quoq; relatiui sensus unius dū daxat casualis uicē,  
 eiusq; ad uerbum dedit relati, quod eclipsin supplētī  
 facile pateat. Est enim plenum, Dedit illud quod sibi e-  
 rat charissimum. Vbi totus prouocabuli sensus explica-  
 tio est demonstratiui pronominis illud. Quæ enim se-  
 quuntur inter unius uerbi sensus potius sunt numeran-  
 da. Non magis alijs displicet eius negligentia q̄ sibi.  
 Et ita te amat ut se. Si quis enim zeugma impleat, et  
 plenos hos sermones reddat, uidebit in altera parte to-  
 tam esse reciprocationē. Verbi gratia, Quam sibi di-  
 splicet eius negligētia. Et, Ut se amat. Sed in quibus al-  
 terum interuenit uerbum, etiam per relatiua illa, ipse,  
 ille, & is, loqui autores deprehendas. Quint. in Dec.  
 Non petit ut illum miserū putetis, nisi et innocens fue-  
 rit. Idem, Neq; ignorauit quæ eū manerent pericula.  
 Quanquam hæc rectius planè haberēt si se dixisset,  
 quum nihil aliud sit ad quod referri reciprocū possit.  
 In illis enim Ciceronis, aliud esse uidetur, ad quod re-  
 ferri possit, ut pro Rabirio, Nec enim cuiquam eius  
 consilium uehementius q̄ ipsi displicet. Et pro Mar-  
 cello. Est uerò fortunatus, cuius ex salute non minor  
 penè ad omnes q̄ ad illū uentura sit lætitia. Aliquan-  
 do fit transitus à tertia persona non in seipsam, sed in  
 aliquid quod significatur ab ea possessum: uel contra,  
 ab eo quod à tertia persona possidetur, ad ipsā quibus



utrisque modis dum in una clausula transitus sit per  
 possessiuum suus omnino loquendum est. Posterioris  
 modi exempla sunt, Indiget Ciceronis suus filius. Mar  
 tialis, Et sua riserunt secula Mæonidem. Cicero ad  
 Atticum, Sed illum ulciscetur mores sui. Inducitur à  
 Cicrone suus dicearchus. Et quod possessum est po  
 sito in obliquo. Rumor est Cesari insidiari familiares  
 suos. Et, Fama est Alexandrum occidisse familiares  
 suos. Nam illa, rogat me Cicero, ut suus habitet apud  
 me filius, uel suus audiatur à me filius, non plane hui  
 us sūt generis. In quibus uidelicet ut per suus, ita per  
 eius, ipsius, uel illius loqui possis. Prioris modi, hoc  
 est, in quo transitus à tertia persona in aliquid a se  
 possessum significatur, exempla uarijs casibus & for  
 mulis hæc sint. Cicero, Reminiscitur clientum suorū.  
 Parcit erroribus suis, & familiarium suorum, Diligit  
 rem suam. Scripsit calamo suo. Et altero interposito  
 obliquo tertiæ personæ, ad quæ refertur possessio. Per  
 cussisti illum gladio suo. Reliquam legenti iudicium  
 suum. Commonefecit illum uitij sui. Item altero uerbo  
 interposito. Hortatur te redire, uel ut redeas domum  
 suam. Dedit quod præcipuum erat rerum suarū. Scit  
 quid doleat inimicis suis. Quæ namq; sequuntur, si re  
 ste inspiciantur, unius uerbi sunt. Ita fauet tibi, ut inti  
 mis suis. Adest, ut accipiat præmium suum. Mauult  
 hic esse quàm in patria sua. Et participio interuenien  
 te, modo posito, ut uideo hominem serentem agrū sūt  
 modo subaudito, ut uidi columbam tristem in pericu  
 lo pullos

lo pullorum suorum. Et quavis præpositione intercedente, ut comitatus es illum ad ædes suas. Percontabor illum de regno suo. Cæpi columbam cum pullis suis, uel in nido suo, uel extra, uel prope, uel iuxta nidum suum, et ita per omnes præpositiones, in quo maximè genere, etiam per genitiuos illos tertiæ personæ, eius, ipsius, illius promiscuè, autore Valla, loqui licet, Cæpi columbam cum pullis eius, uel in nido eius. Cæterum ubi tres sunt tertiæ personæ, quoniam ambiguum erit ad quam potissimum referatur possessio, qui amphibologiam uitare uolet, per hos potius genitiuos loquetur, quoties ad secundo loco positam refertur possessio, ut Cæpi columbam cum pullis eius, potius quàm suis. Cæpit furem cū socijs eius uel ipsius, potius quàm suis. Amat deū propter bonitatem ipsius, potius quàm suam. Quum uerò ad primo loco positum possessio refertur, per Suus potius, ut tuetur hominem deus propter bonitatem suam, potius quam eius. Est & alius in pronomine personarū transitus huic proximo affinis, nempe cum duarum mutuus inter se transitus significatur, quæ græcis allelopathia dicitur. Hæc præcipuè per duo aduerbia, inuicem & mutuo, & unam plurimum præpositionem inter, cum aliquo pronomine fit, hoc modo, Amamus nos mutuo, Diligitis uos inuicem, Dissident inter se, Dissidemus inter nos. Eadem locutiones & per partituum alter geminatum proferri solent, sed figuratè, ut Amamus alter alterum, amatis alter alterum, amant alter alterum. Verum de



inter peculiariter obseruat Laurētius (cui pleraque in hoc genere referimus accepta) quoties nominatiuus uel accusatiuus praecedit, per sui loqui autores. Cicero, Delectat hoc, quod inter se omnes partes corporis quodā lepore consentiunt. Et Quint. Damonem & Phinciam Pythagoræos ferunt hoc animo inter se fuisse. Cicero tamen ad Attic. si recte scriptum est, aliter loquitur, cum dicit, Vna spes est salutis, istorum inter istos dispensio. Cum uero antecedit genitiuus, datiuus, uel ablatiuus, per pronomen Ipse potius loqui solere. ut Cicero, Nec mihi cæterorum iudicio uideatur solum, sed etiam ipsorum inter ipsos consensu. Quintilian. Circa, quem inexplicabilis & grāmaticis inter ipsos & philosophis pugna est. Idem, Nam magnis quoq; autoribus incidunt aliqua uitiosa, et a doctis inter ipsos etiam mutuo reprehensa.

Ex demonstratiuis quatuor illa; hic, iste, ille, & is, aliquando non tam extra positum aliquid, quam continuo in sermone dicendum demonstrant. Terent. Vereor ne illud grauius tulerit Phædria, neue aliorum atq; ego feci, acceperit, quod heri intronissus nō est. Idem, Utinam istud uerbum ex animo ac uere diceres, potius quam te inimicum habeam. Idem, Sed hoc mihi molestum est. Nam isthæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficij. Cicero, Si hoc fuit liberis nostris gratius, nos uiuere. Terentius, Nā id arbitror apprimē in uita esse utile, ut ne quid nimis. Et pluraliter, Sed ijs, quas semper intellexi in te sitas

te sitas, fide & taciturnitate. Videtur & idem in illo Terentij, si recte scriptum est, demonstratiue accipi, Ego dudum nonnihil ueritus sum abs te Daue, ne faceres idem, quod uulgus seruorum solet, dolis ut me deluderes. Aliquando de absente dicitur demonstratiuum, sed uel recens presente, uel de quo paulo ante habitus est sermo, ut in illis, Proch deum immortalem, negat Phaniam hanc esse sibi Demipho cognatam. Item, Neque meo cordi esse quenquam chariorem hoc Phadria. Idem in Andria: Sed hic Pamphilus firmavit fidem. Vbi uult Donatus hic additum, ut ostendatur de illo fuisse sermonem. Horum ille et iste priuatum usum habent. Prius cum ob eminentiam quadam rem omnibus notam presumi uolumus. Cicero, Nasica ille prudens, bis consul. Posterius contra, cum alicuius rei cum contemptu stomachoue mentionem facimus. Tere. Munus nostrum ornato uerbis, & istum emulum quoad poteris ab eo pellito. Idem, Cum milite isto presens, absens, ut sies, me ames. Idem, Iste Chærea, iste ephebus frater Phedria.

Relatiua sunt, quibus repetitio fit precedentis in oratione cuiuspiam, quoties scilicet ipsum, & non aliud intelligi uolumus, quod per aliam orationis partem quam relatiuum fieri commode non potest. Si quis enim dicat, Emi agrum, & agrum relinquam tibi, incertum sit, an de uno eodemque agro sit sermo: si uero relinquam tibi, nemo dubitet de eodem esse sermonem. Hanc horum pronominum uim pragmatici recentior



res quum ignorauerint, instrumēta omnia participijs illis præfatus, prælibatus, prædictus, et similibus de- honestarunt. Sunt autē relatiua (ut in proximo libro diximus) numero sex, simplicia quinque, & unum compositum, ut in subiectis exemplis uideri licet. Hic, ut Florus, Postremus omniū regum fuit Tarquinius, cui nomen superbo ex moribus datum. Hic regnum auitum, quod à Seruio tenebatur recipere maluit, quam expectare, Ille, ut Cicero in Tuscul. Democritum illum magnum quidem uirum sed leuibus & rotundis corpusculis efficientē animum concursu quodam fortuito omittamus. Nihil est enim apud illum, quod non atomorum turba conficiat. Iste, ut Ter. Quorū emulari exoptat negligentia, potius quam istorum obscuram diligentia, is ut Salustius, Igitur de Catilinæ coniuratione quam uerissime potero, paucis absoluam, Nam id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris nouitate atque periculi. Idem, ut Cicero ad Appium Pulchrū, Omnino tibi agit gratias, sed idem scribit meas literas maximum apud te pondus habituras.

Hic.  
Alie.

Pruiatim de hic & ille obseruatum est quum ad duo anteposita referuntur, hic ad posterius et propius, ille ad prius & remotius referri. Plin. Ouium ad summum genera duo, Tectum & Colonicū, illud mollius, hoc in pascuo elegantius. Col. Quasi sit agricola contrarium pastoris propositum, quum ille quam maximè subactō & puro solo gaudeat, hic nouali gramino quoque ille fructum è terra speret, hic è peccore: Peculiariter

liariter ille, sępo cum coniunctione quidem iungitur  
 uidelicet, quum aliquid concedimus, a quo mox aliud  
 remouebimus. Cicero, Qui autem summum bonum in  
 uirtute ponunt, preclare illi quidem, sed hæc ipsa uir  
 tus amicitiam et gignit, & continet. Legitur tamẽ et  
 sine exceptione, Hic uero et Is, eleganter post prouo  
 cabuli sensum locantur. Sal. Scilicet quem res tanta  
 atq; tam atrox non permouet, eum oratio accendet?  
 Ter. Quam ego animo egregie charam pro uxore  
 habuerim, bene & pudicẽ eius ductum atq; educa  
 tum sinam coactum egestate ingenium immutariet?  
 Idem in Eunuch. Qui tibi nunc uidetur uir esse, hic  
 nebulo magnus est, ne metuas. Verg. Cui non risere  
 parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cu  
 bili est. In hoc tamẽ genere demonstratiua potius quã  
 relatiua uidentur. Ibi plane relatiua sunt, quum post  
 copulatiuam coniunctionẽ quasi in Epexegesi ponun  
 tur, ut Alexander paruis copijs fretus superauit Da  
 rium cum infinito exercitu, et id in adolescentia, uel  
 & hoc in adolescentia. Item, Vestis pauca & ea de  
 trita & sordida. Et paucis nummis superbit nec  
 ijs suis. In his tamen ultimis proprium

locum habet is, non hic.

FINIS LIBRI III.

m 5

THOMAE



DE EMEN. STRVTCT.  
THOMAE LINACRI

DE EMENDATA STRVCT.

ura, siue de constructione uerbi.

¶ participij, Liber.

quartus.

Verborum  
tria sunt  
genera.



Erborum constructio maxime non modo uaria, uerumetiam perplexa planè est, si quis genera ipsa, à quibus constructionis ratio maxime ducitur, parum rite distinguat. Sunt autem ea in uniuersum tria. Nempe

actiuum, passiuum, & neutrum. Quæ enim deponens & commune uocant, uocis magis quam significationis gratia, diuersum sortita sunt nomē. Siquidè deponens actiui uel neutri; Commune actiui et passiui significationem obtinent. Qui igitur unam tantum in actiuis rationem contemplati, ceteras ad neutra relegant, ut genera ipsa confundūt, ita constructionis proprietates necessario miscent. Idè faciunt & qui generalium constructionū præceptis uel omisis, uel satis ad huc sibi non perspectis, ordines quosdam comminisci sunt inducti, quibus omnem uerborū constructionē explicarēt, quū interim nec unius fere ordinis uerba satis comprehendant, nec ullū pene ordinē constituent, sub quo alterius ordinis uerba non ueniant. Nos his incommodis mœderi conati, primum genera quæ me-

morauimus

Actiuorum  
triplex  
ratio.

morauimus ita distinximus, ut triplicem statuerimus  
 actiuorum rationem. Vnā eorum quæ omnibus nume-  
 ris & personis passiuam interpretationem recipiant  
 ut quæ in rem præditam loquela, uel (ut Priscianus  
 interpretatur: in id quod fateri potest, quod in se fit  
 transeant, ut doceo, uerbero. Alteram eorū quæ in ter-  
 tia utriusq; numeri eiusmodi interpretationē recipiāt  
 ut quæ in ea transeant, quæ quoniam fateri nequeunt  
 quod in se fit, nec primæ nec secundæ personæ passiuæ  
 uocis usum dederunt. Tertiam eorū quæ in aliquid co-  
 gnate duntaxat significationis transeant, si modo in  
 aliquid, ut Curro, nauigo, His passiuæ triplicia in li-  
 bro de Partibus, quæ huic necessarîo præposuimus, ex  
 aduerso reddidimus Quod reliquū uerborum est quo-  
 niam nec actiui generis est, nec passiuui, ipsa rei natu-  
 ra inducti, in neutra meritò coniecimus. Ita tametsi de  
 ponentium & communium meminimus, tamen con-  
 structionem eorum ad hæc tria genera referemus.

Rursus quo tota mihi expeditior ratio sit, genera  
 libus uerborum constructionibus, hæc sunt quæ omni  
 ueborum generi adijci à tergo possunt, seorsum posi-  
 tis, proprias trium quæ memorauimus generum,  
 per se reddidimus. Nec has confuse, uel ut cunq; fors  
 tulit, sed primum simplices, deinde compositas. Quo  
 uero, adhuc dilucidior toto mihi tractatio sit, Imper-  
 sonalium quæ uocant, numerum astrinxi, ut quæ pau-  
 cis demptis, ad personalium normam omnia reuoca-  
 rim: Inquam sane non tam meam quam ueterum om-  
 nium



nium sententiam, ut Priscianus, & ante eum Apollonius auctores sunt, gaudeo doctos quosdam ex Germanis Hispanisque non alio quim ipsa ueritatis uel impulsos quadantenus concessisse. Ad hæc quum pleræque præceptionum uarias & perplexas exceptiones recipiant, placuit quo minus generalium præceptionum claritatē turbare, eas in unā ueluti summā includere, quā idcirco Idiomaton appellauimus, quod quorundā uerborū priuatas cōstructiones continet. Hic quoque quoad potui, ordinis ratione aliqua captata, quam hæc ipsa partim in genera, partim in literarum seriem digresserim. Sed quum hæc fortasse ijs qui res ipsas expectabunt, nimium uisus fuero præfatus, quod instat aggrediamur.

Actiui cōstructiones

Omne igitur actiuum uerbum, quā utiq; est actiuum, in accusatiuum patientis personæ transit: ut Doceo, puerum, Aro campum, Viuo uitam. Quæ ratio adeo recurrit, ut quicquid in accusatiuum huiusmodi transit, etiam sit actiuum, quod etiam passiuum ex se declinari natura certe patiatur, præter admodum pauca, eaque ex usu, qualia sunt, Volo, malo, facio, et que ab eo composita seruant a: ut, Calefacio, liquefacio, præterea doleo. Priuatim uero actiuorum quædam in actionem transire possunt, atque infinitum modò pro accusatiuo habere. Talia sunt hæc cum synonymis, Cupio, Volo, Malo, Nolo, Paro, Cogito, Affirmo, Nego, Cogo, Incipio, Institutio, Censeo, Sentio, Scio, Iudico, Existimo, Puto, Dubito, Dico, Ostento, Iudico,

to, Indico, Audeo, Timeo, Suadeo, Iubeo, Impero, Op= to, Disco, Debeo: ut Volo discere, & te discere, Nolo ire, & te ire, Puto te audisse, Horum autem quedā in infinitum feruntur modum, qui solui per ut, uel quod potest. Talis autem infinitus est, qui accusatiuum ante se uel positum uel subauditam habet. Quippe is demū ita solui potest: ut, Memini me somniasse, Aio illum redisse, Rogo te adesse, Memini quod somniaui, Aio quod redisti, Rogo ut adsis. Quedam in infinitum, qui solui sic non potest, ut, Incepi scribere, Audeo as= firmare, quæ sic tantū dicuntur. Quodam in utrunq; ut, Scio legere & te legere. Doceo tacere, & te tace= re. His generibus commune est, quoties infinitus mo= dus ipsius personæ actio passiue est quæ finitum uer= bum præcedit, posse id et post se similem illi personæ casum per appositionem (ut antè est traditū) recipere ut, possum resistere solus. Videor scripssisse hæc pri= mus, Spero uideri tibi amicus, Et quum nominatiuum habet post se, accusatiuum minime habere pre se. Con= traq; quum infinitus modus non eius quæ finitum uer= bum præcedit, sed alterius personæ actio est, ut nec no= minatiuum post se recipere, ita plane ante se accusati= uum diuersæ illius personæ necessario habere debere, Iubeo illum saluere, Volo te rescribere. Ceterum non ignorandum in finitum hūc uariè solui post uaria uer= ba solere. Modò (ut Græci uocant) εἰδῖκός id est, ut uerbi generalitatē definit per quod. et uerbum alias indicatiuum uel subiunctiuum Laurentio placet. Vi= deo



120 DE EMEND. STRVCT.  
deo te sapore, uideo quod sapis & sapias. Alias sub  
i in diuū duntaxat, iubeo te redire, iubeo quod redeas  
In hoc genere cēset idem Laurentius prioris rationis  
esse, Credo, opinor, puto, gaudeo, letor, uoluptatē ca  
pio, cum similibus. Posterioris illa Mando, iubeo, im  
pero, exigo, uolo, postulo, moneo, sino, permitto, et sy  
nonima Tibul. Hanc Venus ex alto flentem subimis  
olympo Spectat, et ifidis quod sit acerba, monet. Oui  
de trist. Delicias si quis lasciuaq; carmina quærit,  
Promoneo, nunquam scripta quod ista legat. Idem in  
Epi. Sapphus, Nō ut ames oro, sed quod amare sinas.  
modo (ut ijdem Græci dicunt τεληκός, quando ali  
quid ut finem significat per ut, sicut hæc proxima, Iu  
beo ut pergas, Volo ut narres. Terent. Orare iustus si  
se ames, hera. ut ad se uenias. Sunt ex priore genere,  
quum in futurū infinitum transeāt, honestam eius per  
infinitū fore uel futurum esse periphraſim accipiant.  
Confido, auguror, spero, suspicor, uel ominor homi  
nes aliquando ueterū lectione delectandos esse: et Con  
fido, spero, suspicior uel ominor fore uel futurū esse  
ut homines ueterum lectione aliquando delectentur.  
Sunt ediuerso quædā tertiæ actiuorum personæ, quæ  
ut post se accusatiuum, ita ante se infinitum loco =  
minatiui accipiūt. Ea sūt, Decet, delectat, iuuat. Ver  
gilius, iuuat euasisse tot urbes Argolicas. Linius, Me  
quoq; iuuat, ueluti ipse in parte laboris periculiq; su  
erim, ad finē belli Punici peruenisse. Soluūtur autem  
eiusmodi infiniti per quod, et subiunctiuū, iuuat euas  
fisse,

fisse. *Iuuat quod euaserim.* His additur oportet, quod simili modo infinitum ante se pro nominatiuo habet Meminisse oportet. Recipiunt tamē hęc nihilo minus et alios nominatiuos, ut Ouidius in epist. Tūc te plus solito lasciuia nostra iuuabat. Vergil. Non omnes arbusta iuuant. Ouid. Lude, decent animos mollia regna tuos. Seneca, Agricola m arbor perducta ad fructum delectat. Decet uero & cum datiuo nonnunquam legitur, Cicero de Orator. Quandoq; id deceat prudētia tua. Teren. in Adelph. Ut uobis decet

Passiua omnia cuiuscunq; sint generis, in ablatiuo agentis personæ cum a uel ab præpositione transeunt. Horatius, Laudatur ab ijs, culpatur ab illis. Oui. Non tamen illa legi poterant patienter ab ullo. Plin. ad Arriū, Amariq; ab illo laboraui. Verti potest ablatiuus hic in datiuū ubiq; Græco (ut Seruio placet) more. Vergil. Nec cernitur ulli: Cicero, Honesta bonis uiris, non occulta queruntur: Post passiua uero participia uel frequentior est datiuus usus quā ablatiuus. Vergilius, Nulla tuarū audita mihi nec uisa suorum. Idem Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti.

Passiuorum natura & quinq; illa imitantur, Videlicet, *pulo, uenico, liceo, exulo, et fio.* Quintilianus loquitur. *Inst. An ab re sustibus uapulasset? Idem, Fabricius respondit se à ciue spoliari malle, quam ab hoste uenire. Macrobius, Sat. lib. 6 Si propter hoc a conuiujs exulabit philosophia, procul hinc faceffant et alumnæ eius, honestatem dico et modestiam, nec minus cum sobrietate pietatem*

Passiuorū  
cōstructio:

Quæ passi  
uorū natu  
ram imitan  
tur.



pietatem. Cicer. Tacitus uero ille finis teterrimus, ut  
 quanti quisq; se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. Legū  
 tur hæc et sine ablatiuis á tergo. Iuuenalis. Si rixa est  
 ubi tu pulsas, ego uapulo tantum. Plaut, Menech, Die  
 septimi auctio fiet Menechme mané sané, septimi uen-  
 nibūt serui, suppellex, ædes, omnia quiq; licebūt præ-  
 sente pecunia. Horatius, Cōtra Leuinū Valeri genus,  
 unde Superbus Tarquinius regno pulsus fuit, unius  
 asis Non unquā pretio pluris licuisse. Marti: Parno  
 cum pretio diu liceret. Et Quintiliani illud, Proditio  
 nis damnatus cū aduocato exulet. Iuuenalis, Hic sunt  
 homines. Recipiunt passua et modos infinitos, Modo  
 post se, ut Iuuenalis, Contemnere fulmina pauper Cre-  
 ditur. Modo ante se, & nominatiui loco. Vergil. Cur  
 dextram iungere dextræ Non datur? Plin, in nat. hist.  
 Locustas pennarum attritu sonare creditur. Idem,  
 Qualē fuisse Quinti Sertorij ceruā traditur. Hic po-  
 sterior modus, id est, ubi infinitus modus finitū uerbū  
 præcedit, uerti in priorem, ubi scilicet is sequitur, po-  
 test sic, Locustæ pennarum attritu, sonare creduntur  
 & qualis fuisse Quinti Sertorij cerua traditur. Rur-  
 sus prior in posteriorem hoc modo, Creditur paupe-  
 rem fulmina contemnere. Vtramq; figuram contulit  
 Plinius in enudem sensum in 2, Soluiq; rerum nature  
 intellectum, et confundi omnia, si aut ipse sol lapis es  
 se, aut unquam lapidem in eo fuisse credatur. Videor  
 tamen passiuum, alteram tantū harū rationū recipit,  
 id est, in qua infinitū sequitur, ut Terentius in Heaut.

Quod

Quod mihi uideri præter etatem tuam facere, & præterquam res adhortatur tua. Et in Eunuch. Multo formosior uidere mihi quam dudū: Priscianus hoc significato obolutum uocat, pro δοκῶν græce

Communia sicuti actiuorum passiuorumq; significationem obrinet, ita utriusq; generis constructionem sibi uendicant. Osculor te & à te, Crimminor te & à te. Huius generis pauca à grammaticis notantur, Crimminor, experior, hortor, interpretor, largior, moror, osculor, ueneror, stipulor. Quibus anumeratur Fungor, ut Col. Sed quisquis ædificia uolet in decliuiibus arcis extruere, sæper ab inferiore parte auspicietur, quia cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam facile sustinebunt, sed & pro futura & substratione fungentur aduersus ea, quæ mox, si forte uillam prolatare libuerit, ad superiorẽ partem applicabuntur.

Communi  
constructio

Ex neutris ea quibus uel passio intra ipsa significatur, quæ Idiopathe Græci nocant, uel actio in ipsis cõpleta, deniq; absoluta omnia, nominatiuo à priori contenta sunt, nec transitum in alium fere casum faciunt, quod scilicet per se sensum absoluant, ut Palleo, palleo, nauisco, ructo, curro, ambulo, iaceo, sto. Quedam in infinitum ferri uidentur, ut Cesso, perseuero, desino, & pergo pro perscuero. Terent. Cesso huc intro irrupere? Idem, Pergin scelesta mecum perplexe loqui? Idem, Et desinant maledicere. Ouidius, Desinite ad citharas turba uenire meas.

Neutrerã  
constructio



Quædam nominatiuo ipso (quod fero is certus est) abiecto, se ipsis sensum perficiunt, ut Pluit tonat, fulminat, ningit, coruscat, hyemat, differenat, rorat, lapidat, gelat, uesperascit. Plin. 18, Quæ in cacuminibus montium nubes confident. hyemabit: si cacumina pura fuerint, differenabit. Liuius, Veijs de cælo lapidauerat. Pluit tamen cum ablatiuo iunctum legitur, sed rei quæ alienæ sit significationis, ut Plin. Relatum est in monumenta, lacte et sanguine pluuisse. Illud præcepto non obstat, quod apud eundem legimus, Quæto tu ore patris laudes tonas? Quippe quod per translationem dicitur. Rorat uero cum accusatiuo legitur, Plin. Mirum dictum periculum eo die est, si rorauerit quantulumcumque imbræ, aut si afflauerit. Peculiariter absoluta quæ momentum totius corporis significant, quoties ut plenior efficiant sensum, in actionem transitum faciunt, participiale in tum uolunt, ut Eo perditum, Curro adiutum. Quod etiam in aliud participiale cum præpositione uerti potest, ut Eo uisum, et ad uidendum. Sunt et quæ infinitos uerborum modos recipiunt, passiuus similiter, id est, tum à priore, tum à posteriore, ut Apparet hic uir esse probus, & Apparet hunc esse seruum domini pauperis miserique. Soluunturque hi infiniti eodem modo, quo hi qui passiuus iunguntur, Apparet quod hic uir sit probus. Apparet, quod hic sit seruus domini pauperis. Cæterum absoluta omnia, quibus intra ipsa finita significatur actio, accusatiuum ἐπιθετικῶς recipere per se possunt, sed eius rei quæ uel cognate significationis

gnificationis sit, ut Curro Cursum, uiuo uitam. Vel ad  
 mensurā pertinet huiusce significati, ut Curro multū  
 Quantū percuristi? Percurri stadium. Vixi etatē. Ci-  
 cero Catone maiori, Tertiam enim etatem hominū ui-  
 uebat. Idem pro Sylla, Cum Lentulo & Catilina &  
 Cethego, foedissimam uitam et miserrimā turpissima  
 morte proposita degeret. Quint. Qui uitam beatā uī-  
 uere uolet, philosophetur oportet. Verg. Longam in-  
 comitata uidetur Ire uīā. Mart. Te tamen ut uideam,  
 duo millia non piget ire, Ut te non uideā, quatuor ire  
 piget. Qua ratione actiua nimirum censi possunt,  
 quum etiam passiua interpretationem recipiant, ut  
 in multis uideri licet. Ouidius, Iā tertia uiuitur etas.  
 Plinius in 12. Sine quis uita degi non possit. Cic. de fi-  
 nib. Ea uita quæ ex summo bono degitur. Martialis,  
 Tota mihi dormitur hyems. Terentius in Adelph. De  
 curso spatio. Quinetiam absolute accepta, id est citra  
 ullum accusatiuū, hæc eadē passiua uocem accipiunt,  
 ut curritur, statur, itur. Ouid. Viuitur ex rapto. Iuue.  
 Curritur ad uocē iucundam & carmen amicæ The-  
 baidos. Sic tamen id ipsū subauditū habent pro nomi-  
 natiuo, quod absoluta eorum in o, pro accusatiuo, ut  
 curritur, pro cursus curritur: sicut curro pro curro  
 cursum, Talia enim, qualia sunt tū illud Ciceronis ad  
 Trebatium, Sed nihil a me inseruitū, est tēporis causa,  
 tum ad uxorem, Minus est erratū a uobis, desiderare  
 nominatiuū non uidentur. Sūt enim nihil et minus, no-  
 minatiui, quod declarāt actiua, nihil inseruiui. Minus  
 n 2 errastis.



errastis. Ita uidelicet dicta, sicut aliquid uel multum inferuiui, uel erraui. Vocauimus hæc in tur finita alibi tertium passiuorum genus, sicut illa in o tertii actiuorum. Ablatiuum tamen persone actricis, modò hîdamus, quoties uidelicet ipsam desinire in animo est, ut Cæsar de bello Gall. Cùm ab hostibus constanter ac non timidè pugnaretur, pro eo quod est, cùm hostes pugnarent. Modò omittimus, ubi uidelicet de ea desinenda non laboramus, ut Itur in antiquâ syluam. Sic enim tralatiuis ad omnem personã, & numerũ est sermo, ut ex interpretatiõe actiua patet. Statur enim cū per se pronunciat, pro eo quod est, sto, stas, stat: sed et stamus, statis, stant, accipi indifferèter, potest, prout materie conditio postulat. Nec tamen cùm hoc genus passiuum per actiua interpretamur, protinus ea esse actiue significationis putabimus, sicut ueteres grammatici censent. Non magis profectò quàm alia passiuorũ genera, quorum non minus significatio reddi per actiua potest, ut Cædimur ab hostibus, Cædunt nos hostes, Doceor à te, doces me, Doceris à me, docco te. Illud non omittendum in huius generis passiuorũ temporibus ijs quæ latini non aliter quàm periphrasi, hoc est, circuitiõne explicant, participium sub neutro genere duntaxat usurpari, ut Reclamatum est, Itum est, Cõclatum est. Mihi quoq; placet à plerisq; pro o finitis uerbis, nõ modò neutris eiusmodi passiuum uerba trahi posse, quãdo omnia quoq; sicuti alibi diximus, absolute, ideoq; ut neutra usurpari possunt. Ab actiuis, ut si  
 quærenti

querētī quid agatur, respōdeas, legitur aut scribitur  
 Terent. Tum si quis est, qui dictum in se inclementius  
 existimat. Cicero ad Atticū, Cū ad me aditum esset  
 ab ijs, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigī. A  
 deo enim Prisciano actiuum est, quod ex passiuo eius  
 probat apud Ouid. in 4 Fast. Sol aditus quam quæris  
 ne uana labores, Nupta Iouis fratri tertia regna te-  
 net. Plin. de canib. Quidā si unus gignatur, nono die  
 cernere, si gemini decimo, et ab ea quæ scemina sit ex  
 primipara genita citius cerni. Idē quoq; in 18 sic ait,  
 Si inter arbores uitesq; aretur. Mibi uerò Aro actiuū  
 est, tametsi in prima persona passiuū non recipit. Et  
 planē necesse est ab actiuis quoq; hæc deduci, tametsi  
 non tanquā ab actiuis, sed absolutis, cū aliter respon-  
 dere aptē ad quærentē quid agatur subinde nō possis.  
 A neutis uerò præterquam fortasse ab ijs, quæ in sco-  
 desinūt, ut Ver. Itur in antiquā syluam. Teren. Quid  
 agitur: statur. Idem, In ignem posita est, fletur. Plaut.  
 Quasi cū caletur, cochleæ in occulto latent. Verūm  
 accusatiuus is, quem absolutis dedimus, in ablatiuum  
 autoribus sæpe mutatur. Plaut. Diu uideor uita uiue-  
 re. Idem in Persa, Ut memineris dum uita uiuas. Seneca,  
 Nō licet inquā ire recta uia. Suet. in August. Mor-  
 te obiit repentina. Difficilior in reliquis neutris con-  
 structionis ratio est, nempe ijs quæ transitū in aliam  
 personam faciūt, atq; haud scio an eiusmodi, quæ ali-  
 ter quā p. r. singula tradi commodē non possit: quod  
 tametsi promptum non est, nō tamen ideo referendus



pes est, cum haud frustra, ut auguror, ab æquis æstimatoribus ueniã sperauro, si plurima cõplexus, pauca relinquam, quæ haud difficulter studiosi suis locis inserant. Nec ignoro per quosdã locos à plerisq; sole re hæc tradi, dicentibus quæ ad fauorẽ, occursum, auxilium, famulatum, obsequium, resistentiam, & similia pertinet, hæc datiuum poscere. Mihi satius uisum est singillatim ea recensere tentare, quàm nihil minus uerborum, si locos eiusmodi ponerem exceptionibus consumere.

Neutra in  
datiuum :

Feruntur igitur huius generis in datiuum hec, Parco, obedio, seruiio, inseruiio, placeo, displiceo, obtempero, satisfacio, benefacio, malefacio, acquiesco, subuenio, succurro, occurro, obfisto, obstrepo, reclamo, obsto, repugno, faueo, studeo, aspiro, noceo, officio, adsto, hereo, adherco, incumbo, impendet, imminet, tempero pro moderor, propinquo, fido, confido, inuigilo, insto, succenseo, præsideo, præsto, præuateo, præniteo, benedico, maledico, consulo pro consiliuudo, & prospicio. Præterea quæ à uerbo sum componuntur, ut adsum, obsum, desum, præter possum. Sunt & alia quæ in datiuum feruntur, sed fere cum infiniti à priore, de quibus mox. Ex ijs quæ enumerauimus ea quæ per o finiuntur, sicuti absoluta quæ diximus, passiuum tertie personæ recipiunt, ut seruitur, placeatur, reclamatur. Quibus illa etiã cõmunia sunt, quæ tum de recto à priore desiderato, tum de ablatiuo cū præpositione a tergo & amisso, & omisso, in tertio passiuorũ

passiuorum genere supra diximus, præterq; datiuus  
 ipsius neutri imo, ut Ci. de Officijs, Occurritur, autem  
 nobis & quidē a doctis & eruditis, pro docti & eru-  
 diti occurrunt. Idem ad Lentulum, Eius orationi uehe-  
 menter ab omnibus reclamatum est, pro omnes recla-  
 marunt: In horū numerum referūtur tria illa tametsi  
 sub uoce actiua, Benefit, malefit, satisfit. Quibus autē  
 neutris spatium interuallūmue significatur, hæc accu-  
 satiuum sibi subiiciunt eius dictionis quæ spatij uel in-  
 terualli mensuram significat, ut Patet, porrigitur, di-  
 stat, abest, cum synonymis. Vergilius,

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.

Treis pateat cæli spatium non amplius ulnas.

Cicero, Cum abessem ab Amano iter unius diei.

Ouidius, Millia qui nouies distat ab urbe decem.

Cicero ad Tyronem, Is locus est circa Leucaden sta-  
 dia centum uiginti. Curtius, Aedificia non sunt admo-  
 ta muris, sed fere spatium unius iugeris absunt. Idem  
 accusatiuus, & actiuis passiuusq; aliquando succedit,  
 ut culumella, Campestris locus alte duos pedes & se-  
 missem infodiendus est, accliuus regio tres, præruptior  
 uero collis uel in quatuor pedes uertendus. Vbi etiam  
 præpositio adiecto cernitur. Sæpe etiā hoc genus per  
 ablatiuum interpretantur autores. Ouid. in Ibin, Iuge-  
 ribusq; nouem summus qui distat ab imo. Verg. Nec  
 longis inter se passibus absunt. Plin. in 6, A tergo eius  
 mons libanus orsus centum quinquaginta stadijs Za-  
 myram usq; porrigitur. Item de Palmira urbe, Abest



à Seleucia Parthorum, quæ uocatur ad Tygrim. D. triginta septem, millibus passuum. A proximo uero Syriæ littore CC. quinquaginta duobus milibus passuum. Et Damasco XXXVIII millibus.

Neutra in  
ablatiuum:

In ablatiuum uero transeunt hæc. Affluo, abundo, exuberō, gaudeo, careo, egeo, indigeo, supersedeo, Plautus, Adeo ut frumēto affluam. Quintil. Abundat dulcibus uitij. Vergilius in Georg. Nec requies quin aut pomis exuberet annus, Aut foetu pecorum. Ouid, Morte carent animæ. Ter. Ut malis gaudeat alienis, Ouid. Arte egeo nulla. Valerius Max. Malo uirū pecunia, quam pecuniam uiro indigentem. Huius quoque passiuum protulit. Plin. de auibus Seleucidibus. Nunquā conspectus nisi cum presidio earū indiget. Cicero Sulp. Supersedeas hoc labore itineris. Idem arte Rhetor. Exemplorum multitudine supersedendū est. Ex ijs nonnulla & genitiuum admittunt. Lucil. Quorum abundemus rerum, & quarum indigeamus. Terent. Omnes labores mei leues fuere, præterquam tui carendum quod erat. Sed hæc antiquiora. Cicero, Quid est, quod in hac causa defensionis egeat? Ter. Quasi tu huius indigeas patris. Gaudeo uero et cum accusatiuo legitur, sed uetuste. Terentius, Quem scio mea solide solum gauisurum gaudia.

At cum infinito a priori intransitiue iunguntur hæc accidit, contingit, euenit, conuenit, ut Terentius, Non conuenit una ire cum amica imperatorē in uia. Placeat, libet, licet. Est pro licet, ut Vergil. Cernere erat.

Expedit

Expedit, liquet, patet, constat, sufficit, uacat. Ouidius,  
 Non uacat exiguis rebus adesse Ioui. Restat, præstat  
 Sal. Nonne emori per uirtutem præstat, quàm uitam per  
 dedecus amittere? Superest, dolet. Ter. Dolet dictum im-  
 prudenti adolescenti et libero, subauditur enim esse.  
 Et certum est. Verg. Certum est in syluis inter spelæa  
 ferarum Malle pati. Item Ter. Ita facere certum est. Et  
 stat, pro certum est. Verg. Stat casus renouare omnes,  
 Horum pleraque cum datiuo, sicuti neutra illa quæ singu-  
 latim enumerari, iunguntur. Exempla horum à me desi-  
 derari scio, sed quum dubia esse non arbitrer, non est  
 consilium his querendis tempus consumere, quod ma-  
 gis dubijs est reseruandum. Quod genus est, quod hoc  
 loco æstimandum censeo, nunquid infinitus modus,  
 quando cum datiuus sequitur, pro nominatiuo horum sit  
 habendus? ut in illo Hor. Eia quid statis? nolunt. At-  
 qui licet esse beatis, quum datiuus ille beatis, cum dati-  
 uo, nobis qui post uerbum, licet, necessario subauditur,  
 eiusdem sit personæ. Sed plane hæc locutio naturalis  
 non est, sed figurata, datiuo posteriore in accusatiui lo-  
 co per Enallagen posito, et ad finiti uerbi datiuum  
 pro infiniti accusatiuo relato, Licet esse beatis, pro li-  
 cet esse beatos. Quo etiã modo autores passim loquuntur.  
 Ter. Expedit bonas esse uobis. Et Quint. Procuratorem  
 tibi esse non licuit. Non omittendum, Laurentio  
 autore, Est, quum pro Licet, accipitur nisi cum  
 negatione ab oratoribus non usurpari, sed docebimus  
 in hellicenis etiam aquam oratores tum in affirmatione



tum negatione legi. Sunt qui obseruent, stat, & certū est ex temporibus præsens semper poscere, ut tum in supra positis exemplis, tum in illo, Stat conferre manum. Fit tamen hoc in plerisque; uel per subauditionem alterius uerbi, uel per Enallagē, ut in figuris dicitur

Cōstruatio  
uerbi sum:

Priuatim uerbū Sum, uariam præter cætera neutra constructionē recipit. Nam et in patriū casum fertur eius rei, quæ possidentis rationē exhibet: ut, Pecus est Melibœi. Exhibet autem possidentis personam, quicquid modo loqui possit, de præcedēte appellatio, uel proprio possessiuū pronomen meus, affirmare potest, ut in proposito exēplo genitiuus Melibœi, Respectu nominatiui pecus, eiusmodi personam representat, quū possit Melibœus dicere, Pecus est meum. Transit et in datiuum quū id per habeo, interpretari licet: ut, Est mihi iniusta nouerca, pro eo quod est, habeo iniustam nouercā. Verg. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Recipit autē & aliū subinde datiuū ab hoc omnino diuersum, nempe significantē id quod accedit, alias super iam dictum. ut, Est mihi lucro uoluptati, curæ. usui, honori, infamiae. Alias solū: ut, Exemplo est Regulus: et, Ea res questioni diu fuit, Sed in his datiuus pro nominatiuo positus uidetur, quod nominatiuum eius loco positū in eiusmodi elocutione nō raro inuenias, ut Plin. in præfatione, Et ob id magna inuidia suere ea omnia. Cic. ad Quint. frat. Tanta inuidia sunt Cōsules propter suspicionē pactorum a candidatis præmiorū. Ouid. in Fast. At deus ob-

scena

scena nimiū quoq; parte paratus, Oibus ad lunæ lumi  
 na risus erat. Idē de Trist. Quo uere are minus, ne sim  
 tibi crimen amicus. Inuidiā si qua est, autor habere po  
 te st. Idem Alibi, Tu procul absenti cura futurus eris  
 Tere. in Phor. Quantus metus est mihi, uenire huc sal  
 uum nunc patruū Geta? Cic. Attic. Me in cuius exerci  
 tu spem illius exercitus habuit, Idem non assequi dede  
 cus est meum. Non dissimile certe uidetur & illud Ci  
 ceronis pro lege Manil. Veruntamen illis imperato  
 ribus laus est tribuenda, quod egerunt: uenia danda,  
 quod reliquerunt. Videtur & accusatiuum sic usur  
 passe. Cicero ad Attic. Accipiam dolorem, mihi illum  
 irasci: sed multo maiorem, non esse talem qualem pu  
 tassem: sed hic aliud est uerbum. Cæterum frequentis  
 simus est datiui usus, etiam alijs uerbis non paucis  
 communis: ut, Do pignori, & do tibi pignori. Habet  
 me despectui. Plinius natural. hist. Sanqualēm auem  
 atq; minusculum augures Romani magnæ quæstioni  
 habent. Datur nuptui. Cano receptui. Plautus Me  
 nech. Bene merentem tibi habes despicatui. Idē, Aliā  
 post hac inuenito, quam habeas frustratui. Horat. Nec  
 timuit sibi, ne uitio quis uerteret olim. Vergilius, Ven  
 turū excidio Libyæ. Terent. Postulare id sibi apponi  
 gratiæ. Idem in Adelph. Tu nunc id tibi laudi ducis  
 quod fecisti inopia. Vergilius. Fistula Damocles dono  
 mihi quam dedit olim. Verum post hæc omnia uerba  
 datiuum per in, uel ad, cū accusatiuo interpretantur  
 aliqui, quasi octauus sit casus. In pignus, in despectum  
 ad



ad nubendum, in uitium, ad opus, in excidium. Item, ut Donatus uult in gratiam. Qualis etiam interpretatio & post uerbum, sum, accommodari interdū potest, ut, Ne ea res infamiæ sibi esset, pro ad infamiā. Posūt nō nulla ex ijs & per proprium casum uerbi explicari, iuxta prius positum Ciceronis exemplum. Per accusatiuum sic, Do tibi pignus: & Venturum excidium Libye: et, Id sibi apponi gratiam, et, Tibi ducis laudem: et, Quam mihi dedit domū: & Ne ea res sibi esset infamia. Transit nō minus tum uerbum ipsum, tū etiam participium eius ens (quod tamen semper supprimitur) & in ablatiuam eius appellatiuum, quod personæ quæ præcessit omnino partem aliquam corporis animi ue significet, utiq; quum adiectiuum aliquod adiunctum habet, quod qualitatē aliquam rei per appellatiuum significatē demonstrat, & cum ipso appellatiuo intransitiuē construatur. Et uerbum quidem: ut Caesar erat procero corpore, et acri ingenio. Sueton. in Cesare, Reliqua militia secundiore fama fuit. Terent. Leno ego sum, at ita ut usquam fuit fide quisquā optima. Participium ens, ut idem, Forte unam aspicio adolescentulam forma & uultu Sofia adeo modesto, adeo uenusto, ut nihil supra. Quo genere etiam per, habeo, exponitur. ut Caesar habebat procerum corpus et acre ingenium. Et, adolescentulā habentem formam, et uultū, etc. Dixi eius appellatiui, quod personæ quæ præcessit omnino partē aliquā corporis animi ue significet, ne quis sicut Gellius rectē dictum putet, Pictus quirina. i.

quirinali lituo erat, De quo in Syllepsis plenius. Et hic  
quidem per ablatiuum sermo ferè perpetuus est orato  
ri. Quem tamen etiam per genitiuū sepe prolatū le  
gas: ut, Cæsar erat proceri corporis, & acris ingenij.  
Plin. Animal stridoris horrendi. Colu. Veruntamē ab  
aspectu non aliter probari debet, quā ut sit amplissi  
mi corporis, ceruice ualida, robustus ac latis costis, pe  
ctore musculofo et uasto, fœmoribus lacertosis, cerui=  
cibus compactis, coloris nigri uel maculosi. Vbi am=  
be constructiones (ut sepe alibi apud eū) sunt mixtæ,  
interdū adiectiuū huiusmodi cū aliquo quod, præce=  
dit itransitiuè cōstruitur. Et appellatiuū ipsū in abla  
tuo ponitur, quæ ratio historicis frequens est. Sallust.  
At ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quod  
prelio adesse nequibat. M. Petreio legato exercitum  
permittit. Et Corn. Celsus, At imbecillis stomacho, quo  
in numero magna pars urbāorū, omnesq; penè cupidi  
literarum sunt. Plinius, Inuenimus in monumētis Sala  
miæ Entimenis filium in tria cubita triennio adoleuis  
se, incesso tardum, sensu hebetem: et iam puberem fa=  
ctum uoce robusta, absumptum contractione membro  
rum subita, triennio circumactō. Martial. Castus mori  
bus, integer pudore, uelox ingenio, decore felix. Idem  
Crime ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus. Nō=  
nunquam in accusatiuo, sed græco more, et poetis dun  
taxat: ut, Nuda genu. Hic modus multorū etiā absolu  
torū et omnium pastuorum cū suis participijs cōmu=  
nis est: ut, Lædor uel læsus manū. Pallet uel pallens la=  
bra.



bra. Extenditurq; nonnunquã ad extrinsecus posita, præsertim per participia præteriti tēporis, ut Ouid. Illa super suras tunicam collecta ministrat. Horatius, Hæc recinunt iuuenes dictata scnesq; Leno suspensi loculos tubulamq; sinistro. Ouid. Viridesq; manu sic cata capillos, Fluminis Alpei ueteres narrauit amores. Vidēturq; per hæc participia explicari græcorū indefinita tempora quasi  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\acute{\epsilon}\xi\alpha\sigma\alpha$   $\xi\gamma\acute{\gamma}\acute{\alpha}\nu\alpha\sigma\alpha$  ut in superiore libro diximus.

Defectiua  
Neutra in  
genitium.

Tria neutrorū generis defectiua sunt, que in genitiuos, ut Grammaticis placet, ferātur, Interest, refert, & est. Linius, Si nihil interest regis, peto ut dum dico uinculis liberer. Sallust. Iugurt, Faciendum aliquid quod illorū magis quam sua retulisse uideretur. Cicero Attic. Scio quanti Reipub. sit omnes copias in unū locum primo quoq; tempore conuenire.

Deponentium  
constru  
tio

Deponentium uerborum quæcunq; actiue significationis sunt, actiuorum iure, in accusatiuos persone patientis transeunt. Vergilius, Syluestre tenui musam meditaris auena. Talia sunt, Aucopor, alloquor, consolor, deprecor, æmulor, fateor, furor, gratificor, hortor, imaginor, lucror, metor, nancisor, operior, percontor, queror, reor, truncor, uenor. Quæ si quis colligere literarū ordine ad cōmunē utilitatē uelit, nō inutilem laborem sumat: Lōge uero utilissimum, si omne deponentium genus sic colligere tentet: cum doctis quoq; nonnunquam imponant, qui ea sub actiuorum uoce nonnunquam usurpent. Quedam infinitum post se

sercipiunt, ut Molior, inficior, rcor, opinor, uereor,  
hortor, gratulor. Vergilius, Hortamur fari. Ouidius  
Gratulor Oechaliã titulis accedere nostris. Duo sunt  
quæ in genitiuum uel accusatiuum transeunt, Remini  
scor & obliuiscor. Vergil. Oblitusq; sui est Ithacus.  
Idem, Hinc iam obliuiscere Graios. Terent. Eius remi  
niscor. Misereor uero in genitiuum. Vergilius Misere  
re laborũ rarissime uero in datiuum. Cicero in Tusc.  
Patris pestibus miserere.

Sed quibus neutrorum absolutorum significatio est  
ea quoq; quoniã significato suo auditori satisfaciunt,  
nominatiuo à priori cõtenta, casũ in trãsitione nõ exi  
gunt. Talia sunt Altercor, aurigor, bacchor, cachinor  
crapulor, concionor, cuctor, digladior, defetiscor, exp  
giscor, epulor, fabulor, confabulor, frumetor, gradi  
or, gesticulor, digredior, cõgredior, progredior, in  
gredior, progradior, grassor, iocor, lachrymor, lig  
nor, labor, luctor, meridiior, nictor, nugar, nascor, re  
nascor orior, exorior, obsonor, otior, proficiscor, poe  
tor, praelior, pergracor, prophetor, prauaricor, retio  
cinor, reuertor, rhetoricor, rixor, rusticor, scortor,  
spatiior, sermocinor, tumultuor, tristior, uersor, uilli  
cor, uerecundor, uociferor, uelitor. Huius etiam gene  
ris absoluta quæ motum significant, sicuti similia neu  
tra, in penultimum participiale seruntur. Proficiscor,  
gradior, reuertor uisum: soluto etiam hoc supino in  
alterum sicuti in neutris, Reuertor ad uidendum.

Reliquum deponentium neutrorum genus, quod  
scilicet



2-3 DE EMEND. STRVCT.

scilicet ab agente in aliā personam transitū facit sicut  
 ti similia neutra, partim in datiuū fertur. Auxilior,  
 assentor, assentior, adulator, aduersor, blādiior, domi-  
 nor, foeneror, famulor, grator, isidiior, irascor, lenoci-  
 nor. Plin. Quū illi necessitas lenocinetur. Medeor, mō-  
 deror, medicor. Verg. Et senibus medicantur anhelis.  
 Hoc et accusatiuū recipit. Ver. Sed nō, Dardaniæ me-  
 dicari cuspidis icū. Mimor, mimitor. obsequor, pal-  
 por Plau. Obseruatote quā blāde mulieri palpabitur  
 Refragor, suffragor. Adulator aut et cū accusatiuo le-  
 gitur. Tacit. Tigillinū aut quē aliū potētū adulatus  
 est. Hoc et actiua uoce legitur. Val. Max. Si Dionisiū  
 non adulares illa non esses. Et huius passiuum. Cic. in  
 Offici. Nec adulari nos sinamus. Palpo quoq; pro pal-  
 por accusatiuo iungitur. Iuuen. Quē munere palpat  
 Charus. Gratulor quoq; cū accusatiuo. Cic. in Verr.  
 Et uoce maxima uictoriā gratulatur. Partim uero  
 transit hoc genus in ablatiuum, ut utor, abutor, fruor  
 fruiscor pro fruor. Metell. Domit. Ego neq; aqua nec  
 igni careo, sed summa gloria fruiscor. Fungor. Liiu<sup>9</sup>  
 Quod annexurus pro se quisq; sit, ut quum suam ui-  
 cem functus officio sit parentum, etiam patriæ exple-  
 at desiderū, Defungor, uescor, potior. Preterea alia  
 fortassis ratione, Delector. Letor: ut, Aspice uēturo la-  
 tentur ut omnia seculo. Hoc & accusatiuo iunxit Cic.  
 ad Mariū, Vtrūq; Letor, et sine dolore corporis te su-  
 isse et animo ualuisse. Alia etiā, glorior. Cæsar de bel  
 Gall: Quod sua uictoria tam insolenter gloriaretur.

Hactenus

Hactenus uerborum primas & simplices transitio-  
 nes, per quinq; uel potius tria genera perstrinximus. Constructio-  
nes actio-  
rum diaba-  
tica.  
 Deinceps geminatas (δραβόος Græci uocāt) refere-  
 mus, quæ tamē in uno actiuorū genere maximē spe-  
 ctantur. Ex ijs igitur quedā præter accusatiuū etiā in  
 genitiuum uel ablatiuum feruntur. Ea sunt quæ ad ac-  
 cusationē criminēq; pertinent, ut Arguo, accuso, ago,  
 alligo, arcesso, astringo, damno, condemno, incuso, in-  
 simulo, postulo pro accuso. Cic. pro L. Sylla, Qui al-  
 terum coniurationis accuset. Aemil. Prob. Accusatus  
 hoc crimine, Idem in Pausania, Accusatus capitis ab-  
 soluitur, Ter. Hic furti se alligat. Plaut. Ita eū furto  
 alligat. Idē in Penulo, Furti se astringit. Suet. in Cæs.  
 Ne hospitē aut negligentie aut rusticitatis uideretur  
 arguere. Solim. Peccato argutus. Et in Rhet. ad Her.  
 Arcesitur Cepio maiestatis. Cic. de Offic. Ne quem  
 unquam innocentem indicio capidis arcessas. Et in  
 rhetor. ad Heren. Maiores nostri si quando peccati  
 mulierem damnabant. Cic. in Tusc. Capite damnatos  
 morte multauit. Idem ad Tyronem, Etiam sceleris  
 condemnat generū suum. Idem ad Curio. Quare si in-  
 me iniquus es iudex, condemnabo ego te eodem cri-  
 mine. Plaut. Qui alterū incusat probri, ipsum se intue-  
 ri oportet. Ter. Si herum insimulabis auaritiæ, malē  
 audies. Hypsiphyle Iasoni, Vinam temeraria dicar  
 Criminibus falsis insimulasse uirum. Suet. in Cæsare,  
 Consularē & triumphalē uirum repetundarū postu-  
 lauit. Similem his constructionem habet, absoluo. Cic



ad Her. Cecilius iudex absoluit iniuriarū illū, qui Lu-  
cium Acciū poetam in scena nominatim læserat. Liu.  
Late deinde leges, quæ cōsulē regni suspitione absol-  
uerent. Sunt ex ijs, & quæ Syncategorematicōs con-  
struātur. Gel. Quā Timarchū de pudicitia grauitē  
insigniterq; accusauerit. Cic. ad Her. Lex uetat eum,  
quid de pecunijs repetūdis damnatus sit, in concione  
orationem habere. His accedit & multo. Qu. Curt.  
Is quoq; in insulas præsidij occupat, pecunia multat.  
Sunt tamē certa nomina, ut rectē Laurentius notauit,  
quæ post huiusmodi uerba nō nisi in ablatiuo poni so-  
leant. Qualia sunt huiusmodi partitiua, Vterq; neu-  
ter, nullus, alter, alius, & ambo. Quibus fortasse ac-  
cedant et superlatiua, ut Accuses ne hunc furti, an sa-  
cilegij, an utroq; uel ambobus, uel neutro? Item, Ac-  
cuses ne hūc furti, an sacrilegij, an icessti, an omnibus  
uel an nullo, uel an maximo ex ijs? Ex quo apparet  
non inepta cōiectura corū, quæ genitiuos post huius-  
modi uerba per eclipsin ablatiui alterius appellatio-  
nis, crimine, uel similis cuiusquā pronunciatos putāt.  
Quedam in accusatiuū et genitiuū transeunt, ut Ad-  
moneo, commoneo. Sall. Sed quoniā tanti uiri tempus  
admonuit. Quint. Gramaticos sui officij cōmonemus.  
Admoneo uerō & cum præpositione συγκαταγογή  
ματινῶς. Cic. in 4 epist. Putaui ea de re te esse ad-  
monendū. Quedam cū accusatiuo etiam datiuū reci-  
piūt, sed eius rei quæ ad quæstionē, cui, apte redditur,  
ut Confero, cōparo, do, reddo, impero, præcipio, ueto  
proa

prohibeo, nuncio, indico, uindico, addico, mitto, remitto, oppono, obijcio, spondeo, promitto, submitto, subijcio, cū synonymis. Itē, Dedo, deuoueo. Cæsar in Com. Neq; adhuc hominū memoria repertus est quisquam qui eo interfecto, cuius se amicitia deuouisset mori recusaret. Ouidius, Deuoueo capiti tristia bella tuo. Et sine datiuo. Idem in Ibin, Illū ego deuoueo, quē mens intelligit Ibin. Præterea quæ à præ, uel, ante, componuntur, utiq; actiua, ut Præpono, antepono, hunc illi. Idē faciunt et deponentia similis, ut loquor, fateor, testificor, polliceor, gratificor hæc amicis. Etiam obsequor, ut Ter. Cœpi his omnia facere, obsequi quæ uel lent. Ex supra dictis quedam pro datiuo accusatiuum cum, ad, recipiunt. Scribo, rescribo, Mitto, remitto.

Sunt quæ alterum recipiunt accusatiuum, cuiusmodi sunt hæc, Doceo, erudio, edoceo, peto, posco, reposco, postulo rogo, oro, exoro, obsecro, precor, flagito, exigo, exuo, cælo, induo, cingo, percontor, admonco, hortor, monco; ut Cic. ad Tre. Filij causam te docui. Sta. The. Et quæ te leges præceptaq; fortia belli Erudijt, genitrix nimum didicisse queretur. Gell. Græcas literas eruditus. Sall. Per legatos cuncta edoctus, Tacit. Experimentis cognitū est Barbaros malle Romam petere reges, quàm habere. Plin. Qui Lusitaniam et Taraconensem accolunt, iura Cordubam petunt. Vergilius, Pacem te poscimus omnes. Plautus, Quam tu uirginem me reposcis? Cicero, Hoc te uehementer etiam atq; etiam rogo. Terentius, Primū hoc te oro.



Plautus, Hanc ueniam illis sine te exorem. Cicer. Hoc te obsecrat. Lucan. Dux etiã uotis hoc te fortuna precatur. Cic. pro Plancio, Dicendum est id, quod ille me flagitat. Idem de legibus, Te ueritatem exigant. Ver. Troianos exue cestus. Ouidius Hoc te cœlauimus uinum. Hoc aliter quoq; Cicero in Epistolis, Bassus noster de hoc me cœlauit. Martialis, Dum mutat cultus induiturq; togam. Vergilius, Et inutile ferrum Cingitur. Plautus, Sunt quæ te uolumus percontari. Terentius, Ridiculum est te admonere me istud Clitipho. Cicero in Catilinam, Quod te iam dudum hortor. Terentius, Ni metuam patrem, habeo pro illa re quod illum admoneam probè. Sunt ex ijs nō pauca, quæ pro altero accusatiuo ablatiuum cum prepositione recipiant. Caesar de bello Gallico, Qui de suo aduentu doceant. De ijs, quibus peti aliquid significatur, mox plura.

Alterum etiam accusatiuū accipiunt & quæ uocandi actiua uocantur, ut uocas me Didymum, Nominō te Iulium. Et cum his facio, & presto: ut Facio te arbitrum. Præsta te cum mihi, qui à teneris unguiculis es cognitus. Sunt & quæ accusatiuum ablatiuo excipiant, qualia sunt Spolio, priuo, emūgo, uiduo, sepono, onero, exonero, fraudo, leuo, uacuo, impartio, participo, impleo, compleo, expleo, imbuo, instruo, libero, munero, siue muneror, dignor, afficio, prosequor, communico, expeditor, oblector, delibuo, ab dico, conficio & conficior. Vergil. Postquam illum uita uictor spoliavit

spoliavit Achilles. Cicero, Graui teste priuatus sum,  
 patre tuo clarissimo uiro. Hora. Scimus inurbanū le-  
 pido seponere dicto. Terent. Emunxi argento senem.  
 Cicero in Epist. Homines nequissimi, quibus te onera-  
 runt mendacijs? Terent. Hos quoq; amicos eius exo-  
 nerastis metu. Idem, Ego nunc mihi cesso, qui hūc hu-  
 merum onerarem pallio? Verg. Quem regno Hesse-  
 riæ fraudo, & fatalibus aruis. Idem, Ego te hoc fasce  
 leuabo. Teren. Plurima salute Parmenonem summum  
 suum impartit Gnato. Plau. Nam ille non potuit, quin  
 aliquam familiarē suo sermone participauerit. Hoo  
 & in genitiuum. Idem, Paternum seruum sui partici-  
 pat consilij. Verg. Impleuitq; mero paterā, pinguisq;  
 farinae. Idem, Vterumq; armato milite cōplent. Tere.  
 Atq; animum eius expleam gaudio. Columella in 10,  
 Quibus liquoribus mundā lanam imbuere oportebit.  
 Idem, Nonnulli strenuē fabricant nauigia, nec consum-  
 mata proinde instruunt armamentis ministrisq;. Ho-  
 ratius, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem  
 Testa diu. Terent. Obscuro te quamprimum hoc me-  
 miserum libera metu. Et cum præpositione. Cic. Nihil  
 antiquius fuit, quā ut te à sceleratorū hominum ca-  
 lumnijs liberarem. Macrob. Regni eum societate mu-  
 neravit. Cicero in Oceano, Homo ex eo numero homi-  
 num, qui apud nos hoc nomine dignantur. Item Verg  
 Haud equidē tali me dignor honore. Cicero, Magno  
 me dolore affecissent tuæ literæ. Hoc et absalutē legi  
 tur, ut hoc magis afficit. Sic & passiuum eius. Colu-



mella, Pulmo totus afficitur. Cic. in Ver. Iste iratus ho-  
 minem uerbis uehementioribus prosequitur. Plautus,  
 Communicabo te semper mensa mea. Terent. Te hoc  
 crimine expedi. Solinus, Vnguentis eum delibuit. Liu.  
 Dictator magistratu se abdicauit. Cicero, Plagis con-  
 fectum ante oculos tuos cecidisse. Quædam ex ijs &  
 cum genitiuo super accusatiuum construuntur. Plaut.  
 Hæ res uitæ me soror saturant. Verg. Postquã dextra  
 fuit cædis saturata. Liuius, Adolescentem sui temeri-  
 tatis implet. Plaut. Amph. Erroris ambo ego illos &  
 dementiae complebo. Cic. in Verrem, Completus iam  
 mercatorum carcer esset. Ver. Implètur ueteris Bac-  
 chi pinguisq; ferinae. In ablatiuum super accusatiuum  
 feruntur & quæ prælatione, excessum ue significant,  
 sed eius rei quæ mensuram excessus demonstrat: ut,  
 Præfero hunc multo. Paulo illum superat. Aliquanto  
 eum præcedit. Iuuenalis, Tota cohors pede non est al-  
 tior uno. Item eius rei in qua est prælatio uel exce-  
 sus. Præcellit uirtute. Valer. Maximus, Deforme exia-  
 stimans, quos dignitate præstaret, ab ijs uirtute supe-  
 rar, Non desunt ex actiuis & quæ præter accusati-  
 uum, ablatiuũ quoq; cū præpositione à uel ab αὐτοῦ  
 τῆς ὀφειλῆς suscipiant. Talia sunt quæ ablati-  
 nem separationemue significant, ut Aufero, eripio, a-  
 dimo, auello, furor à te. Idem ablatiuus & in datiuum  
 mutare potest: ut, Adimo tibi. Item quibus peti, inter-  
 rogariue aliquid significatur, quippe quæ pro altero  
 accusatiuorum ablatiuũ cum præpositione nonnun-  
 quam

quã recipiunt, ut peto, posco, postulo, rogo, oro, quæ-  
 ro flagito, interrogo à te. Sicuti ex deponentibus, Sci-  
 scitor & percontor à te. Cicero, pro Sylla, Hanc à me  
 orationem flagitassent. Plautus in Bacch. Ego quidẽ  
 ab hoc certe exorabo. Verg. Veniamq; oremus ab ip-  
 so. Lucanus, Vxor et à charo poscet sibi fata, marito.  
 Cicero de responsis arusp. Nisi à senatu præsidium po-  
 stulassent. Fabius in 9, Quod precatus à dijs immor-  
 talibus sum. Cicero Rhet. 2, Ab aduersarijs perconta-  
 bitur accusator. Idem ad Memmium, Nunc à te illud  
 primum rogabo. Sal. in Iugur, Metello petendi consu-  
 latum gratia, missionem rogat.

Eorum quæ hætenus memorauimus actiuorum, Casum in  
 exceptis ijs quæ uocandi dicuntur, cõmunis etiã passi- am passi-  
 uis est casus, qui in diabasi est positus: accusaris à me uis commu-  
 furti uel furto, redduntur nobis à te literæ, doceor à te uerum:  
 literas: spoliator à te ueste, superaris ab hoc multo, au-  
 fertur à te uestis. Quum scilicet significatur alterum  
 auferre à te uestem. Induitur togam. Petor à te ueniã  
 non autem petitur à te ueniam, propter causam alibi  
 assignatam.

COMMUNES OMNIUM VERBORVM  
 CONSTRUCTIONES

Communes in dati-  
 uum.

Quæ deinceps sequuntur constructiones omni uer-  
 borum generi communes sunt. Quippe omne uer-  
 bum in datiuũ ferri potest eius personæ, in cuius gra-  
 tiam uel commodum, uel horum cõtraria uerbi actio  
 cedit. Verg. Nescio quis teneros oculos mihi fascinat



agnos. Idem, Póſt mihi non ſimili pœna commiſſa lue-  
tis. Ouid. Diruta ſunt alijs, qui mihi Pergama reſtât.  
Iuuenalis, Mechis foliata parantur, His emitur quic  
quid graciles huc mititis Indi. Vergilius, Tibi res an-  
tiquæ laudis et artis Ingredior. Terentius. Si quid pec-  
cat Demea, mihi peccat. Itaque hũc Datium ueteres  
per, in gratiã, uel in detrimentũ, ſæpe interpretãtur.

**Cõmunes  
in ablati-  
uum.  
In inſtru-  
mente.**

Omne præterea uerborum genus ablatiuo iungi po-  
teſt eius rei quæ inſtrumenti rationem obtinet. Alo  
laſte, Cædo uirgis, Placeo obſequio, Curro pedibus,  
Coerceor uinculis, Premor onere. Etiam alijs ſingu-  
lorũ generũ constructionibus adhibitis, Alo te laſte,

**In cauſam.**

Coerceor à te uinculis, Placui illis obſequio. Similiter  
eius rei quæ cauſã ſignat, ob quã ſiue propter quã uer-  
bũ de nominatio dicitur: ut, Verberat hũc odio. Vi-  
tuperat inuidia, Nõ donat penuria, Nõ prodit pudo-  
re, Pulſus eſt, uel exulat inuidia. Qua fortãſſe ratione  
dicuntur, illa, Gaudeo, Lætor, Delector tuis commodis.

**In pretium**

Iam omne uerborum genus ablatiuum ſibi ſubijcere  
poſteſt eius rei, quæ pretij rationem obtinet, ſed ita  
ſi appellatiuum ſit: ut, Vendidit hic auro patriam  
Horatius, Eritq; tuus nummorum milibus octo. Li-  
uius, Multo ſanguine ac uulneribus ea Pœnis uictõ-  
ria ſtetit. Perſius, Et centum Græcos uno cenſuſſe lice-  
tur. Martialis, Paruo cùm pretio diu liceret. Pauci  
appellatiuorũ genitiui ſunt, qui poſt nõ multa uerba  
pretij rationẽ habent, Flocci, nauici, nihili, lucri, pili  
ſis, cum uerbo facio: ut, Floccifacio, nihilifacio, lu-  
crifacio.

erifacio. Plaut. in Curg. Respicio uos nihili meã gra-  
 tiã facere. Idem in Rud. Minutias ego istas flocci non  
 facio. Vergilius, Non asis faciunt. Cat. Nec pili fa-  
 cit. Legitur & in Plauto, ut præter operã restim sum-  
 pti fecerim. Et trunci faciam. Simile accidit & uerbo  
 pendo: Ter. Ego illũ floccipendere. Item, aestimo. Cat.  
 Omnes unius aestimemus asis. Ceterum ex adiectiuus  
 octo uel nouem maximè notauit Laurentius, quæ si  
 secum appellatiuum adhibitũ non habent, in genitiuo  
 poni semper solent. Sunt autẽ simplicia quatuor Tan-  
 ti, quãti, pluris, minoris. Cõposita quinque, Quantiuis,  
 quantilibet, quanticunq;, tantiuis, & tantidem. Si mo-  
 dõ postremum hoc adiectiuum est: ut, Res tanti ualeat,  
 quanti uedi potest. Liuius, Mancipia minora annis ui-  
 ginti, quæ post proximũ lustrũ decẽ milibus æris aut  
 pluris uenissent, ea quoq; decem tanto pluris, quã-  
 quanti essent aestimarentur. Iuuenalis, Atq; ideo plu-  
 ris, quã Cossus agebat. Plin. 35, Neminem minoris  
 docuit talento. Horatius, Quanti emptæ? paruo: quan-  
 ti ergo? octusibus. Eheu? Iuuenalis, Tanti tibi non sit  
 opaci Omnis arena Tagi. Plinius tamen in 12 hoc in  
 ablatiio posuit, si rectè scriptum est. Tanto nobis de-  
 litia et sceminæ constant. Iuuen. Quanticunq; domus  
 constet. Quint. In pastu cadauerum hoc unum super-  
 rat, ut deuectum tandem uenderes. Cic. in Verr. Aie-  
 bat te tantidem aestimasse, quanti sacerdotem. De, tan-  
 ti, tamen non inutile notatu sit, quod aliquando non  
 tam planè ad pretium referri uidetur, quã aliquid



quod magni ponderis sit & estimationis, ut in illo, *Dius ad Aencā. Non ego sum tanti: quod nō meditaris iniquē, Vt percas, dum me per freta longa fugis. Et, Vix Priamus tāti tota q̄; Troia fuit. Pli. Tu qui te deū credis, aliquo successu tumens, tanti tamen perire potuisti. Sin eiusmodi adiectiua appellatiuū, quo pretiū indicatur, secum habent, in ablatiuo usurpentur, præter tantidem, quod ablatiuo caret. Et itē pluris, quod adhuc notarim *Liuius 22, Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimēdi captiuos copia fieret. In uenal. Quanto metiris pretio, quod ni tibi deditus essem, Deuotusq; cliens, uxor tibi uirgo maneret. Nec obstat præcepto, uel quod *Liuius 27 ait, Sed nequaquam tantum relictū est, quantæ summæ damnatus fuerat, uel. Ter. in Andria, Quum faciem uideas, uidetur quantiuis pretij, uel *Plaut. in Epid. Fateor me esse nimis pretij. Quum in illo *Liuij non tam pretiū quam multa significetur, ut etiam *Laurentius monuit. In alijs appellatiuū aliquod, homo uel res subaudiatur, ut sit homo uel res: minimi pretij, quale est illud, *Agri in his regionibus meliorem, nec pretij maioris habet nemo, pro neq; agrum maioris pretij.*******

Quatuor item adiectiua sunt, quorum genitiui in pretio significando post duo illa, interest & refert, usurpantur. Ea sunt duo ex iam dictis, quantus et tantus, & cum his magnus & paruus. *Cicero Tyroni, Quamquā magni ad honorem nostrum interest quam primum ad urbem me uenire. Terentius in Phorm.*

Quid

Quid tua (malum) id refert? Magni. Rursus duo hæc posteriora cum tribus superlatiuis, Maximus, minimus, plurimus, alijs quoq; uerbis cuiusmodi sunt, Facio, aestimo, pendo, puto, curo, in pretio indicãdo genitios suos subiiciunt. Aemil. Prob in uita Cat. Magniq; opera eius existimata est in prælio apud Senã, quo cecidit Hasdrubal frater Hannibalis. Terentius, Merito semper te maximi feci Chreme. Idem Heaut. Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes. Idem Adelph. Ego quoq; à meo amari, et magni pendi posulo. Catull. Noli spernere nec putare parui. Terentius, Tu fortasse quid de me fiat, parui pendis: *Ci- alias curæ* cero in epist. A me minimi putabantur. Duobus autẽ primis, Interest et Refert, apte (ut Laurentius uult) iunguntur, siue accusatiuos, siue etiam aduerbia dicere maui, Multum, plus, plurimum, parũ, paulũ, pauxillum, nihil, aliquid et similia: ut Multum refert, plurimum interest. Plinius ad Pomp. Fal. plurimũ refert quid esse Tribunum putes. Et in eadem, plurimum interest, quid esse Tribunatum putes.

Sane pauca quædam notantur, quibus addere appellatum, uel demere pro arbitrio possis, Magnus, paruus, minimus, paululus, nimius. Terentius. Quid agas, nisi ut te redimas captum, quam queas minimo si nequeas paululo, at quanti queas? Vergilius, Hoc Ithacus uelit, et magno mercetur. Atrid. e. Horatius Quanti empta? Paruo Seneca, Constat paruo fames, magno fastidiũ. Lucanus, Aera merent paruo. Terentius



tius Hecyr. Quam minimo pretio suam uoluptatem expleat. Plautus, Pacisci cum illo paula pecunia potes. Vale. Max. libro 5, Magno ubiq; pretio uirtus aestimatur. Duo sunt quibus addi appellatiua non solet, caro & uili. Plautus in Epid. Quantt eam emit? Vili. Declarat idem & uilipendo. Prioris loco, aduerbiū legitur, ut in epistola Bruti ad Cice. Valde care estimas tot annos, nisi caro scribendum est.

Rursus quatuor sunt comparatiua, quæ ad pretium demonstrandū, ipsa non adhibentur, sed loco suo aduerbia de se sufficiunt, Carius, uilius, melius, peius. Mart. Carius ergo cacas.

In pondus  
liquidue  
mensuram.

Hic affine precepto est, quanquam non tam multorum uerborum commune, quod post non pauca uerba dictio, qua pondus liquidue mensura significatur in ablatiuo ponitur. Plin. nat. histor. Iocimori priuati teucra bibitur recens, drachmis quatuor, in posce hecina. Betonica in aqua calida, cyathis tribus, ad cordis uitia. In frigida cyathis duobus. Idē, Agaricum uictoriati pondere tritum, & mulsa quinq; cyathis datum. Idem, Aristolochia obolis ternis ex aqua calida aut lacte asine pota.

In præpositionem cū  
suo casu.

Præpositio quoq; cum suo casu omni uerborū generi succedit: ut, Sum in agris, Iaceo ante pedes, et iuxta muros, & prope flumen. Doceo et doceor in ludo, et cū alijs, & sub tecto. Occurri ante aedes, & circa meridiem. Letor, iocor cum amicis, in festo, sine inuidia. Et sic de alijs præpositionibus.

Priuatim

Privatim uerò quæ ex his præpositionibus, *à, ab,* Communis in certas præpositio nes.  
*ad, con, de, è, ex, et in,* componuntur, modò præpositio nes ipse uim suam seruent, pleraq; similem omnino præpositionem cum suo casu recipiunt, et actiua qui dem præter legitimum suum accusatiuum, ut in subie ctis autorum exemplis uidere licet.

Abstineo. Cicero in Sallustium, Facilius se à uiris abstinuerunt. Abstineo:

Accommodo. Idem de Orat. Aphricano illi supe riori coronam in conuiuio ad caput accommodant. Accom modo:

Addo. Idem ad Rus. Et si meo iudicio nihi ad tuū prouinciale officium addi potest. Addo:

Adiicio. Plaut. Mercat. Ne ad illam me animū ad ieiisse aliqua sentiat. Adiicio:

Adhibeo. Cicero in Tusc. Quod uetat Chrysi pus ad recentes quasi rumoris animi remedium adhi bere quicquam, præter nasturtium. Adhibeo:

Aduoco. Terent. Amicos aduocabo ad rem hanc. Aduoco:

Adiungo. Cicero in Philip. Cæsar se ad neminem adiunxit. Adiungo:

Admoueo. Cæsar de bel. ciuil. Ad turrim hostium admouent. Admoueo:

Adhortor. Cicero in Philip. Ut ad defendendam rempub. te adhortarer. Adhortor:

Afferro. Plaut. Epid. Non meministi auream ad te afferre natali die. Afferro:

Appello. Tere. Poeta quum primum animum ad scribendum appulit. Appello:

Applico.



- Applico.** Applico. Cicero de Orat. Si se ad aliquem quasi patronum applicuisset.
- Auerto.** Auerto. Suetonius in Neronem, A philosophia cum mater auertit.
- Impono.** Impono. Palladius, Imponitq; leues in stipite phylididis umbras. Plautus in Bacch. In te ergo hoc onus omne impono.
- Induco.** Induco. Teren. Isthuc in animum inducas tuum.
- Includo.** Includo. Cicero in Ver. Includuntur in carcerē condemnati. Idem, In paucis uillis inclusas esse uidetis.
- Iniicio.** Inijcio. Terent. Quæ sese in ignem inijcere uoluit. Plaut. Tragulam inijcere in te adornat.
- Expedio.** Expedio. Terent. in Hecy. Quin te citius expedias ab ijs ærumnis.
- Expello;** Extraho; Expello. Cæcil. ad Cicer. Nam me quum expulisset ex Italia Pompeius. Extraho. Terentius in Hecyra, Ex quanta ærumna extraxeris.
- Exuo;** Exuo. Statius Theb. nono, Magnaq; é uulnere telum Exuit ipse gemens.
- Exonero.** Exonero. Plautus, Atq; ita profecto ut ex hoc exonereres agro. Deest autem accusariuus.

Reliqua uerò ex iam dictis præpositionibus composita, quæ actiua nō sunt, ipsam præpositionē cū suo casu sine accusatiuo omnino recipiūt, ut Absū. Cic. Cum abessem ab Amone. Idem, Quomodo igitur iucunda uita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Adsum. Cato, Mulier ne ad rem diuinam adsiet.

Quædam uerò actiuorū nō utramq; pariter ut iam dicta

dicta uerba, hoc est, accusatiuum & casum cum præpositione, sed ex ijs alterum recipiunt.

Abhorreo. Suetonius in Calig. Nec abhorret à ueri Abhorreo.  
tate. Cat. Sæuaq; abhorrebas prisce præcepta Catonis  
Adeo. Suetonius, Libera & fœderata oppida sine li  
storibus adibat. Terentius Edicit, ne uir quispiam ad Adeo.  
eam adeat. Cicero in tertio epistol. Ad me adire quos  
dam memini.

Aspicio. Vergil. Iuppiter omnipotens precibus si fle Aspicio  
steris ullis, Aspice nos. Plautus in Cap. Agedum aspi=

ce nos.  
Euado. Suetonius in Tiber. Carmilius me euasit. Ci. Euado.  
pro Sylla, Quum ex insidijs euaseris. Exeo. Teren= Exeo.  
tius, Quum limen exirem. Idem, Postquam excessit ex  
ephebis. Cicero epist. quarto, Ne aut tibi exire ex ur=

be neesse sit. Intro. Suetonius in Vespas. Aedem Sera Intro.  
pidis, summotis omnibus, solus intrasset. Cicero pro  
domo sua ad Pont. In Capitolium intrare.

Inuado. Salustius in Catil. Tanta uis morbi, uti tabes Inuado.  
plerosq; ciuū animos inuaserat. Cicero. Qui in fortu  
nas huius inuaserant.

Sic usurpari posse uidentur & composita ab inter.  
Cicero, Magno me metu liberabis, dummodo inter  
me atq; te murus intersit.  
Priuatim ex ijs quæ de, Ad con, & in, componun=  
tur, tum actiuis, tum neutris, multa non modò prepo=  
sitionem ipsam (ut dictum est, cum suo casu recipiunt,  
ueruntamen loco eius datiuum, ut

Accedo.



**Accedo.]** Accedo. Ouid: Tum uerò postquam solitas accessit ad iras Causa recens. Idem, Accedit satis matris miserabilis infans.

**Accido:** Accido. Terent. Istuc uerbum uerè in te accidit. Cic. in Lælio. Nihil mali accidisse Scipioni puto.

**Accommodo.** Accommodo. Quint. Auribus accommodent curâ. De accusatiuo cum præpositione supra dictû est exemplum, itaq; nec repeto, sicut nec in subiectorum quibusdam.

**Adhæreo.** Adhæreo. Plaut. in Pen. Ne ad fundas uiscus adhaeresceret. Apul. Quæ claustris adherent.

**Adhibeo:** Adhibeo. Vergilius in actauro, Hos castris adhibe socios.

**Adiicio:** Adjicio. Ouidius, Adjice præceptis hoc quoque Naso tuis.

**Adiungo:** Adiungo. Vergilius, Vlmisq; adiungere uites Conueniat.

**Addo.** Addo. Ouidius in quarto Metamorphoseon, Ad dicitur his Niscus.

**Admoueo.** Admoueo. Valer. 7. Qui in æque genitalem partem manum missam, quum in eum locum uentum esset, naribus equi admouit.

**Adesse:** Adesse. Vergilius, quum creber ad aures Visus adesse pedum sonitus. Caesar, Omnibus his pugnis Dotalabella affuit. Hoc et ablatiuo cû, in, iungitur. Cicero de Orat. In Pauli pugna non affuerat.

**Affero:** Affero. Plautus in Epid. Affer domum auxilium mihi.

**Appropinquo:**

Appropinquo. Hireius libro quinto, Donec ad ipsas portas ac murū appropinquaret. Caesar de bel. Gall. Appropinquo:  
 Quum iam muro appropinquasset.

Adscribo. Horatius, Et adscribi quietis ordinibus patiar deorum. Hoc & cum In, iungitur, ut Cicer. In Philip. Tu uero adscribe me talem in numerum. Adscribo:

Assuesco. Caesar lib. 6 Sed assuescere ad homines & mansuescieri ne paruuli quidem excepti possunt, Vergil. Vel libera colla seruitio assuerint. Assuesco:

Comparo. Valer. libro 7, Quam porro subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat. Comparo:

Confero. Cicero. pro lege Cor. Cum legibus conferemus. Iuuen. Confer & his, ueteris qui tollunt grandia templi Pocula Cecil. Plin. Quis ex istis, qui tota uita literis assident, collatus illi? & c. Aliter quoque, confert, pro utile est, uel auxilio est, uel addit. Confero:

Fab. lib. 3, Interim cōfert admirationi multum etiam infirmitas, Idem, Scio queri etiam, naturā ne plus ad eloquentiam conferat an doctrinā?

Immineo. Cic. in Phil. 7, Qui in Gallia delectus habent, qui in nostras fortunas imminet. Ouidius, Imminet his aer. Immineo:

Incedo. Terent. Vnde noua nunc religio in te ista hęc incesit, cedo. Verg. Regibus incesit magno discordia motu. Incedo:

Includo. Cic. ad Attic. Topethesiam quam postulat, Miseni & Pateolorum, includam orationi meae. Includo:

Impono. Iuu. Imponit finē sapiens et rebus honestis. Impono:

¶ Insi deo:



**Insideo:** *Insideo. Vergilius, Insideat quantus misere deus.*  
Cicero pro legib. Corn. Sed in animis omnium penitus insideat.

**Incumbo:** *Incumbo. Cic. epistol. decimo, Ut in rempub. cogitatione curaq; incumberes.* Idem, Mi Plance incumbetoto pectore ad laudem. Verg, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliua. Plin. natur. hist. Nanq; in illo caua in se conuexit as uergit, & cardini suo, hoc est, undiq; terræ incumbit.

**Insilio.** *Insilio. Plau. in Rud. Ambæ in scapham insiluiimus*  
Lucanus, Sed cæca nocte carinis insiluit Cæsar.

**Insium:** *Insium. Terentius, In amore hæc omnia insunt uitia.*  
Suet. in Tito, Cui non minus autoritatis inesses.

**Illabor:** *Illabor. Vergilius, Mediæq; minans illabitur urbi.*  
Idem, Sensit medios illapsus in hostes.

**Insisto:** *Insisto. Plaut. in Mil. Age iam nunc insiste in dotos: Fabius, simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Terent. Quam insistam uiam? Vbi legatur qua insistam uia? ut de illo, alienis uestigijs, datiui ne sin an ablatiui? Idem accidit aliquando & de præpositioni.*

**Detraho** *Detraho. Ouid. de Trist. Detrahat auctori multum fortuna licebit. Et sine accusatio eclipticôs. Cicero ad Appium, Ego si in prouincia detrahere de tua fama, unquam cogitaßem. Idem de responsis arusp. Qui in concione detrahat de Pompeio.*

Ex ijs uero quæ de Ab, à, de, ex, componentur, non pauca ablatiuum citra præpositionem accipiunt.

Abstineo

Astineo Cicero, Qui me ostreis & murenis abstineo. Abstineo  
 nebam, a beta & malua captus sum.

Auerto. Vergilius, Nec posse, Italia Teucrorum Auerto  
 auertere regem.

Auello. Idem, Fatale aggressi sacrato auellere tem  
 plo Palladium. Auello

Absum. Sueton. in Cæs. Italia abesset. Absum :  
 Amolior

Amolior. Lucanus, Hummeris iam pondere fessis  
 Amolitur onus. Detrudo :

Detrudo. Vegil. Detrudunt naues scopulo. Detrudo

Desisto. Idem, Me ne incepto desistere uictam? Desisto

Deiicio. Cæsar, Heluetij ea spe deiecti. Deiicio

Emoueo. Verg. Emoti procumbunt cardine postes. Emoueo :

Egredior. Idem, Est urbe egressis tumultus Egredior

Exire. Idem, Neq; seruitio me exire licebat. Exire

Exigo. Italia exigitur. Exigo :

Sinilem constructionem habent, quanquam non ex  
 similibus præpositionibus composita, Arceo, Sepono,  
 Sumoueo; Pello: ut. Italia pellerentur, Italia summo  
 uit. Ver. Arcebat löge Latio. Sue. Dom. Philosophos  
 omnes urbe Italiaq; summouit. Hor. Scimus inurbanum  
 lepido seponere dicto. Sicuti quæ ex, Ad, con, in, &  
 per, componuntur, etiam, harum præpositionum qua  
 libet non adhibita, casum tamen eius admittunt ut

Aduenio Vergil. Tyriam qui adueneris urbem. Aduenio

Accedo. Idem, Quas uento accesserat oras. Accedo

Concludo. Te. Ut ab illa excludar, hac concludar. Concludo

Infigo. Vergilius, Herent infixi pectore uultus. Infigo :



**Perlabor:** Perlabor. Idem, Atq; rotis summas leuibus perlabiatur undas.

Hac maxime ratione uidentur. Exulo & Expedio, ablatiuum sibi subijcere.

**Expedio:** Expedio. Ter. in Hecy. Teq; hoc crimine expedi. Exulo. Cicer Tuscul. Talemone[m] pulsum patriaq; exulantem. Terent. Domo exulo.

**Cōmunisin urbem, oppidumue.** Priuatim quoq; urbium & oppidorū propria post quoduis accōmodatum uerbum succedere citra præpositionem possunt. Vtiq; quod tanquā ad locum significat, uel quod ad quæstionem factam per quo reditur in accusatiuo: ut, eo Romā, Tarentū, Carthaginem. Quorum naturam duo etiam appellatiua imitantur, rus & domus. Terentius. Ego rus ibo. Ouidius, Quo ruitis? uestras quisq; redite domos. Verg. Ite domū saturæ, uenit heesperus, ite capellæ. Quod uero ueluti a loco significat, uel ad quæstionem, unde, respondetur in ablatiuo, ueni Roma, Tarēto, Thebais. Adde etiā rure & domo. Eodē casu usurpantur nonnunquā & quæ ueluti per locū significant, siue quæ perconstanti, qua reddas: ut, transiui Roma, Tarento, rure, domo. Hoc tamē modo loquēdi utimur & in alijs quam urbium nominibus, ut Hor. Ibam forte uia quadā, sicut meus est mos. Aliquando etiam præpositione cum urbium nominibus addita, ut Hircius de bello Hispania. Et ad Cordubam se recepit.

At quæ in loco significant, uel ad quæstionē, ubi, referuntur, si primæ nominū declinationis uel secundæ sicut

sint & singularis numeri, in genitiuo uerba sequi solent, ut sui Romæ, Tarenti, uel Londini. Quorum naturam appellatiua quatuor imitantur, Domi, militiæ, belli humi. Horatius, Me primis urbis belli placuisse domiq;. Cicero de Offic. 2, Præterea quibuscunq; rebus uel belli uel domi poterunt, Reipub. augeant. Sæ lust. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi, militiæq;, mari atq; terra præclara facinora fecit. Liu. Quibus artibus domi militiæq; & partū & auctum imperiū sit, Humi quoq; ad imitationem horū usurpatum est, nō tamen eodē omnino significato: cum alias super humum significare uideatur, ut Ver. Qui legitis flores, & humi nascentia fræga. Horat. Serpit humi tutus nimium, timidusq; procellæ: Alias in humum uel ad humum, ut idem, Prociūbit humi bos. Sternet humi populos, miserumq; exhauret urbem. Cōprobat hanc interpretationē quod etiam autores sic loquantur. Curt. Plura in humū innoxia cadebant. Tacit. Proiectus in humum Ouidius, Vipereos dentes in humū pro semine iactos. Alias intra humū: Colu. Cumulisq; exaggerūtur, ut latius sese frutex humi diffudat. Sin uel pluralis numeri sint uel genitiuum in is mittant, prosa scribentibus, ut Seruius obseruat, in datiuo uerbis succedunt. Plin. Cū spectare antiqui moris suppliciiū Tiburi concupisceret. Sueton. Lentulus Getulicus Tiburi genitum scribit. Cicc. ad Attic. Conuenio Antonio Tiburi. Idem ad eundem Sextum nunciauit cum una sola legiōe fuisse Cartha-



## 230 DE EMEND. STRUCT.

gini, Liuius, Neglectum Auxuri praesidium. Simili modo, Ruri. Colum. Ruri moretur. Teren. (ut cuius quam quae poetae, prosae quam uersui prior sit oratio) Ruri fere se continet. In quo festus sentire cum Scruio uidetur. Eius uerba sunt, Ruri esse, non rure dicendum, testis est. Terent. Phor: cum ait, Ruri fere se continebat, ubi agrum de nostro patre colendum habebat. Poetis uero in ablatiuo. Hor. Romae Tibur amem, uentus Tibure Romam. Idem, Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum: Verg. in 4, Tyria Carthagine qui nunc expectat, Persius, Rure Paterno. Est tibi far modicum. Iuuen. Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno Viuentis. Priscianus sine exceptione tum uersu, tum prosa scribentibus, in ablatiuo ponenda cesset. Sed quam uere, facile existimari ex propositis licet. Ceterum non infrequens est eorum in ablatiuo usus etiam apud oratores. Cic. in Phil. Cum tu Narbone mensas hospitium conuomeres. Idem de nat. deorum, Sepultus esse dicitur Lacedaemone. Idem ad Ser. Sulp. Comendo tibi domum eius, quae est Sycione. Plin. nat. hist: Effectum Sycione primum, deinde in tota Graecia. Non est ignorandum, quod eorum de quibus egimus, genitiuus Domi, quinque tantum pronomina, mea, tua, sua, nostra, uestra, et unum nomen, aliena, iungi secum patitur: ut, Domi mea, tua, sua: domi aliena.

Communis  
in dative  
graciae:

Omne praeterea uerbum in dative ferri potest eius personae, in cuius gratiam uel detrimentum actio uerbi credit, ut Verg. Cui pendere sua patereris in arbore po-

ma. Idem Georg. Cuncta mihi Alpheum linquens, lucosq; Molorchi. Significatur enim, in cuius gratiā, in meam gratiam uel honorem.

Cōmunis  
in tēpus.

Dictio præterea, qua tempus rei gerendæ significatur, si ueluti ad quæstionem *Quandiu*, redditum ponitur, cuiuscunq; uerba succedit, & continuatur, aliquod tempus necessario significare uidetur, & per accusatiuum uel ablatiuum efferri potest. Verg. Hic iā tertium totos dominabitur annos. Cic. pro reditu suo, Qui totos dies de officio & de uirtute differunt. Sueton. In August. In lectum deinde transgressus, non amplius cum plurimum, quam septem horas dormiebat & ne eas quidē continuas, sed ut in illo temporis spatium ter aut quater expergisceretur. Plin. nat. hist. Sub arctico uertice nemo sex mensibus uidet solem. Suet. in Calig. Vixit annis 29, imperauit triennio, & decē mensibus, diebusq; octo. At si ueluti ad quæstionem *Quando* redditur, in ablatiuo plurimū usurpabitur ut, ueni hora prima. Cic. Superioribus diebus ueni in Cumanū. Idem pro Rosc. Criminatio tua quæ est, Roscium cum Flauio pro societate decidisse. Quo tempore? Ab hinc annis quindecim, Dicimus tamen tanquam eiusmodi quæstioni reddentes, etiā præpositiōe adhibita: ueni ad diem tutū, & in ipso tempore. Et in epistola Ciceronis ad Terentiā, Athenis ad quintumdecimum Calendas nouembris. Rarū omnino in accusatiuo, ut Plin. ad Caniū Rufum, In hac tamen tranquillitate annū quintū et sexagesimū exceßit. Cicero



pro Milone. Profectus est id tēpus, quū iam Clodius, siquidem eo die Romam uenturus erat. &c. Sed hic Græca uidetur eclipsis. Si tamen alicuius harū, Ante, post, intra, uel circiter, circumstantia in eiusmodi sermone est explicanda, ipsis præpositionibus omnino positis utendum: ut, Veni post, uel ante festum, & circiter Calendis. Absoluam opus intra paucos dies. Hoc tamen ultimum & per ablatiuum honeste sæpe interpretamur. Terentius, Paucis diebus, quibus hæc acta sunt, Chrysis uicina hæc moritur. Plin. Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris Cice. Qui his paucis diebus factus est Pontifex Idem, Triduo aut ad summum quatruiduo periturum. Sic dicitur memoria nostra. et memoria patrū nostrorum. Cæsar. Hic pagus unus quum domo exisset, patrum nostrorū memoria Luc. Craßum consulem interfecerat: pro intra memoriam. Videtur et præpositionem post, cum suo accusatiuo, per ablatiuū interpretatus Cicero ad Cassium, quū dicit, Ut te quē iam diu plerimi facio, tanto interuallo uiderem, id ex (ut mihi uidetur) post tantum interuallum.

Nullum præterea uerbum est, quod sensum, ut, coniuñctioni subiectū telicōs admittere post se non possit: Doceo grammaticā, ut alij discant. Doceor grammaticam, ut emendate loquar. Adsum ut doleas. Surgo ut sedeas. Ipse seruius, ut tu sis liber. Hunc sensum poete interdum per infinitum modum Græco more interpretantur, ut in Hellenismis dicitur. Vergilius,  
hoc

Hoc regnum dea gentibus esse,

si qua fata sinant, iam tum tenditq; fouetq;

Quinq; numero defectiua notantur, quæ impersonalia uulgo grammaticorum dicuntur, Pœnitet, tædet, miseret, piget, pudet. Hæc quoties infinita uerborum adiuncta non habêt, in genitiuũ & accusatiuũ feruntur, ut, Miseret me fratris, Piget me laboris, Pœnitet illum impediij. Quum uero infinitum adnexũ habent, si quid post se recipiunt in accusatiuo ponitur, in finito ipso nominatiui locũ supplente, ut, Pœnitet nos te nõ affuisse, nisi quis infinitum hoc genitiuum esse contendat, sic, Pœnitet nos huius rei, cuius? nempe te non affuisse, Quod utiq; à resolutione horũ uerborũ, quam Priscianus affert, alienum non est. Sic enim resoluit, Pœnitet, tædet, pudet, miseret me tui. Pœnitentia, pudor, tædium, misericordia habet me tui. Additur mise rescit, quod horũ naturam imitatur, Teren. in Heaut. Inopis te nunc miserescat mei. Item, ueritum est, propuduit uel puditum est. Cicero de Finib. Primum Aristippi Cyrenaicorumq; omnium, quos non est ueritum in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summũ bonum ponere. Item in præsentis, Sed apud Actiũ ex Nonio, Veretur te progenitoris. Leguntur tamen et cum nominatiuis aliqua horum intransitiuè coniuncta: Martialis, Nulli Thai negas, sed si te non pudet istud, Hoc saltem pudeat. Thai, negare nihil. Terentius in Adelph. Hec mihi non te hæc pudeat: Luc. 8, Semper metuit, quem seua pudebunt Supplicia.



cia. Plautus, Nemini misereri certum est, quia nemo miseret mei. Terentius, Neque se id pigere. Vbi circa infinitum duo sunt accusatiui, quorū prior agētis est personæ. Cicero Rhet. 2, Deinde utrum facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse? Et in alio significato, nempe pro, Parū est, uel uidetur, ut Gellius & Donatus interpretantur. Ter. Me quoq; quantū hic operis fit, pœnitet. Idē, An pœnitebat te autore flagitij quod fecisset adolescens, ni miserū patri insuper etiam indicares? Cic. Nec pœnitet me quātū profecerim. Mærorē minui, dolorē nec potui, nec si possem, uellem. Itē pro pudet. Verg. Nec te pœniteat calamo triuisse Labellum. Liuius, Nec me corū sententiæ esse pœnitet. Vel pro tædet, Cic. in Catil. Num igitur si centesimū uixisset annū, senectutis eum suæ pœniteret? Non ignorandum quibusdam ex ijs duplicia præterita dari. Legimus enim, puduit & puditū est. Sill. 10, Mens abiit puduitq; fugæ. Plaut. Neq; me, neq; te tuis intus puditum est factis. Stat. 7. Nec pigitū paruosq; lares humilesq; subire. Quibusdam unicum & passiue uocis, A miseret enim, misertum est, & a tædet, uel potius pertædet, repertæsum est. Ter. Heaut. Sic me dii amabunt, ut tuarum misertum est fortunarum. Vergil. Si non pertæsum thalami, tædeq; fuisset. A miseret, & tertij ordinis passiuum legitur. Cic. pro Liga. Cautē fratrum pro fratris salute precatiū nos misereatur.

Notantur & sex tertie uerborū personæ, quæ quoties infinitis uocatorū impersonaliū, aut etiam tertij generis

generis passiuorum iunguntur, absolutorum formam suscipiunt. Ea sunt hæc, Incipit coepit desinit, debet, solet, & potest, ut Quintil. in 6, Vbi primum coeperat non cōueniri, questio oriebatur. Idem, Sed ut perueniri ad summam nisi ex principijs non potest. Idem, Mihi quoq; profecto poterit ignosci. Tædere solet auaros impedij Solet quæri à multis. Debet stari ante hostium Thaidis. Cic. Non potest iucunde uiui, nisi cum uirtute uiuatur.

## VERBORVM IDIOMATA:

Nunc quæ promissimus certorum uerborum, quæ uarijs casibus iunguntur, idiomata quædam, id est priuatas quasdam rationes, aggrediemur. Ea igitur in duplex genus diducimus, alia enim pro diuersa significatione in uarios casus feruntur, alia ex usu tantum autorum. Quorum genera nonnulla quæ reperiuntur communia, sparsim in ijs duobus, prout alterutrius magis uiso erunt tractabuntur, seruatō in generibus litterarum ordine. Ergo quæ pro diuerso autorum usu, in uarios feruntur casus, talia sunt,

Abstineo genitiuo. Hora. Abstineo, dixit, irarū ca  
 lidæq; rixæ. Et ablatiuo. Ouidius, Est uirtus placidis  
 abstinuisse bonis. Iustin. Contenti uictoria, imperio ab  
 stinebant. Ablatiuo & accusatiuo. Liui. Romano bello  
 fortuna Alexandrū magnū abstinuit. Ablatiuo cō  
 prepositione. Lucan. A trepido uix abstinet ira magi  
 stro Et cum accusatiuo adiuncto. Liuius, Bellum ab  
 innoxio populo abstineat. Et datiuo loco ablatiui cū  
 prepositione



præpositione. Plautus, Abstine isti hanc tu manum.

Admoneo

Admoneo in genitiuum. Salust. Iugurth, Sed quoniã tãti uiri tempus admonuit. Oui. de Tri. Ocia delectet admoneantq; mei. In accusatiuum. Cic. ad Treb: Sed ut ego quoque te aliquid admoneam, Terentius, Ridiculum est istud me admonere. In ablatiuum cum præpositione de. Cicero epist. libro quarto, Putaui ea de re te esse admonendũ. Idem pro lege. Manil. De quos uos paulo antè admonui.

Antecedo

Antecedo in datiuum. Cic. de Officijs, Quantum natura hominis pecudibus reliquisq; bestijs antecedit. In accusatiuum. Suetonius in August. Et magnificentiã omnes antecessit.

Anteeo

Anteeo in datiuum. Plaut, Amphyt, Virtus omnibus rebus anteit profecto. In accusatiuum. Sallust. Iugurth. Et quum omnes gloria anteiret.

Antestat

Antestat in datiuũ. Gell. Qui gestus et uocis claritudine et uenustate cæteris antestabat. In accusatiuum. Apul. Tũc inter eos unus, qui robore cæteros antestabat

Attendo.

Attendo in datiuum: Suetonius in Galba, Inter liberales disciplinis attendit et iuri. In accusatiuum: Cicero pro Archia, Quoniam me in hoc nouo genere dicendi diligenter attenditis.

Affluo

Affluo in ablatiuum. Plaut. Atq; adeo ut frumento affluã. In datiuũ. Oui: Affluit incautus desidiosus amor

Adscribo:

Adscribo datiuo. Horat. Adscribi quietis ordinibus patiar deorum. Et accusatiuo cum in. Cicero Philipp. Tu uero adscribe me in talem numerum.

Affentio

Assentio et assentior datiuo. Ci. Senatus mihi assen- Assentio  
sus est. Et datiuo cū accusatiuo. Idē de Or. Cetera as-  
sentior Crasso. Idē, Nā neq; ego assentior illud Theo  
Cælo et cælor in accusatiuū. Oui. in epist. (phrast. cælo  
Can. Hoc te cælauimus unū. In ablatiuū cū præposi-  
tione, ut Cic. pro Deiot. De armis, de ferro, de insidijs  
cælare te uoluit. Idē in epist. ad Metel. Debes existimā  
re te maximis de rebus à fratre esse cælatiū. In datiuū.  
Terent. Phorm. Si hoc cæletur patri, in metu sum. Ae  
mil. Prob. Id Alcibiadi cælari diutius non potuit.

Confido in datiuū. Cæsar de bello Ciuili, Cui maxī= Confido  
mē confidebat. In ablatiuum. Idem de bello Gall. Mul-  
tum natura loci confidebat.

Conduco in datiuum. Colum. Id minime conducit a= Conduco  
gricole. Cic. Lentulo, Id reipub. rationibus putem con-  
ducere. In accusatiuum cum ad. Plautus Cap. Ad ui-  
ctum conducunt. Item in accusatiuum cum in. Plautus  
Cistel. Quod tuā in rē bene conducat. In accusatiuū,  
sed alia significatione. Iuuenal. Conducunt foricas.

Compleo in genitiuum. Cicero in Verr. Completus  
iam mercatorum carcer esset. In ablatiuum. Vergil.  
Vterumq; armato milite complent.

Conqueror accusatiuo. Suet. in August. Vicem suā Conqueror  
conquestus est. Idem in Claudio, accusatiuo cum, ob.  
Ipse quōdam libello conqueritur ob hanc eandem ua-  
leudinem. Ablatiuo cum, de. Idem in August. Tiberio  
quoq; de eadem re sedulo uiolentius apud se per epi-  
stolam conquerenti, itā rescripsit.



**Decet** Decet datiuo. Tacit. Decere nobis terrā. Cicero de Orat. Quandoq; id deceat prudentiæ tuæ. Accusatiuo. Ouidius, Lude decent animos mollia regna tuos. Huius Compositum dedecet, & accusatiuo cum præpofitione, ut Cicero in Offic. Vt si quid dedecet in illos, uideamus ipsi.

**Discrutior** Discrutior in genitiuum. Plaut. in Aul. Discrutior animi. In accusatiuum & ablatiuum, ut Diomedes ait Discrucior animum & animo.

**Dot** Do accusatiuo et datiuo simul. Plaut. in Trinu. est ager sub urbe hic nobis, eum dabo dotem sorori. Ver. Dono mihi quam dedit olim. Item accusatiuo cum in. Terent. Me præcipitem in piſtrinum dabit. Idem, Vt nam mihi eſſet aliquid hic, quo me præcipitem darem: pro in quod.

**Doleo** Doleo in accusatiuum. Ouid. de Trist. Tu uerò tua damna dolo. Statius in Theb. Bellorum extrema dolemus. Suet. Se quoq; respondit uicem eorū dolere. Hoc tamen Priscianus pro inuicem exponit. In ablatiuum. Verg. Et nostro doluisti sæpe dolere. In accusatiuum cum, propter, in eodem significato. Quintil. in 9, Nec potest ei credere aut propter eum dolere & irasci iudex, cui putat hæc uacare. In datiuum. Tere. Aut hoc tibi doleret, itidem ut mihi dolet. In ablatiuum cum, de, sed in significato propter. Ouid. Sum miser & de me quod doluere nihil.

**Dissentio** Dissentio tibi et à te. Quin. Instit. Huic opioni neq; omnino, neq; plane dissentio. Columel. Sed ego pluri morum

morum opinioni dissentiens, preciosum uinitorem in primis esse censeo. Cicero M. Marcello, Non quia ab eo ipso dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut meum consilium non anteponam tuo.

Dico in epexeysi quiddam peculiare habet. Nam et in accusatiuo usurpatur. Cicero ad Atticum, Nā sicut apud me Cornelius, hūc dico Balbum. Idem, Itaque Cesaris amici, me dico & Oppium, disrumparis licet. Et in alijs casibus. Quin. incipiamus ab eo, qui quam frequentissimus est, tum longe pulcherrimus, translatione dico. Horat. Serm. Tuior at quanto merx est in classe secunda, Libertinarum dico.

Facio genitiuo. Cic. ad Atticum, Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui boni facit. Item infinito. Idem Philip. Facite hoc meū consilium, legiones nouas non improbare. In subiunctiuum cum, ut, cū uel ueluti periphrasis alterius est uerbi. Cicero, ad Atticum, Non faciam ut enumerem miseras omnes in quas incidi per summam iniuriam. Terent. Ne faceres idem quod uulgus seruorum solet, dolis ut me doluderet. Cesar Cōment. Omnibus Gallis idem esse faciendū quod Heluetij fecerunt, ut domo emigrent, Columella, Hoc enim & salubrius & elegantius est quam illud quod quidam faciunt, ut palis in parietes uehementer actis, uimineos quallos superimponant: pro non enumerabo, Emigrandum est, Superimponere. Simili ratione usurpatur huius uerbi passiuum. Fio. Iuuenal. Vnde fit ut malim fraterculus esse gogā



tum Horat. Inde fit ut raro, qui se uixisse beatum Dicat, & exacto contentus tempore uitæ Cedit, uti conuiuia satur, reperire queamus. Significat enim, Unde malo, unde raro reperire quimus. Similis periphrasis & per uerbum Est, inuenitur, ut Teren. Phorm. Si est patruæ, culpam ut Antipho in se admisit, ex qua re minus rei foret aut fame temperans. Idem, Si uis mihi uxorem dare, quam despondisti, ducā: Sin est ut uelis manere illam apud te, dos hic omnis maneat Demipho: pro admisit, Sin uis. Non dissimilis periphrasis est & in illo Catonis, Est interdum prestare populo, mercaturis rem querere, ni tam periculosum fiet, pro Prestat interdum.

Fido:

Fido in datiuū. Verg. 9 Et fidere nocti: Et in ablatiuū. Idem in 7, Moliri iā tecta uidet, iā fidere terra.

Fastidio:

Fastidio in genitiuū. Plaut. Aul. Abijt, neq; me certiore fecit, fastidit mei. In accusatiuū. Ver. in Buc. Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Fungor:

Fungor in accusatiuū. Suet. in Aug. Qui suam uicē præsidendo fungeretur. Idē. Senatoria munera fungeretur. Teren. In Adolph. Liberalis functus est officium uiri. In Ablatiuum. Idē, Et tuo officio fueris functus.

Gaudeo:

Gaudeo in datiuum. Cic. ad Basil. Tibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tuor. In ablatiuum cū prepositione. Teren. in Hecyra, Ut tacita mecum gaudeam in ablatiuum. Idem in Andria, Ut malis gaudeat, atq; ex incommodis alterius sua ut comparet cōmoda. In ablatiuum cum, de. Cic. ad Marium, De bursa te gaudere

dere certè scio. In accusatiuū cum, propter. Idem de se-  
nibus, Est autè à te semper dictū, nec gaudere quen-  
quam nisi propter corpus, nec dolere. Et ibidè, Vt is  
qui propter me aliquid gaudeat. In accusatiuū. Idem  
de claris Oratoribus, Simul illud gaudeo, quod &  
æqualitas uestra &c. Plaut. in Most. Hæc qui gau-  
dent, gaudeāt perpetuò suo semper bono. Cælius Cic.  
nono epist. In Theatrū Curionis Hortensius introijt,  
puto ut suum gaudium gaudeamus. Terenti. in And.  
Hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia.

Graur in accusatiuum. Suet. in Aug. Ampla & Graur.  
operosa prætoria grauabatur. In ablatiuū. Ver. Plu-  
uia cum forte grauantur. Ser. Graur, grauiter fero  
Habito in ablatiuū cū, in. Ter. In hac habitasse pla-  
tea dictum est Chrysidis patrem. In ablatiuum. Verg.  
Habitaēt uallibus imis. Prop. Et ipse Straminea pos-  
set, dux habitare casa. Verg. Lucis habitamus opacis.  
In accusatiuum. Idem, Habitarunt dij quoq; syluas.

Incido in æs & ære. Liuius tertio ab urbe cond.  
Leges in æs incisas in publico proposuerunt. Cicero  
in Verr. Incisum in ære uobis tradiderunt. Cæc. Pli-  
nius in Panegy. Incidenda in ære consuluistis. Fre-  
quentior est tamen accusatiui usus.

Incesit in datiuum. Vergil. Georg. Regibus incesit  
magno discordia motu. Liu. Grauior cura patribus  
incesit. Val. Max. Nec mihi cuncta complectendi cu-  
pido incesit. Et in accusatiuū. Liuius, Magnus plebem  
uictus incesit. Idem, Timor deinde patres incesit.  
Curtius,



Curtius, Non mediocris omnium animos formido in-  
cesserat. Et cum, in præpositione. Terent. Vnde noua  
nunc religio in te isthæc incesit, cedo?

**Illudo:** Illudo in datiuũ. Verg. Certantq; illudere capto. In  
accusatiuũ. Idem alibi. Verbis uirtutẽ illude superbis.

**Insulto:** Insulto in accusatiuum. Sallustius, Multos á pueri-  
tia bonos insultauerat. In datiuum, Suctonius in Ce-  
sar. Ex eo insultaturum omnium capitibus. Et abso-  
lute. Vergilius, Cernis ut insultent Rutuli: id est, per  
cauillationem irrideant, ut Seruius interpretatur.

**Inuado:** Inuado in datiuũ. Varr. Tanta porrò inuasit cupi-  
ditas bonorum plerisq;. Et accusatiuo. Sall. Iugurth.  
Milites Iugurthini, signo dato, castra hostium inuadunt. Verg. Inuadunt urbem somno uinog; sepultam.  
Etiam cum præpositione, in. Cic. Non potui magis  
in arcem illius cause inuadere. Idẽ, Accusant hi, qui  
fortunas huius inuaserunt. Sall. Catil. Tanta uis auar-  
ritie in animos eorum, ueluti tabes, inuaserat.

**Inuideo:** Inuideo in genitiuum. Plaut. in Mostel. Qui inui-  
dent, ne unquam eorum quisquam inuideat prorsus  
commodi. In accusatiuum & datiuum. Vergil. Liber  
pampineas inuidit collibus uuas. Cic. Optimam nobis  
naturam inuidisse uideantur. Plin. Neq; ut multi inui-  
deo alijs bonum, quo ipse carco. In ablatiuum. Luc.  
Inuidet igne rogi miseris. In ablatiuum cum, in. Cic.  
pro Luc. Flac. Purpureã tyriam, in qua tibi inuideo.  
Huius etiam passiuum legitur. Plin. Nonne, si inuide-  
ris, maior es eo qui inuidet: Horat. Ego cur acquire-  
re pauca Si possum, inuideor? Impleo

Impleo in genitiuū. Liu. Adolescentem suā temerim Implico  
 tatis impleuit. Vergil. Impleuntur ueteris bacchi pin-  
 guisq; ferinae. In ablatiuū. Idem, Impleuitq; mero pa-  
 terā. Luc. Impleuntur ualido tyrone cohortes. In abla-  
 tiuum cum, de. Mart. Hos nisi de flaua loculos imple-  
 re moneta, Non decet, argentum uilia ligna ferant.

Interdico cum datiuo & ablatiuo. Sueton. August.  
 Alteri ob ingratum & maleuolum animum domo & Interdico  
 prouincijs interdixit. Et passiuē. Cic. in Caton. Malē  
 rem gerentibus, patrijs bonis interdici solet. Cecil.  
 Plin. Prisco in biennium Italia interdictum. Et abla-  
 tiuo sine datiuo: ut, Interdicunt aqua & igne. Et da-  
 tiuo sine ablatiuo. Cicer. ad pontifices pro domo sua,  
 Veluti iubeatis, ut M. Tullio aqua & ignis interdica-  
 tur. Suet. Claud. Hi quibus magistratus iterdicerētur.  
 Actiuū uerò, & accusatiuo cū datiuo. Suet. Domit.  
 Iterdixit histrionibus scenam. Liu. 34, Foeminis dun-  
 taxat usum purpuræ interdicens. Iustin. Cui paulō  
 ante omnem humanam opem interdixerant. Ouidius,  
 Cui quondam regia coniunx orbem interdixit. Item  
 accusatiuo cum ablatiuo. Cesar de bello Gall. Omni  
 Gallia Romanos interdixisset. Et datiuo soli. Cic. in  
 Verr, Pater improbus, cui nemo iterdicere posset. Sed  
 hic pro obistere uel obstare ponitur.

Impertio & impertior in accusatiuū et ablatiuum. Impertio  
 Terent. Adelph. Sed cesso heram his malis impertiri?  
 Idē Eunuch. Plurima salute suū summum Parmenonē  
 impertit Gnato. Et accusatiuo cū datiuo. Cic. Huic rei



aliquid temporis impertias. Item datiuo cum ablatiuo  
 & de. Cic. Offic. Sæpe idoneis hominibus & indigen-  
 tibus de re familiari impertiendum est.

**Iubeo:** Iubeo accusatiuo. Terent. Heaut. Imò filium potius  
 iube. Plaut. Si respexeris donec ego te iussero. Et ab-  
 solutè, ut populus iussit, pro decreuit. In hoc tamen  
 aliquid subaudiri uidetur. Et infinito. Verg. Infandū  
 regima iubes renouare dolorē. Et datiuo. Macrobius  
 Saturnal. Sacrorū custodibus iussit ne mulierem inter  
 esse permitterent.

**Loquor.** Loquor datiuo & accusatiuo. Ouid. Nec dubites il-  
 li uerba secunda loqui. Accusatiuo et ablatiuo inter-  
 cedente. cum. Idem, Et modò cum chara coniuge mul-  
 ta loquor. Et ablatiuo per se. Suet. Claud. Etiam he-  
 roicis loquutus est uersibus. Et altero accusatiuo cum  
 præpositione ad. Plautus Merca. Decide caput, si fal-  
 sum ad te loquor.

**Ludo:** Ludo in accusatiuum. Suet. Cæsar. Troiam lusit tur-  
 ba duplex maiorum minorumq; puerorum. Idem Au-  
 gust. Aliquando ut uincat, ludit a siduè aleā. In abla-  
 tiuū. Idem, Vel talis, uel par impar ludere. Idē Clau:  
 Alea studiosissimè lusit. Plautus in Mostell. Scis sole-  
 re illac etate tali ludo ludere.

**Miror.** Miror in accusatiuum. Verg. Miratur portas Ae-  
 neas. In genitiuum. Idem, Iustitiæ ne prius mirer, bel-  
 li ne laborum?

**Misceo** Misceo datiuo. Luca. 6. Turbæ sed mixtus inerti. Et  
 ablatiuo interposito, cum Columella, Nonnulli pellem  
 serpentis

serpentis obrutã cum uino miscent. Et interposito, in. Verg. Crassumq; cruorem, mixtosq; in sanguine dentes. Et sine præpositione. Ouid. Quæ sanguine mixta recenti Coxerat ære cauo.

Moderor in accusatiuum. Sueton. in Augusto, Nec successum uictoriæ moderatus est. In datiuum. Salust. in Catil. Fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Cicero pro Cælio, Quod & pudor tuus moderatur orationi meæ. Lucilius, Syderibus quæ sola fuga moderatur olympi.

Misereor in genitiuum. Verg. Nil nostri misereor mori me deniq; cogis. In datiuum rarissime. Cicero in Tusculan. Perge, aude, nate, illachryma, patris pestibus misereor.

Nitor in ablatiuum. Verg. Ille uides pura iuuenem qui nimitur hasta. In accusatiuum cum ad. Quintilian. Altius tamen ibunt, qui ad summa nitentur.

Obluiscor accusatiuo. Cicero ad Att. Suauissimam habui recordationem clarissimi iurisiurandi, quod ego non eram oblitus. Verg. Hinc iam obliuiscere Graios. Cic. Atti. Quod laudas, quia obliuisci me scripsi antefacta & dicta nostri amici, ego uero ita facio. In genitiuum. Verg. Oblitusq; sui est Ithacus.

Obtrecto in datiuum. Suet. in Ti. Germanico usq; adeo obtrectauit. Cic. pro lege Man. Qui huic obtrectat legi. In accusatiuum. Val. Max. lib. 7, Quod studium et inutile sit eas obtrectare uires, quas ipse foueris.

Occumbo in datiuum. Verg. Seu certa occumbere morti



morti. In accusatiuum. Sueton. in Augusto, Voluntariam occubisset necem.

Oleo. Oleo in accusatiuum. Cicero in Antonium. Vinum redolentibus. Plautus in Mostell. Metuo ne oleant aragantum manus. In ablatiuū. Ouidius, Per lucos sacros et olētia sulphure fertur. Vergil. Redolentq; thymo fragrantia mella.

Palpo & palpor:

Palpo & palpor in accusatiuū. Iuuenal. Quem nunc nere palpat Charus. In datiuum. Plau. in Amph. Obseruatote quam blandē mulieri palpabitur.

Pertæsus.

Pertæsus in genitiuum, Macrobius, Pertæsus necessitatis. Vergilius, Si non pertæsum thalami tædæq; fuisset. In accusatiuum: Suet. in August. Pertæsus, ut scribit, morum peruersitatem eius. Et in Cesare, Quasi pertæsus ignauiam suam.

Potior.

Potior genitiuo. Cice. Illius regni potiri. Salustius Iugur. Priusquam legatos conueniret, Atherbalis potiretur. Idem Romani signorum & armatorum potiti sunt. Ablatiuo. Verg. Egressi optata Troes potiuntur arena. Ouidius, Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille. Accusatiuo, sed antiquē, Hic potitur gaudia.

Præire.

Præire in datiuū. Cic. pro Mil. Incitati sūt, ut vobis uoce præirēt. Quintilian. Doctores non posse semper præire singulis legentibus. In accusatiuū. Li. Agedum pontifex publicus populi Romani præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam.

Præstolor.

Præstolor in accusatiuū. Teren. in Eunuch. Quem præstolare Parmeno? Plaut in Cass. Te ecastor præstolabor.

*Stolabor.* In datiuum Cicero libro I Inuest. Qui tibi ad forum Aurelium prestolarentur.

*Recordor in accusatiuum.* Cic. in Philip. Recordare Recordor: igitur diem, M. Antoni, illum, quo dictaturam sustulisti. In ablatiuum cum, de. Idem pro Planc. Quin istis uestris lachrymis de illis recordor, quas pro me sepe et multum profudistis.

*Refertio genitiuo.* Cic. Referto praedonū mari. Et ablatiuo cum, de. Idem, De nugis referti libri. Refertio

*Saturo in genitiuū.* Plautus in Stic. Haec res uite me soror saturant. Et ablatiuū. Varro de re Rustic. Dū agnoscant matrem agni, et pabulo se saturant. Saturo

*Subeo in datiuū.* Verg. Iamq; propinquabāt tectis, muroq; subibant. In accusatiuum. Idem, Haec inquit, li mina uictor Alcides subijt. In accusatiuū cum, ad. Ad tecta subibant pauperis Euandri. Subeo

*Satisfacio in datiuum et accusatiuum, ut Satisfaciet tibi haec.* Et accusatiuo per se. Cato de re Rustic. Quin pecuniam satisfaceret. In datiuū quoq; et ablatiuum cum, de. Seneca, Lachrymas sollicita mater abstergit, cui de paedagogo satisfactum est. Satisfacio

*Vtor hac re et hanc rem.* Cic. Praeposteris utimur consilijs. Terentius, Mea bona utantur. Vtor

*Ulciscor accusatiuo.* Cic. Sed illum ulciscuntur mores sui. Terentius, Ut te ulciscar scelus. Ulciscor.

In secundo genere ex multis

haec annotauimus.

*Ausculto pro obtēpero datiuo.* Ter. Pamphilum ne Ausculto.



adiutem, an auscultem seni? Et datiuo uel accusatiuo pro audio, ut idem, Ausculta pauca.

Accedo,

Accedo pro aduenio uel adeo, accusatiuo cū præpositione. Terentius, Accedo ad pedissequas. Et sine præpositione. Vergilius, Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonātes Acceſtis scopulos. Pro addor uel adiungor, datiuo uel accusatiuo cum præpositione, ad. Ouid. Postquam solitas acceſsit ad iras ira recens, Aliquando datiuo & ablatiuo cū præpositione, à uel ab Liuius, Hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Animaduerto.

Pro Assentior, datiuo tantū. Fab. Nec Celso accedo. Animaduerto pro obseruo uel aduerto, in accusatiuū. Cato de re Rustic. Vicini quo pacto niteant, id animaduerrito. Pro punio, accusatiuo cum, in. Suet. in August. Perusia capta, in plurimos animaduertit.

Caueo:

Caueo pro provideo, datiuo. Cicero ad Appium. Melius enim ei cauere uolo, quàm ipse alijs solet. Et accusatiuo, pro uito, declino. Sueton. in Galba, Caue-ret periculum. Ablatiuo cum præpositione, pro defendere, uel munire se. Idem in Caligul. Vt à Castio caueret. Ablatiuo cū, de, pro meminit ad cautionem. Idem in August. Quum de numero & de conditione ac differentia eorū, qui manumitterentur, curiose cauisset. Et in Tiberio, Quod nihil de ijs Augustus testamento cauisset.

Cedo:

Cedo pro discedo, ablatiuo: ut Cede bonis: & Cede iure. Et datiuo cum ablatiuo, ut Cedo tibi bonis. Hic ablatiuus in accusatiuum uerti potest, ut Vergil. Ceda-

dat ius proprium regi. Pap. Hortantur ceduntq; locum. Sed tum pro concedo ponitur. Item pro discedo uel abeo, ablatiuo cum, ex. Lucilius, Quādoq; pudor ex pectore cessit. Pro contingit, tantum datiuo. Verg. Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno. Item pro dare locum uel parere. Verg. Cedo deo. Pro loco alicuius esse, ablatiuo cum, pro. Colum. 12, Nam pro pulmentario cedit sicuti ficus. Diuersum omnino ab hoc uerbum est quod pro Dic, uel Da legitur, ut Ter. Cedo, cuium puerum hic apposuit; et, Quin tu mihi argentiū cedo? Non dissimile est & illud eiusdem in Heaut. Dum nos sermones cedimus, illæ sunt relictæ.

Consulo te illud et de illo, pro peto consiliū. Plaut. Consulo: in Menech. Ibo & consulam hanc rem amicos, quid facienāū censeant. Luc. in octauo, Rectoremq; nauis de cunctis consulit astris. Consulo huic rei, pro prouideo, uel prospicio. Idē in 4. Consulite externis angusto in tempore rebus. Consulo in te isthuc, pro statuo uel instituo. Terentius, Pesimè isthuc in te atque in illū consulis. Consulo boni, pro in bonā partē accipio.

Plin. Querebat argentū auaritia, boni consuluit interrim inuenisse miniū, rubētisq; terræ excogitauit usum Conduco: Conduco hoc, pro eo quod est, pretio ad tempus accipio. Iuuen. Conducunt foricas. Conducit huic uel in hoc, pro utile esse. Cic. ad Lent. In reipub. rationibus putem conducere. Plaut. in Cap. Ut potissimum quod in rem rectē conducatur tuam, id petam.

Contingere tibi, uel in te, pro accidere. Ver. Quis Contingere: q 5 ante



250 DE EMEND. STRVCT.

ante ora patrum Troia sub moenibus altis Contigit oppetere. Cic. Atq; in magnis animis ingenijsq; id plerūq; contingit. Contingere hoc, pro tangere. Vergil. Funemq; manu contingere gaudent.

**Conuenit:** Cōuenit, pro conueniens uel aptū est, datiuo. Ouid. Conuenit illa tibi, conuenit illa mihi. Datiuo & accusatiuo cum, inter, pro conuenientia uel concordia est, ut Iuuen. Sauiis inter se conuenit ursis. Et datiuo cum ablatiuo præposita præpositione, cū, ferè eodem significato, pro consentiens est. Ter. Adelph. Hæc fratri mecum non conueniunt. Et ablatiuo cum præpositione, de. Quint. Quanquam de hoc parum conuenit.

**Deficit.** Deficit tibi, pro deest. Vergil. Quam iam glandes atque arbuta sacrae Deficerent syluæ. Deficit te aliquid, pro destituit. Cic. pro Roscio, Tempus te citius quam oratio deficeret. Et passiue. Columella, Quibus si deficitur agricola.

**Deficio.** Deficio à te, ad hunc, pro eo quod est, à partibus tuis discedo. Suet. Prius à Galba ad senatū defecerat.

**Differt.** Differt pro disidet, uel aliud est, ablatiuo cū præpositione, ab, cuius passim sunt exempla. Et datiuo. Hor.

**Euado:** Nisi quod pede certo Differt sermoni sermo uerus. Euado hūc & ex hoc, pro effugio. Suet. in Tiber. Carmilius me euasit. Cic. pro Sylla, Cuius ex insidijs euaseris. Euado gradus uel ad gradus, pro ascendo. Verg. Si fata gratus euaserat altos. Idē alibi, Euado ad summi fastigia templi.

**Impono:** Impono tibi, et in te aliquid, pro superpono uel do. Verg.

Vergil. Vidit thuricremis cum dona imponeret aris.  
Idem, Finemq; imponere curis, Plaut. in Bacch. In te  
ergo hoc onus omne impono Lyde. Impono huic no-  
mer. Tacitus. Ut de generi Pseudophilippi nomen im-  
positum. Impono tibi pro decipio. Quintilianus, Spes  
tibi perpetuæ laudis imposuit.

Incumbo, pro inhæreo et inmitor, datiuo. Vergilius  
Incumbens tereti Damon sic coepit oliuæ. Idem, Vali- Incumbo  
dis Incumbite remis. Non autem in remos uel ad re-  
mos, autore Valla. Et pro obnixè operam do, uel im-  
pense me comparo, accusatiuo cum, ad. Cic. Mi Plan-  
ce incumbite toto pectore ad laudem, Idem, Ad illud bel-  
lum incumbite. Idem, Quare incumbamus, ô noster Ti-  
te, ad illa præclara studia. Accusatiuo cū, in, non mul-  
tum diuerso significato à iam dicto. Cicer. Ut in rem  
publicam omni cogitatione curaq; incumberes. Item,  
Incumbite per deos immortales in eam curam & cogi-  
tationem, quæ tibi laudem et dignitatem afferat. Idē,  
Pergite adolecentes, et in hæc studia in quibus estis,  
incumbite. Et in malā partem. Idem Marco Catoni, In-  
cumbite in eius pernicem, Item accusatiuo cū, in, pro-  
uolētèr incidere uel irruere. Quintil. Magna uis uen-  
ti in mare incubuit. Et datiuo, Verg. Incubuerunt mari  
Eidem casui iūgitur & pro superiaceo. Vergil. Incu-  
bitq; thoro, dixitq; nouissima uerba.

Interest pro in re est, uel utile est, genitiuo rei anima  
te, ut Cic. Interest omniū recte agere. Idem ad Curio. Interest  
Quod nostra aut ipsorū interesset. Plin. Nec interest  
hominum,



hominum, nec capit humane coniectura mentis. Et genitiuo mensuræ uel pretij. Cic. Per magni interest, quo tēpore hæc epistola tibi reddita sit. Accusatiuo cū, ad Idem ad Lucium, Equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse, sed ad properationem meam interest, non te expectare dum ad locum uenias. Et absolūtè. Plin. Seri etiam radices illitas fimo interest. Interest uerò ab inter & sum, quum præsens esse significat, datiuo. Cicero Bruto, Qui nostro sermone interfuit. Et ablatiuo cū præpositione in, Idem ad Planc. Si quid erit, in quo me interesse necesse sit, nunquam de ero. Et accusatiuo cum præpositione. Cicero Rhetor. Si quo die Romæ ista cædes facta est, ego Athenis eodie fui, interesse in cædem nõ potui. Et pro interponi, absolūtè. Liuius, Id morari uictoriã rati, quod interest esset annis. Præterea pro differentia est, accusatiuo cum, inter. Cicero, Inter hominem et belluam hoc maxime interest. Aliquando sine, inter. Seneca, Nihil interest hos et illa: nisi diuisim legas. Itē pro differt, datiuo. Tere. Stulto intelligens quid interest? Et cū ablatiuo, Idem, Hoc dominus ac pater interest. Et cū genitiuo, Ci. At. Quoniã  $\nu\epsilon\mu\epsilon\sigma\acute{\alpha}\pi$  interest  $\tau\delta$   $\phi\theta\omicron\nu\epsilon\pi\mu$ .

**Laboro:**

Laboro de ijs, pro sollicitus uel anxius sum, uel curo. Cicero pro Deiot. Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis uiris. Laboro ex hoc, pro æger sū. Idem ad Papyr. Petum, Quod ex pedibus laborares. Teren. Laborat è dolore.

**Maneo:**

Maneo ablatiuo. Verg. Tu modò promissis maneat, seruataq;

seruatq; serues Troia fidem. Et datiuo. Idem, Parce metu, Chytherea manet immota tuorum Fata tibi. Et accusatiuo. Idē, Maneat nostros ea cura nepotes. Tib. At te pœna manet, nisi desinis esse superba.

Metuo te et à te, pro timeo, Teren. Hei mihi metui à Chryside. Idē, Metuebant omnes iā me. Metuo tibi, id est, incōmodū uel utilitatē tuā, uel sollicitus sum de te.

Metuos

Opus esse, pro carere uel indigere, ablatiuo & datiuo. Cic. in epistol. Autoritate tua nobis opus est. Itē ablatiuo & accusatiuo cum præpositione, ad, datiuui loco. Terent. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem,

Opus esse

quam paro. Et ablatiuo tātum. Idem, Quid uerbis opus est: Et datiuo cum ablatiuo sub præpositione, in, si locus rectē est scriptus. Cicer. Si qua in re opus ei fuerit, iuueris. Aliquando pro, necessarius accipitur, & post uerbū intelligitur, alio nominatiuo uel accusatiuo numerum uerbo conferente. Cicero, Dux nobis & author opus est. Terentius, Alia quæ opus sunt, comparet. Cicero ad Terētiā, Si quid opus erit, si quid acciderit noui, facies ut sciam. Liuius, Ad comparanda ea quæ opus erant. Cic. ad Att. Video mihi opus esse uiaticum. Idem, Dices nummos mihi opus esse ad apparatū triumphī. Potestq; altera ratio mutari in alterā, sic, Dices mihi opus esse nūmis: &, Video opus esse uiatico: et, Ad hāc rē nihil opus est ars.

Parco pro remitto, cōdono, uel ignosco datiuo. Ver gil. Parcere subiectis, & debellare superbos, Item pro abstinco. Suet. in Tiber. Neq; tormētis, neq; supplicio cuiusquam

Parco:



cuiusquam pepercit. Ver. Parce metu Cytherea. Pro seruo autem, accusatiuo et datiuo. Ver. Argenti atque auri memoras, quæ multa talenta Gnatis parce tuis.

Pepigi:

Pepigi tibi et tecum, pro pactum feci, uel pacto promisi. Suet. in Cæs. Et competitoribus non alios adiuuare aut ad honorē pati peruenire, quam qui sibi pepigissent propugnaturus absentiam suam. Idem in eodē, Cū aduersarijs aut pepigit, ut dimissis octo legionibus, etc.

Pergo:

Pergo accusatiuo. Cic. ad Att. Sed pergo præterita pro prætereo. Et infinito. Terent. Tu tamen idem has nuptias perge facere, ita ut facis.

Præstat:

Præstat cæteris & cæteros, pro præualet. Cic. de Oratore, Multum cæteris hominibus omnium gentium præstiterunt. Quintilia. Præstat tamen ingenio alium alium. Et pro melius est, absolute. Ver. Sed motos præstat componere fluctus. Præsto me talem, pro exhibeo uel præbeo. Cic. Lent. Sed præsta te eum qui mihi à te neris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus. Præsto hæc, pro cōfero. Cæcil. Plin. Plura hic præstitit, quam parentes. Et præsto uitium, pro eo quod est, prohibere ne cui ex uitio rei acceptæ fiat damnum. Et absolute, pro cauere et prohiberi, ut Cic. in Tusc. Quū id quod ab homine potuerit præstari, euenerit.

Recipio:

Recipio me ad urbem, uel ad meos uel in castra, uel proximo castello, alibi pro fero, alibi pro colloco. Hieronimus de bello Alexand. Victor se Brundisium in columbia exercitu et classe recepit. Idem de bello Hispan. Et ad Cordubam se recepit. Et ibidem, Proximo se recepit castello.

castello. Idē de bello Afric. Se ad suos recepit. Et ibi-  
dem, Se recepit in castra. Aliter uerò constructur, cūm  
uel promittere, uel quasi cum fideiussione promitte-  
re significat. Cicero ad Crassum, Quae tibi promitto,  
ac recipio sanctissime esse obseruaturum. Et ad Brut.  
In ea causa exponenda satis etiam de probitate dixi,  
sed tamen separatim ex me recipio fore cum tibi &  
uoluptati & usui.

Renuncio datiuo & accusatiuo, pro aperte nuncio  
& ostendo. Terentius, Quasi non tibi renunciata sint  
haec sic fore. Et accusatiuo per se, pro declaro. Cicero  
pro lege Manil. Nā quā propter dilationē comitiorū  
ter prator primus centurijs cūctis renūciatus sum. Et  
datiuo per se, pro recuso uel renuo, ut Renuncio liti.

Renuncio:

Respondere pro dicere quod rogatur, & pro con-  
sentire & parem esse, datiuo uel accusatiuo cum, ad.  
Terentius, iam tu hoc responde mihi. Cæcil. Plinius,  
Quum ad eos breuissime respondissem. Plin. nat. hist.  
Structuram ad normam & libellum & ad perpendi-  
culum respondere. Vergilius, Dictis respōdent cætera  
matris. Cicero Tuscul. Nec tamen si quid magnis in-  
genijs in eo genere extiterunt, græcorū gloriæ respō-  
derunt. Vergilius, Illa seges demum uotis respondet  
anari Agricola. Aliter quoq; et absolute. Ver. Con-  
trā elata mari respondet Gnosia tellus, pro offert uel  
ostendit se, uel obijcitur.

Respondere

Sapio et absolute legitur, quasi sapiēs uel intelligēs  
sum. Martialis, Nubere uis Prisco, non miror Galba  
sapisti.

Sapio:



**Alias ratio nem.** *sapisti. Et transitivè pro intelligo. Plautus in Pseud. Ego meam rem sapio. Aliter quoq; ut in talibus, Sapit mel, Sapit demorsos ungues, pro saporem habet, uel repræsentat.*

**Sufficio.** *Sufficio pro satis sum datiuo. Verg. Nec sufficit unbo ictibus. Lucanus. Suffecitq; omnibus unda. Et modo infinito. Vergilius, Nec nos obniti contrâ, nec tendere tantum Sufficimus. Idem accusatiuo cum præpositione. Quintilianus, Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat. Pro subministro, datiuo et accusatiuo. Vergil. Ipse pater Danaïs animos uiresq; secundas Sufficit, atq; deos in Dardana suscitât arma. Idè, Ipsa satis tellus cû dente recluditur unco, Sufficit humorè. Pro substituo uerò, accusatiuo dütaxat. Ver. in Georg. Atq; aliã ex alia generando suffice prolem*

**Supereffe.** *Supereffe pro reliquum esse uel restare datiuo. Ennius, Inde sibi memorat unum supereffe laborem. Aliter quoq; ut Plaut. Asinar. Sicut tuum uis unicum natû supereffe uitæ sospitem atq; superstite. Et pro uincere. Verg. Ferrea quæ blando nequeant supereffe labori. Et pro adesse, ut ego illi supersum. Pro abunde esse uel abudare, absolutè. Verg. Auxilio urbes Itale populiq; supersunt. Nã datiuus ille, auxilio, alterius est rationis, & multorum uerborum cõmunis, ut Sum auxilio. Venit auxilio. Et pro durare. Verg. Primus ego in patriam, mecum modo uita supersit.*

**Sto:** *Sto ablatiuo. Vergil. Omnis spes Danaum & cepti fiducia belli, Palladis auxilijs semper stetit. Item cum per.*

per, pro impedimento esse. Cæsar Commem. Vbi cognouit per Affraniū stare, quo minus prælio dimicaretur. Liuius de urbe condit. Per duces non per milites stetiſſe, ne uincerent.

Studeo.

Studeo pro do operam & fauco, datiuo. Quintil. Abdicatus medicinæ studuit. Ouid. Cui studeat, deus omnis habet. Itē ablatiuo cum, in Gell. Si quis in ea re studebat. Item accusatiuo cum, in Quint. Poëtæ, ut pictores, in id solum student, ut describere fabulas mensuris ac lineis sciant. Pro cupio, uolo, uel affecto, accusatiuo, Ter. Vt omnes mulieres æquæ studeant, ac uelint omnia. Cic. Phil. Vnū sentitis, unū omnes studetis Ter. Horū ille nihil egregiè præter cætera studebat.

Timeo.

Timeo hunc, ut inimicum. Vergilius, Timeo Danaos & dona ferentes. Timeo tibi, ut amico. Terent. Syre tibi male timui. Timeo de te utroq; modo. Cic. ad Treb. Valde me hercle de te timueram. Luc. De superis ingrate times.

Tollo.

Tollo sustuli, pro aufero & accipio & nutrio, in accusatiuum, ut sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Hor. Quum fueret, lutulentus erat, quod tollerelles. Ter. Quicquid peperisset, decreuerunt tollere. Pro aufero uero, & in ablatiuum cum, de. Cic. in Lelio, Solem enim de mundo tollere uidentur, qui amicitiam è uita tollunt. Pro suscipio uel accipio, in ablatiuum cum, ex, ut Suet. Deceſitq; Pyrgis, morbo aque intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanici genito.



Vaco:

Vaco in hoc & ad hoc, pro do operam, uel potius ocium habeo. Ouid. de Ponto, In nullū mea gens grande uacabat opus. Et in eodē, Corporis ad cultū uix uacat illa sui. Sen. in primo epist. Nō uaco ad istas ineptias. Vaco culpa, et à culpa, pro uacuus sum. Cic. Nullū est tempus, quod iustitia uacare debet. Seneca epistola 98. Nulla etas uacuit à culpa. Etiā absolutē pro uacuus sum. Caesar in Commentarijs, Id ea maxime ratione fecit, quod noluit cum locum, unde Heluetū discesserant, uacare. Et sine ullo nominatiuo pro ocium est, ut Iuuenalis, Si uacat & placidi rationem admittitis ædam. Sic & infinito iungitur. Vergilius, Et uacat annales nostrorum audire laborum.

Valeo:

Valeo uiribus, pro potens sum. Cicer. Alios uideamus uelocitate ad cursū, alios uiribus ad luctandum ualere. Valet tanti, uel minimo, precium significat. Paulus, Sed æstimandum fundum quanti ualet. Ulpian. Quasi minimo ualere hereditas. Varro tamen in pretij significatione accusatiuo iunxit, dicens, Denarij, quod denos æris ualebant. Quinarij, quod quinque nos. Sæpe etiam per Metalepsin uerba constructionem mutant, ut Verg. Nam me decedere fleuit, pro doluit, est enim natura absolutum. Et per Enallagen appellatiui pro adiectiuo, ut si dicas, Da te mihi uirū præstate mihi uirum, pro eo quod est fortem. Non enim accipiunt hæc duplicem accusatiuum natura.

RELI=

LATINI SERM. LIB. III 259  
RELIQVORVM AB INDICATI-

no modorum & participiorum, ac  
participialium constructio.

Indicatiui transitionē, reliqui etiam uerbi modi sibi uendicant. Itē quæ participia propriè dicta, & participialia uerba, siue gerūdi modus, quæ etiam participijs annumeramus. Itaq; si quædam participia pro uerborum constructione confirmanda aliquando citauimus, nihil sit miri. Ceterum participia utranq; sibi constructionē defendunt, Tautoprosopicen, siue Ametabaton, ut Mecœnas atauis ædite regibus. Et res auidita mihi, nō credita. Et metabaticen, Amās uirtutem. Superaturus hostē. Auditus & audiendus à me & mihi, Paratus decernere, Volens abire, Vadens uisum.

Est participijs alia quoq; intransitiua constructio adeò propria, ut nisi ipso posito uel subaudto, constare nō possit, nempe ablatiui consequentiæ, quod nomen ex eo uidetur sortitus, quod semper intransitiuā primam, quæ tamē si ex nominatiuo et uerbo finito, sibi reddi postulat: hoc præterea obseruato, ut eiusmodi nominatiuus diuersæ omnino rei sit, q̄ cuius est ablatiuus, nisi Græco more loquere, ut alibi dicitur. Et participio quidē posito, ut Henrico octauo Anglos regente hæc scripsimus. Subaudito uero, ut Henrico rege, hæc prodidi. Aliquādo solū participiū in consequentiæ ablatiuo legitur, sed in præterito et neutro genere. Plin. De satu arborū abūde monstrato. Idem alibi, Cerebro ueneficium esse Hispania credunt, occisorum



in spectaculis capita cremant, testato, quoniam potius  
 in ursinam rabiem agat. Quinti. Excepto, quod pedes  
 mihi trisyllabos non uidetur excedere. Sal. Audito re-  
 gem in Ciliciã tēdere. Quanquã in his posterioribus  
 exemplis, sensus qui participia sequuntur, nominũ ui-  
 cem supplere uidetur. Obseruat Laur. Presentis par-  
 ticipiũ sub hoc casu per e, quam per i, potius esse pro-  
 ferendum. Soluitur hic ablatiuus uarijs modis, per cũ  
 ut Iuuenalis. Animante tuba, galeatũ sero duelli Pœni-  
 tet: pro cum animat tuba. Per dum, ut Iuuenal. Ad cœ-  
 nam si intestatus eas, adeo tot fata, quot illa Noctẽ pa-  
 tent uigiles te prætereũte fenestræ: pro dum præteris.  
 Aliquando per si, ut Iust. Sperans ut, aut cõcordante  
 ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur, ut discordia  
 inter ordines facta ab altera parte in auxiliũ uocare-  
 tur: pro si concordaret, & si facta esset, & Ouid. Pro-  
 ximus ad dominam, nullo prohibente sedeto.

Modo per quanquã uel quamuis. Plin. de uiris illis-  
 tribus, Lex, resistente Appio Claudio, tamen lata est:  
 pro quamuis resisteret. Cic. pro Milone, Qui nondum  
 libera ciuitate, tamen populi Romani comitijs libera-  
 tus est: pro quamuis non dum libera esset ciuitas.

Modo per postquã, uel cum pro postquã, præcipue  
 in præterito, ut Cic. ad At. Etsi mihi uidetur iste qui  
 umbras timet ad cædem spectare, tamen, nisi explica-  
 ta solutione, non sum discessurus: pro postquã expli-  
 cuero. Et Plin. Etenim prædicta ratione uentorum, ne  
 sæpius eadẽ dicatur, transire cõuenit ad reliqua tẽ-  
 pestatum

pestatū præsagia, id est, postq̄ prædicta est. Oui. Nunc mihi naufragio qd̄ prodest dicere factō, Quæ mea de buerat currere cymba uia pro postq̄ factū est naufragiū. Quod autem ad participiorū metab. sin̄ attinet, sunt quedam præterita, quæ in accusatiuum feruntur, Exosus, perosus, pertæsus. Verg. Iuppiter omnipotens si non exosus ad unum Troianos. Suet. in Cæsare, Et quasi pertæsus ignauiam suam. Col. 10, Neq; ea cura = torem fraudulentum tantum, sed etiã immundã segnitiam perosa est. Suet. in Aug. Pertæsus, ut scribit, morum peruersitatē eius. Horum duo & cum datiuo leguntur, perosus & exosus. Suet. in Tiber. Deos obsecro, ut te nobis conseruent, ut ualere nunc & semper patientur, si non popul. Rom. perosi sunt. Gell. 2, Non omnes modo dijs exosus nos esse. Sunt rursus alia, quæ in ablatiuū sine præpositionibus his, a uel ex, Græco more transeunt. Ea sunt, Natus, prognatus, satus, cretus, creatus, ortus, Editus. Plin. 12, Restât terra edita. Tere. Bonam bonis prognatam. Verg. Sate sanguine diuum. Idem, Quo sanguine cretus. Ouidius Venus orta mari, mare præstet eunti.

Non est hoc loco prætereundum compendium quod affert orationi participium, cum duo, quorū alterum tempore præcedit, quæ alias per duo uerba & coniunctionē sunt dicenda, ipsum multo aptius, sine copulatiua interpretatur. Sal. Iug In primis Atherbalē cruciatū necat, pro eo quod cruciat & necat. Aliter etiã copulatiuæ uicem supplet, ut in ea figura, quam Lau.



notauit, Circundedimus castris fossam & uallum, ne uenientes hostes nos opprimāt, quod aptius est quam ut uulgus loquitur, Veniant, & opprimant.

Participialia uerba (quæ etiam gerundi modum et supina ueteribus appellari alibi diximus) quæcunq; à uerbis ducuntur non passiuis, seu malis, passiuâ significationem non habentibus, uerborum suorum constructiones (ut dictum est) seruant. Hoc illustrius, fiet ijs, quæ subijciuntur, exemplis. Genitiuus, qui post appellatiua & quædam adiectiua succedit, ut Ci. Equidem efferor studio patres uestros, quos colui & dilexi, uident. Idem, Hic dies attulit initium dicendi quæ uellem Verg. Et quæ tanta fuit Romæ tibi causa uidentis: Pli. Oues lauandi, hoc idem tempus. Huius participialis loco infinitus nonnunquam ponitur modus, ut Verg. Et iam tempus equum sumantia soluere colla. Idem, Stadium quibus arua tueri. Cæsar Com. Postero die consilium ceperunt ex oppido profugere.

Datiuus, ut Quin. Decl. Placeamus licet nobis fortuna nostra pater, pauperi soluendo non sumus. Idem, Maximi tamen uirorum, & quibus artis suæ soluendi non sit humanitas. Et sine transitione. Cic. Phil. Nec tu soluendo eras. Idem de Orat. Cum est inficiendo reus. Apul. Cum charite nubendo maturuisset. Dubitari potest in quid Laur. an hæc dandi casus sint, an auferendi. Ceterum passiuâ interpretatio per participium, declarat datiuus potius esse. Cor. Cel. Et transeundum ad medicamentum, quæ puri mouendo sunt. Et Liuius, Portorijis quoq;

et tributo plebe liberata, ut diuites conferrēt, qui one  
 ri ferendo essent. Plī. Telū uerò profodiēdo tergori,  
 quo spiculauit ingenio? Atq; ut in capaci, quū cerni nō  
 possit exilitas, ita reciproca generauit arte, ut fodien-  
 do acuminatū pariter, sorbendōq; fistulosum esset. Co-  
 lum. Mediastinus qualiscunq; status possit esse, dum  
 modo perpetiēdo labori sit idoneus. In his, Mouēdo,  
 ferendo, perfodiendo, et perpetiēdo, passiuā partici-  
 pia dādi casus sunt, simili plane figura cum prædictis  
 enunciata. Imò uerò illo soluendo & inficiendo nō mi-  
 nus fortasse passiuā sunt per duplicem eclipsim dicta,  
 sicut in figuris indicabimus, ut ex omnibus quæ dicta  
 sunt, fortè illud tantū Nubēdo participiale sit. Quod  
 etiā esse datiuī casus, uidetur ex illa non dissimili cō-  
 structione. Plin. Ita enim uocatur priusquā cibo matu-  
 ra sit. Quæ similiter (ut mihi uidetur) figurari potuis-  
 set, sic, Priusquam comedendo matura sit.

Accusatiui, cum præpositioni subiungitur, transitio  
 rara reperitur, propterea quod libētius id in passiuū  
 participium, præsertim ubi in accusatiuū foret tran-  
 situs, autores uertunt. Succedit hic casus 4 præposi-  
 tionibus, Ad, ut Cic. Hic autē locus ad agendum am-  
 plissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus. Inter, ut  
 Verg. Et inter agendū Occursare capro, cornu ferit  
 ille, caueto. Verum post hanc præpositionem, aliquan-  
 do participiale hoc transitū in aliud facit, propterea  
 quod in passiuum participium mutari raro solet. Liu.  
 Et ipse inter spoliādū corpus hostis, ueruto percussus.



Idē, Inter accipiendū de suis commodis rationes. Ob,  
 ut Cic. in primo Verrin. A quo pecuniā ob absoluen=  
 dū hoc acceperas iureconsul. 48. Dig. Lege Iulia re=  
 petundarum tenentur, qui quum aliquam potestatem  
 haberent, pecuniam ob iudicandum, uel non iudican=  
 dū decernendumue acceperint. Ante, ut Verg. Nanq;  
 ante domandum, Ingentes tollent animos.

Alterius generis in dum finiti duplex est transitio.  
 Altera in datiuum à quocunq; uerbo genus hoc sit de  
 ductum, ut Vigilandū est a nobis, seruiendū est mihi,  
 Gaudendū est illis. Altera uerbi, à quo ducitur pro=  
 pria, ut, Seruiendum est mihi amicis. Gaudendū est no=  
 bis hac re. Utendū est mihi hac ueste. Hāc transitionē  
 quæ ab actiuis trahitur, rarius admittunt. Sed mutat  
 potius eā autorū usus in participiū passiū, pro Alen=  
 dū est canes, Alēdi sunt canes, dicētes rarissime aliter

Ablatiuū in Do, uerbi sui casum subijcit ad hūc mo=  
 dum, Hos accusando, illos occidendo, totam ciuitatem  
 labefactasti. Hic multis præpositionibus subijcitur, In  
 ut. In denegando. Cic. pro Milone, Huius interfector  
 si esset in consitendo. Et cum transitione. In tribuendo  
 suū cuiq;. De, Cic. ad Att. Tu quid cogites de transe=  
 undo in Epirū, scire sane uelim. E, uel Ex, ut defenden=  
 do, quam ex accusando, uerior gloria comparatur:  
 A, uel Ab. Cicero, Ex quo ardescit siue amor siue a=  
 micitia, utrunq; enim dictum est ab amando. Et alibi,  
 In quo isti nos iureconsulti impediūt, à discendoq; de=  
 terrent. Cum, ut Quint. Sed ratio recte scribendi iun=  
 cta

Et cum loquendo est. Pro, ut Plaut. in Aul. Heu senex, pro uapulādo hercle ego abs te mercedem petā.

Item accusatiuus in Tum uel Sum, qui post uerba motus adhibetur, ut Verg. Aut Graijs seruitum matribus ibo. Terentius, Cur te is perditum? Vergil. Suspenſi Eurypilum ſcitatam oracula Phœbi Mittimus. In illis enim, Do uenum, Do nuptum filiam & ſimilibus, latens ſubest motus, ut Hor. Spectatum admiſiſi riſum teneatis amici? Plau. in Aul. Coctū ego, non uapulatum dudum conductus ſum. Hoc participiale & per participium in rus, nonnunquam græco more effertur, ut Venio periturus, Venio oraturus. Et per participiale in Dum, uenio ad orandum.

Ablatiuus autem in Tu uel Su actiuius, à quo ſcilicet futurum participium trahitur, raro alias in uſu, absolute tantum legitur, ut Cato in re Ruſtica, Prius cubitu reſurgat, poſtremus cubitum eat. Plautus, in Menech. Obſonatu redeo. Statius in Achil. Quem nunc uenatu rediturum in limine primo.

At quæ à paſſiuis participialia ducuntur, omnia (quod ſciam) absolute leguntur. Subiungitur autem, quod in Di finitur, nominibus. Iuſtinus, Quod ad te imperator Antonine non tam cognoscendi, quam emendandi cauſa tranſmiſi. Idem, Athenas quoq; erudiendi gratia miſſus, pro Vt emendaretur, ut erudiretur. Rarum tamen hoc alias inuentu, niſi illud Cicero. in officijs, eiſmodi eſt, Ad rem autem gerundam qui accedit, caueat ne id modo conſyderet quàm illa re;

Accuſatiui in tum uel ſum conſtructio.

Ablatiui in tu uel ſu conſtructio

Participialium paſſiuorum conſtructio:



honestā sit, sed etiā ut habeat efficiēdi facultatē. Vbi uidetur efficiendi passivē dictū, atq; ad rē gerendam referri, Pro ut efficiatur, uel effici possit. Quum si ad hominē referas, uidetur desiderari pronomen, ipse, & alias nisi Vt pro quemadmodum, accipiat, non cōmode succedet uerbo, considero. Iā quæ sub illa figura prolata sunt, qualis est Plau. Nominandi tibi istorū magis crit, q̄ edundi copia. Et Cic. Dolebas tantā Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatē dedisse. Et Cæsaris de bello Gall. Vsq; eo ut qui sub uale tenderent, mercatores recipiendi sui non haberent potestatem. Ter. Date crescēdi copiam nouarū. Liuius Nō uereor, ne quis hoc me uestri adhortādi causa magnifice loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Quis non uidet passivæ significationis gerundi et pro ueterū sententia incerti generis et numeri esse

Accusatiuus in dum, qui post adiectiua locum habet, & post præpositionem, Ad. usurpatur, etiam absolute legitur. Sallust. In Iugurth. Pauca supra repetam, quo ad cognoscendū, omnia illustria magis magisq; in aperto sint, pro Vt cognoscantur. Item ablatiuus in do, qui uerba sequi citra præpositionem solet, ut Verg. Alitur uitium, crescitque tegendo. Idem Aegrescitq; medendo. Idē, Vritq; uidendo Fœmina. Idem, Cantando rumpitur anguis. Idem, Lentescit habendo Quint. Sed memoria excolendo, sicut alia omnia augetur: pro Cum uel dum tegitur uitium, Cum curatur aeger, Cum uidetur fœmina, Cū cantatur, Cum habetur

habetur, Cum excolitur. Varro tamen de re Rustica, uidetur præpositionē addidisse in illo, Quam, paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiūt propter copiam lactis. Et Colum. Atq; ita cū suo cespite planta eruatur, qui cespes in eximendo ne soluatur.

Accusatiuus in Tum uel Sum, passiuē nō legitur, nisi fortasse aut à talibus uerbis, cuiusmodi est Vapulo, ut in supra posito Plauti exemplo, Coctum ego non napulatum dudum conductus sum. Aut ante infinitum iri, in talibus, quale est illud Teren. Qui postquam au dierat non datū iri uxorem filio. Et Quint. Reus par ricidij, quod fratrem occidisset, damnatū iri uidebatur.

At ablatiuus in Tu uel Su, ferē semper passiuē accipitur ac nomina sequitur, ut, Res digna memoratu. Verg. Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli. Sal. Optimum factu ratus fortunā bello tentare: pro, Quæ memoretur, qui uideatur, quod fiat. Et si recte scriptū est dictu affabilis, non dicto: pro, Qui conueniatur, siue affetur communi genere.

Participiale uero nomē, quod per Dus finitur, dati uum agentis personæ plerunq; postulat, ut, Frater est expectandus mihi. Et restat Chremes, qui mihi exorandus est. Raro ablatiuum cū præpositione, ut Cic. Neq; enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenij modorate fers, à te non ulciscenda sunt etiam, si non sint dolenda.

FINIS LIBRI IIII.

THOMÆ



DE EMEND STRVCT,  
THOMAE LINACRI

DE EMENDATA STRVCTV=  
ra, siue de non declinatarum constru=  
tione, Liber Quintus.



**N**EC indeclinabiles partes, ut  
cunq; fors tulit, in seriem ora=  
tionis dispensantur, sed earum  
quoq; nō paucis legitima que  
dam (quam Syncategorema=  
ticen appellauimus) debetur  
cum alijs constructio. Nam  
iun. ca. ys, que p̄ omiscue coniungi cum multis pos=  
sunt, quedam cum certis maritari recusant. Quæcūq;  
enim in sua significatione constructionis accidentium  
cuiusquam uim aliquam præferunt, declinatarum uo=  
cum, quibus eiusmodi accidentia uarijs uocibus signi=  
ficantur, eas duntaxat iungi sibi patiuntur, quibus ma=  
xime cōsimile aliquid adsignificatur, ut quibus si dis=  
similem addas, ea statim a simili sit redarguēda. Rur=  
sus que nullius eiusmodi accidentis uim aliquam in  
sua significatione subindicat, hæc nullius uocis societate  
tem, ea scilicet ratione recusant, sed omnibus iungi  
citra uitium possunt. Sed hæc quando generatim sic  
tradita, sicut omnia que in uniuersum sunt præcepta,  
confusiora, obscurioraq; sint necesse est, age membra=  
tim ea clarius explicemus. Heri, namq; & utinam ad  
uerbia sunt, quorum alterū, quod præteritum tempus  
sua

sua significatione definit, præteritis tantum uerborū  
 iungitur. Heri scripsi, alijs temporibus non iungitur,  
 Non enim heri scribo, aut scribam dicas. Alterū quo=  
 niam optantis est aduerbium, ac certam modi differen=  
 tiam suo significato representat, ex modis admittere  
 nisi optatiuum non potest. Utinam sis, utinam uelis.  
 Non autē utinam sum, aut uolo. Rursus hoc, quia nul=  
 lā tēporis differentiā sua significatione præscribit, ex  
 temporibus nullum respuit. Utinam uelim, uellem, uo=  
 luerim, uoluissem. Illud quum nullius quatuor saltem  
 modorum uim ullam subindicet, omnibus illis astrui  
 translaticie potest, Heri feci, utinā heri fecissem, quū  
 heri fecisē heri fecisē. Imperatiuos, propterea quod  
 diuersam ab ipso naturam omnino habent, addi sibi  
 nō patitur. Nemo enim heri lege, legatue dixerit. Spe=  
 ctant enim in futurum imperatiui omnes, quo factum  
 est, ut futurum his ex temporibus non detur, sicut ali=  
 bi docuimus. Vtrunq; horum aduerbiorum, quoniam  
 nullius numeri, personæ, generisue discrimen sua sig=  
 nificatione insinuat, omnibus iungi numeris & perso=  
 nis recte potest. Heri feci, fecisti, & fecit. Sed & feci=  
 mus, fecistis, & fecerunt. Utinam uideam. uideas, uide=  
 at, utinam uideamus, uideatis, uideant. Iam qualita=  
 tis & quantitatis aduerbia quando nullius modi tem=  
 poris, personæ, generis, numeri ue differentiā agno=  
 scunt, omnibus iungi modis, temporibus, personis, ge=  
 neribus, & numeris indifferenter possunt. Bene uel sa=  
 tis habeo, habebam, habebo. Item, bene uel satis habe=  
 to, Vti=



to. Utinam bene uel satis habeas. Quum bene uel satis .abeas, Bene uel satis habere, Præterea bene uel satis exercitat, uel exercitatur. Habitus est, et habiti sūt Habitus est, & habitæ sunt. Eandem rationem in declinatis quoq; partibus seruari deprehendet, quisquis rite eam in ijs examinabit. Ego nanq; pronomen quoniam primæ tantum personæ est, primis demū personis uerborum additur. Ego scribo. Idem pronomen quum nullum generis discrimen significatione sua determinat, cum omnium generum uocibus coniungi potest. Ego æger, ego ægra, ego ægrū. Si per prosopopœiam, neutrum aliquod fingatur loqui. Rursus sui, quum nec generis, nec numeri differentiam ullā in significato præferat, utriusq; numeri omnis generis uoces secum admittit. Sui ipsius, & sui ipsorum uel ipsarum. seipsum uel seipsam, & seipsos uel seipsas. Ex nominibus, Centum, quum pluralis sit tantum numeri solis pluralibus iungitur. Quum omnis generis, nullum merito genus respuit. Centum uiri, Centum oues, Centum iumenta. Idem contemplari in participijs licet. Arans enim quoniam omnis est generis, & numeri tantum singularis omnibus addi generibus potest, seu duntaxat singularibus Vir arans, Mulier arans, iumentum arans. Atq; his iam puto clarescit, quod obscurius esse supra est positum. Nunc ad singularum indeclinabilium partium constructionem proprius accedamus.

Prepo

## PRAEPOSITIONVM CONSTRUCTIO.

Præpositiones cum uerbis uel aduerbijs se coniungunt nisi in compositione non patiuntur. autore Donato qui derepète, ex aduersum, deinde cū similibus, cuiusmodi sunt, in super, de super, circū, secus, a foris, cōpositiones cēset. Et in Prisciano, qui præpositiōes quoties casu carentibus iunguntur, dictionis uim amittere ait. Contra cū solis casualibus iunctas, dictionis uim serua re. Nos raro id quidem, sed tamē aliter esse deprehendimus, nisi quis ad pridie, ad postridie, & in ante (de quibus alibi præcipimus) Compositas uoces putabit.

Præpositiones quæ accusandi casum exigunt, etiam quocunq; significato accipiuntur, modo præpositionis uim seruent, hæ sunt, A, apud, ante, aduersus uel ad uersum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope, propter, præter, secundum, supra, secus, trans, ultra, uersus. Annumeretur his & usq; ut Celsus, itaq; si qua sunt, quæ exasperatura eorum animos sunt, optimum est, ea dum ægrotant eorum notitiæ subtrahere, si id fieri non potest sustinere tamen post cibum usq; somni tempus. Idem, Sed iciuus etiam usq; sudorem. Quorum exempla, etiam doctis autorum cōfirmata, ex præcedente libro, ubi significata eorū collegimus, petentur. Quæ uero auferendi casum uolunt hæ sunt, A, ab, abs, absq; cum, coram, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus. Quæ reliqua sunt, & modo accusatiuum, modo ablatiuum pro uario significato uolunt.

Præpositiō  
nes accusa  
tiuit.

Præpositiō  
nes ablati  
ui.



Præpositi-  
ones utri-  
usq; casus;

uolunt, in hunc locum tractandas seruauius. Sunt autem hæc. In sub, super, subter, clam, & tenuis. Quarum in accusandi casum tum petit, quum per eam transitus uel mutatio in aliquid significatur. Verg. An quouia ducit in urbem? Plaut. Dabo te in caueam. Terentius, Dic quid uelis tibi dare in manum, ut herus his desistat litibus. Plaut. E manibus, dedit ipse mihi in manus. Mart. Dicis in aurem. Differt ab, ad, quod, hæc ingressum termini significat. Ad, tantum ad hunc accessum. Huc esse talia referenda liquet, qualia sunt re-dijt in gratia. Et Ouidius, In noua fert animus mutatas dicere formas, Corpora. Idem, Versa est in cineres sospite Troia uiro. Et uersa in latinam linguam. Et, Scinditur incertum studia in contraria uulgus. Et, Sectus in minima, cum similibus. Et quum uerba sequitur, quorum actio in futurum spectat. Linius, Bellum, in trigesimum diem indixerunt. Idem, Designati consules in cum annum fuerant. Terentius, Olimq; in hunc diem sunt constitutæ nuptiæ. Plaut. Stich. Aliam conuiuiam querito in hunc diem.

Cum, ad, uel pro, significat. Plinius, Multis fortuna parcit in pœnam. Item. Catul. In bonam accipias partem rogamus. Ceci. Plin. Sed annuos in alimenta ingenuorum pollicebamur. Terentius, Et aduersarios rapere in peiorem partem. Plin. nat. histo. Pars quædam Aethiopum locustis tantum uiuit, fumo & sale duratis in annua alimenta. Terentius, Emptos obolo in cœnam seni. Columella, Cratibus in hoc factis. Plin.

de Laa

de Ladano, *precia sūt laudatissimo in libras, asses quādraginta.* Idē de Serichato, *Permutatur in libras 16.* Idē de Hāmoniaco, *Preciū optimi in libras, asses 40.* Var. de re Rust. *Alij precia faciunt in singula capita canū.* Idem, *Numerus de tauris & uaccis si habendus, ut in sexaginta, unus sit anniculus, alter bimus.*

Cum erga significat, uel uersus. Vergil. *Accipit in Teucros animū regina benignū.* Celsus, *Ante aduersam autem ualeitudinē quaedā notae oriuntur, quarum omnium est commune aliter se corpus habere atque consuevit, neque in peius tantum, sed etiam in melius.*

Cum apud Cicero Paradox. *Non probantur in uulgus.* Tac. *Celebrata in uulgus Celsi laus.* Cic. Att. *Alter religiosus nunc dies, alter in uulgus ignotus.*

Cum contra, Vergilius, *Quid meus Aeneas in te committere tantum? Quid Troēs potuere?* Sic dicitur *Inuectus in illum.* Quintilianus, *Nam quidem uehementer in eam inuehi solent.* Cicero in Sallustium, *Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam inuasisti.*

Cum quasi loco, uel uice significat, quod tamen frequens non est, ut Plin. de urticis, *Ora ei in radices esse traduntur.* Quintus Curtius, *Igitur rex Babylonie Agaticem in praesidem esse iussit.*

Cum ad similitudinē uel formam significat. Verg. *Portus ab Eoo fluctu curuatus in antrū.* Idem, *Tum uero in numerū faunosq; ferasq; uideres, pro in similitudinem uel formā antri: et similitudinem numeri, id est*



rithmi (ut Servio placet) Apul. Lapis parius in Dianam factus. Verg. Continuo in sylvis magna ui flexa domatur in burim, & curui formā accipit ulmis atritri. Cum usq; ad. Varro, plerq; pariunt in decem annos, quaedam etiam in plures. Mart. In lucem semper Acerra bibit. Cum ante significat. Ter. Vereor te in os laudare. Hoc tamen et per ablatiuū effertur. Curt. In oculis maiora duo omnium nauigia summersa sunt.

Cum super significat, ut, Dormit in aurem. Et Varro, Qui onera extollere in iumenta possit. Simili modo cum ad interpretamenta refertur, ut Donatus in Terent. Seruius in Vergil. Si modo hæc loquendi ratio apud probatos inuenitur. At ablatiuo iungitur, cum pro inter accipitur, ut Sallust. Igitur Imperator omnes res ferè asperas per Iugurthā agere, in amicis habere. Quin. Neq; Tiburcinabundum iam in nobis quisquam dixerit, pro inter. In hac tamē significatione et in accusatiuo legitur. Cic. de nat. deorum, Homines morte deletos reponere in deos. Itē cum, intra locum uel rem consistere uel agi aliquid significat, ut Vergil. Lucus in urbe fuit media letissimus umbra. Idem, Tum cornix plena pluuia uocat improba uoce, Et sola in sicca secum spatiaitur arena. Ad hunc modum dicimus. Terent. in Andria. Verg. in Aeneide. Et, Venisti in ipso tempore, Aliter quoque, ut Plin. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est, plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Vbi significatur uel pro causa, uel plane causam in accusatiuo.

Sub

Sub accusatio iungitur cum uel paulò ante uel circa significat. Caesar, Dies continuos triginta sub brumã esse noctem. Suet. in Aug. Sub horã pugnae tã ardeò repente somno deuinctus, ut ad dandũ signum ab amicis excitaretur. Liu. Vtrinq; legati forte sub idem tempus ad res repetendas missi. Hoc modo et cũ ablatiuo legitur. Plin. de ceruis, Cornua soli animalium omnibus annis stato ueris tempore amittunt. Ideo sub ipsa die q̄ maxime inuia petunt. Itẽ cum paulo post significat. Cic. ad Plancũ, Cũ his frigiditas sane et incõstantes recitasset literas Lepidi, sub eas statim recitatae sunt tuae. Et cum per. Verg. Et simulachra modis palentia miris Visa sub obscurũ noctis. Idem, Et sub noctem cura recurrit. Et cum pro in. Idem, Nanq; sub ingenti lustrat dũ singula templo. Item cum pro in ò siue subter ponitur, sed cum motu ad id cui praepositur, ut Vergilius, Postesq; sub ipsos Nituntur gradibus. Nam sine tali motu ablatiuum uult. Vergilius, At illum sub pedibus Styx atra uidet manesq; profundis, Hora. Et adhuc sub iudice lis est. Videri potest et quũ motus aliquis intelligitur, ablatiuo coniungi. Ut, Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. In illis autem, Sub die, sub manu, nescio an pro intra, interpretare. Seneca ad Luc. Consilium nasci sub die debet. Hoc quoq; tardum est nimis. Sub manu quoq; quod aiunt, consiliũ nascatur. Suet. in Aug. Et quocelerius ac sub manu annunciari cognosciqu; posset.

Super cum subter praepositionis contrarium significat.



ficat, item cum pro, uel de, uel ob uel post significat, ablatiuo iunctum reperitur. Verg. Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma. Idē. Nec super ipse sua motitur laude laborem, id est, pro sua laude. Idem, Multa super Priamo rogans, super Hectore multa, pro de Priamo. Cic. At. Hac super re scribam ad te. Idem, Hac super re scripsi ad te. Tac. Multus ea super re, uariusq; rumor. Quo modo Gell. fere loquitur. Ver. His accensa super iactatos equore toto, Troias reliquias Danaū &c. id est, Ob hæc, uel post hæc? Accusatiuo uero cum prope significat, ut Liuius, Situs est, quemcunq; cum dici ius fasq; est super Nemicum amnem. Et pro in, ut ad interpretationē refertur, ut cum dicimus, Seruius super Ver. Et cum ultra significat, uel inter, quasi in tempore. Verg. Saturno quondā super & Garamantas & Indos Proferet imperiū Liu. Super ripas Tyberis effusus, pro ultra, utrobique. Suet. in Cæsare, Pridie quam occideretur, in sermone nato super cœnam apud Marcum Lepidum, quis nam esset finis uitæ cōmodissimus: repentinum inopinatumq; prætulerat. Aliquando tamen ablatiuo pro ultra iungitur, ut nocte super media. Sicuti rursus in prima & propria significatione nempe ut est contrarium subter, interdum accusatiuo. Ver. Furor impius intus Sæua sedens super arma.

Subter:

Subter uno significato modo accusatiuo iungitur apud autores, modo ablatiuo Liu. Pugnatū est super, subterq; terrā. Stat Desilit in campos qui subter moenia nudos

nia nudos Afferuat mane, Verg. Cum tamen omnes Ferre libet subter densa testudine casus.

Similiter clam accusatiuo, ut Cicero, Timens ne sa Clama-  
cinora eius clā ut uos essent. Plautus in Mer. Ratus clā  
patrem meum posse habere. Ablatiuo. Idem, Is amare  
occepit Alcumnam clam uiro. Cicero Attico, Quin  
etiam paulo clam ijs eam uidi.

Tenus ablatiuum post se tum sigularem, tum plu-  
ralem recipit, ut Pube tenus, Pectoribus tenus. Geniti Tenus.  
uum uero tantum pluralem, ut Crurum tenus. Sic ta-  
men Seruio praepositio non est, sed aduerbium

Priuatim tenus & uersus, praeter reliquarum natu-  
ram sequuntur dictiones quibus in seruiunt, ut Romam  
uersus, Pube tenus. Earumq; naturam & Cum imita-  
tur post prouocabulū & quaedā pronomina, ut, Qui-  
cum, quocum, quibuscum, mecum, tecum, secum, no-  
biscum, uobiscum. Sunt qui ijs addant procul, quod  
tum ablatiuo iūgitur, idq; frequentius. Tac. Nec pro-  
cul caede aberam. Tum accusatiuo Plin. nat. hist. Vil-  
la est Campaniae haud procul Neapolim. Liui. Locus  
procul muros satis æquus agendis uineis fuit.

ADVERBIORVM CONSTRUCTIO:

Aduerbia quoq; partim in quosdā casus, partim uer-  
borū modos tēporaue, partim in quaedā priuatim  
nomina ius habent, ut per species contemplari licebit  
Ex ijs igitur quae loci esse diximus, genitiuis iuncta  
legimus. Vbi, utinā nusquā, eo & longe, ut ubi gen-  
tiū, ubinam gentium. nusquā gentium, longe gentiū

Aduerbia  
in genitiuū.



Cic. ad Att. Tu aut longe gentium. Eo loci De proci-  
uero, siue præpositio sit, siue aduerbiū, mox dictū est.

Vsq̄que:

Vsq̄que quod tum loci, tum temporis aduerbium est, his  
præpositionibus coniunctū legitur. Ab, ut, Siculo pro-  
spexit ab usque Pachino. Ad, ut, usq̄; ad sydera notus.  
Ex, ut, ex Aethiopia est usq̄; hæc. In, ut, usq̄; in sumē.  
Sub, ut usq̄; sub obscurū noctis. Item ex his quæ tem-  
pus significant, genitiuo iunguntur, Tūc, interea, pri-  
die, postridie, ut, tunc temporis, interea loci, nisi hoc  
compositum dicas. Pridie eius diei. Iust. Tunc tēporis  
Per sarum Cambysi mediocri uiro. Idē in Aem. Probo  
legitur, sed locus non succurrit. Tere. Te interea loci  
cognoui. Cic. ad Lentul. Quod iā illam sententiā Bibu-  
li de tribus legatis, pridie eius diei fregeramus. Caesar  
de bell. Gall. Postridie eius diei Caesar præsidū utriq̄;  
castris, qd̄ satis esse uisū est, reliquit. Nā q̄ hæc poste-  
riora cū accusatiuis legūtur, uel enallage est, Cic. ad  
Att. Tu pridie cōpitalia memēto, balncū calefieri iu-  
bebo. Li. Etiā postridie Idus rebus diuinis supersederi  
iussum est. Vel eclipsis præpositionum, ante & post.

A. uerbia  
in uicid præ-  
teritis:

Dudum pridem, & nuper præteritis uerborum iun-  
gi postulant. Ter. Narro huic, quæ tu dudum narraſti  
mibi. Plin. nat. hist. Ipsi uero pridem uidimus eadē ser-  
me omnia, præter pubertatem in filio Cornelij Taciti  
equitis Romani. Cic. Neq̄; enim assentior his, qui nu-  
per hæc differere cœperunt. Hoc tamen & cum præ-  
senti coniunxit Teren. in Heaut. Quanquam hæc nu-  
per inter nos notitia admodum est.

Iam dudum

Iamdudū et iampridem præsens magis uolunt. Sed Iamdudum  
 ubi manere adhuc actio, nō cessasse intelligitur. Ter. Iampridē  
 Iamdudū animus est in patinis. Verg. Iampridem no-  
 bis cœli te regia Cæsar Inuidet. Idem, iampridē à me  
 illos abducere Thestylis orat. Sed nōnunquam & præ-  
 teritū admittunt, ut Plau. Iamdudum mulier tibi non  
 imprudens aduersabar. Plm. Iamdudū ex eadem Hi-  
 spania zoeliton uenit in Italiā plagis utilissimū, Idem  
 Quod maiores nostros iampridem fecisse manifestum  
 est. Sal. Iampridem equidem nos uera uocabula rerū  
 amisimus: Iamdudum uero pro continuo uel quamprimum. omnibus modis & temporibus iungi potest. Si-  
 milem his constructionem habet iamolim. Quim. Olim  
 iā imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locū  
 querit: pro iā longo tempore. Verg. At iam olim se-  
 ras posuit cū uinea frondes. Donec pro quandiu fini-  
 tiuos uerborū adsciscit modos. Ouid, Donec eram so-  
 spes. Et pro quoad uel quousq; modos itē infinitiuos.  
 Liu. Donec ad hæc tempora, quibus hæc uitia nostra,  
 nec remedia pati possumus, peruentū est. Ver. Donec  
 regina sacerdos Marte grauis geminam partu dabit  
 lilia prolem. Idem, Cogere donec oues stabulis nume-  
 rumq; referre iussit. Modo subiunctiuos. Colu. Donec  
 ea aqua, quam adieceris, decocta sit.

Iamolim

Donec:

Dum

Dum de re præsenti non perfecta, fatendi modo iun-  
 gitur. Tere. Dum apparatus uirgo in conclau. Idem  
 Dum hæc mecū reputo. Etiā pro donec. Verg. Tityre  
 dum redeo, breuis est uia, pasce capellas. Cice. Ego in



arcano operior, dum ista cognosco. Idem Atti. Quod si totum persuadere tibi non possum, saltem dum quid de Hispanis agamus, scitur, expecta. Et pro quaudiu. Terent. Ego te meum dici tantisper uolo, dum quod te dignum est, facis. Pro dummodo uerò aliàs potenti. Idem, Dum id efficias, quod cupis, neq; modum benignitatis, neq; quid me ores, cogitas. Idem, dum prosim tibi. Sallust. Neq; id quibus artibus assequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Aliàs subiunctiuo. Teren. Dum ne ab hoc me falli comperiam Chreme. Et pro donec, subiunctiuo. Vergil. Tertia dum latio regnantem uiderit etas.

Quoad.

Quoad pro quaudiu, indicatiuis. Terent. Phorm. Quid senem quoad expectatis uestrum? Et subiunctiuus. Cic. Ut quoad possem & liceret, ab eius latere nunquam discederem. Pro donec, subiunctiuus. Plancus Ciceroni, Omnia ut integra seruem, dabo operam quoad exercitus summittatis.

Non:

Ex negandis aduerbijs Non, omnibus modis præter imperatiuum iungi potest, ut, Non facio, utinam non faciam, non fecissem, quum non facerem, non facere.

Ne uerò prohibendi aduerbiũ secūdis personis nõ solum subiunctiuorum (ut Seruius præcipit) sed etiam imperatiuorũ. Et horũ quidẽ, ut Ver. Ne sæui magna sacerdos. Idem, Ne pete cõnubijs. Idem, Ne fugite hostitium, neue ignorete Latinos. Liu. Crasino die oriente sole in aciem redite, erit pugnandi copia, ne timete. Subiunctiuorum uero, ut Teren. Ego quoq; una perco

perco, quod mihi charius est, ne isthuc tam iniquo pati-  
 tiare animo. Plin. ad Suet. Aut si tutius putas illud,  
 cantissimi cuiusq; præceptū quod dubites, ne feceris.  
 id ipsum rescribe. Ter. Hic nebulo magnus est, ne me  
 tuas, Ne tamen pro non, etiam alijs modis & personis  
 merito adiūgitur. Optatiuo, ut Cicero, Sed ne uiuam  
 si tibi concedo. Mart. Ne ualeam, si non multo sapit  
 altius istud. Ter. Quod utinam ne Phormioni id sua-  
 dere, in mentem uenisset. Subiunctiuo, ut Ter. Hoc mo-  
 do te obsecro, ut ne credas á me allegetū hūc senem.  
 Equidem (ut Seruius notat) cum non solum pro, Ego  
 quidem, ut apud Vergiliū ubiq; sed etiam pro qui-  
 dē accipiatur, nō immerito diuersis personis iūgitur.  
 Verg. Equidē per littora certos Dimittā. Persius, Nō  
 equidē hoc dubites, amborū scedere certo consentire  
 deos. Idem, Per me equidem sint omnia protinus alba.  
 Cic. Att. Equidem id erat primū & maximū Clodiæ.

Equidem

Iurandi aduerbijs finiendi modus, uel potentialis  
 maximē conuenit. Ter. Perecastor scitus puer natus  
 est à Pamphilo. Et, Non hercle fecissem.

Iurandi ad  
uerbia.

Que uero hortandi uocantur, imperatiuos omnia  
 poscunt, ut, Dic sodes, Vide sis. Quedā tamen cū di-  
 scretione. Nā age, singularē fere postulat. Ter. Age,  
 si hic satis sua sponte non insanit, instiga. Rarius plu-  
 rali iungitur, ut Val. Flac. Vos age funereas ad litto-  
 ra uoluite syluas. Plaut. Age, licemini. Age sultis Agi-  
 te plurali. Verg. Quare agite ô testis iuuenes succedi-  
 te nostris. Agedum, utrique. Plau Asinar. Agedum

Hortandi:



istū ostende, quē conscripsisti syngraphū. Cic. Sic age dū cōserte nunc cū alijs uitā Pub. Syl. nobis populoq; Ro. notissimā. Quint. Agedū, si uidetur, extra portas prospicite. Agitedū, plurali. Liu. Agitedū ite mecum

Vocandi aduerbia nominum iunguntur uocatiuis, ut, O Melibœe, O sceleste. Amabo & amabote siue aduerbia sunt hortantis. siue interiectionis blandientis, licet singularium speciem prebeant, tamen singularibus et pluralibus accommodant ut. Singularibus, ut Cicero ad Quintum fratrem, Amabote aduola, consolabor te, Pluralibus. Plautus Trucul. Propera te, afferte mensam amabo. Idem Rud. Quò amabo ibimus? Idem. Ite, inquam, domum amabo.

Optandi:

Optandi aduerbia ut optatiuorum sunt propria, ita merito ijs solis iunguntur. Ter. Vtiam sic sint, qui mihi male uolunt. Verg. O si remeasset in urbem Idem, Si nūc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat Idem, O tantum libeat mecum tibi sordida rura, Atq; humiles habitare casas.

Quantitatis

Quantitatis aduerbia genitiuos post se recipiunt, ut, Satis sapientiæ, Parum animi. Præterea, multum, paulum, & paululum, si modo aduerbia sunt, ut, Multum eruditionis, Paulum ocij.

Diuerfitatis:

Quæ diuerfitatis appellauimus, nempe, aliter et secus, in ablatiuū generalis qualitatis feruntur. Multo aliter, Paulo secus. Quorum naturam duo illa temporis imitantur. Ante et post, ut, Multo, ante, Paulo post Varro de re Rust. Præterea habēda ratio, quāto ante quam

quàm incipiat admissura fieri, mares à foeminis secretos habeant. Quibus addi, ut uidetur potest, Clam, ut Cic. Att. Quinetiam paulo clam ijs eam uidi.

Quæ cōparatiui & superlatiui gradus sunt, nominibus his à quibus proxime ducuntur, similem cōstructionem habent, ut Doctius illo, et doctissime omnium. Propius illo, Proxime omnium, proprius uero cum datiuo legitur. Vergilius, Propius stabulis armenta tenebat, Vtrunq; uero tam propius, quam proximè, accutiuo, sicut prima eorum origo, iunctū reperitur. Cicero ad Octa. Cur medio castra itinere longius aduersariorū castris, et propius urbem mouētur? Idem pro Mil. Proximè deos accessit. Idē Att. Officiū meū esse putauī, quam proximè hostem esse. Hircius, Cum propius hostem accessisset. Legimus, & propius ad deos, & propius à terris. Cicero pro Ligario, Homines enim ad deos nulla re propius accedere, quam salutem hominibus dando. Idem de natura deorum, Infra autem hanc propius à terra Iouis stella fertur.

Hæc intentionis aduerbia, per et quam, illud Latine constructionis ius proprium habent, quod, Per, absolutis iunctū legitur. Terentius, Perpulchra credo dona haud nostris similia. Itē quibusdā uerbis, ut Peruelim, perplacet. Rarissime superlatiuis, ut Columel. Adhuc perpaucissimis contigit agricolis. Quam uero superlatiuis. Terent. Si quisquam est, qui placere se studeat bonis quam plurimis. Quintil. Vt in manus hominum quam emendatissimi ueniant, rarissime aliter, ut Plin.

Quare

Comparatiui superlatiui gradus:

Intentionis Per:

Quam:



Quare, quæso, nisi ut quam multi eas conserui inferrent. Sed quum talia rarissima sint (quod dicendum semel fuerit) qui similiter ueteribus loqui studebit, non committet, ut ea frequenter, in quibus, si non per incuriam sunt admissa, certe illi suere parcissimi. Quam, pro quantum positiuis iungitur, siue in finite lagatur, ut Cic. Videte, quam ualde malitiæ suæ confidat. Siue interrogatiue, ut Tere. Reiecit se in eum flens quam familiariter. Quibusdam tamen interpositis uerbis, cuiusmodi sunt, possum, ualeo, et synonyma, tum superlatiuis, tum positiuis, additur. Et superlatiuis, ut Sallustius, Iugurta quam maximas potest copias armat. Cæsar Cōmentar. Itaq; frumentaria quam celerrime potuit cōparata. Positiuis, ut Cic. Philip. Sed reliquum cursum uita, quam quidem possum breuiter, perstringam. Cum iisdem uerbis & Ut, pro quam uel quantum subinde positum legas. Cicero de Oratore, Hæc ut breuissimè dici potuere, ita à me dicta sunt.

Vt.

Quantum.

Etiam non minus eleganter nomen ipsum. Quantum, ut Cicero de Amicitia, Tanta est inter eos quanta maxima potest, morum studiorumq; distantia. Quintilianus, Cum aliquid adhibitaq; quanta maxima potest cura diligenter elimauerit.

Rei non  
Plane  
peractæ ad  
uerbia:

Ex aduerbijs ijs, quæ rei non planè peractæ appellauimus, Fere, & cum uniuersali signo & apposito et omisso, idem subinde ualeat, ut in festis fere hac utor ueste pro fere semper. Et sic fere utitur, pro ubiq; uel ab omnibus. Et Romani fere orbè subegerunt, pro fere totum

totum orbem. Cic. Neganda ferè sint omnia. Quintil.  
Nam in omnibus fere minus ualent præcepta, quam  
experimenta. Idem, His fere ueteres facultatem dicen-  
di exercuerunt, pro ueteres omnes.

Illa uerè complexa, perquam, sanequam ualdequã, Perquam  
admodumquam, minusquam, oppidoquam, & oppi-  
doperquam absolutis nominum maximè iunguntur, et  
quibusdam uerbis. Ser. Sul. ad Ciceronem, Sanequam,  
pro eo ac debui, grauiter molesteq; tuli. Decius Bru-  
tus ad Cic. Nam suos ualdequam paucos habet. Tit.  
Liui. Nec enim multa solum, sed etiã pleraq; oppido  
quam parua erant. Cæsar in Commen. Quibus rebus  
oppidoperquã pauci sub pellibus acquiescebant. Cic.  
ad Quint. fratrem, Sanequam refixit. Cælius ad Ci-  
cer. Sanequam litteris. C. Cæsar's sumus cõmoti. Plin.  
ad Suram, Perquã uelim scire esse phantasmata, seu  
habere propriam figurã numenq; aliquod putes. Ra-  
rissime autem iungitur superlatiuis, ut Curtius, Besti-  
quoq; Bactrianorum ducem, perquam maxime possset  
exercitu coacto, descendere ad se iubet. Pomp. de ori-  
gine iuris. Nam antè eum Seruius duos libros ad Bru-  
tum perquam breuissimos ad edictum subscriptos reli-  
quit Similè his et illa naturã habent. In primis, in pau-  
cis, cū paucis, inter primos, inter paucos, super om-  
nes, ante alios, præter ceteros, ut quæ absolutis fræ-  
quenter iungãtur. Sal. Tamen in primis arduum uide-  
tur res gestas scribere. Idem, Id facinus ego in primis  
memorable existimo. Superlatiuis raro iuncta legas.

Sicut



Sicut in illo Cice. in Verr. Homini in primis gloriosissimo respondet. Pli. de Absynthio, Cōuenit dicere herbe facillime atq; inter paucas utilissime. Et Ver. Petit ante alios pulcherrimus omnes, Turnus. Raro etiam comparatiuis, ut in illo Vergilij, Scelere ante alios immanior omnes. Et Suet. in Galba, Præter cæteras altiorum & dealbatam crucem statui iussit.

Longe:

Longe uero pro ualde comparatiuis additur et superlatiuis. Quint. Longe omnium quos quidem mihi uidere contigit, præstantissimus Domitius Afer, Vergilius, At pedibus longe melior Lycus. Præterea his quibus diuersitas significatur, partim aduerbijs, cuiusmodi sunt, secus, aliter, ut Longe aliter, Longe secus. Cicero de Amicitia, Quod longe secus est, Partim nominibus, ut, Alius, diuersus, dissimilis, alienus. Sal. Longe mihi alia mens est, patres Cons. Pari modo ijs, quæ superlatione quadam important, siue ea uerba sint, ut Vinco, supero, et quæ ex præ, post & ante componuntur, ut præcello præsto, posthabeo, antecello, Quint. Sed cum longe præcedunt ingenia uiuentium. Siue nomina sint ut princeps, præcipuus, primus. Idem, Quinti. Nouem uero Lyricorum longe Pindarus princeps. Cum his autem proximis nominibus, & generaliter superlatiuis etiam Facile pro haud dubie sæpe iungitur. Cicero pro Rabir. Virum unum totius Græciæ facile doctissimum Platonem. Idem pro Ros. Non solum municipij Lariuatis, ex quo erat, sed etiam religionis illius & uicinitatis uirtute, existimatione, nobilitate facile princeps.

Facile

Quint.

Quint. de Euripide. In effectibus tum omnibus, tum in  
 ijs quæ miseratione cōstant, facile præcipuus et admi-  
 randus maxime est. Dicimus etiã facile secundus, sed  
 pari modo ad dignitatem referentes magis, quã ordi-  
 nem. Alia quoq; quæ ad intentionē referuntur, super-  
 latiuus iunguntur, ut Eximie, Egregie. Colu. Stagnum  
 censemus eximie optimum, quod sic positum est.

Eximie:  
Egregie

Ex similitudinis aduerbijs, quæ imaginem potius in-  
 nuunt, uerbi quidē subsistendi subiunctiuus iunguntur  
 fereq; si præsens præcedit, præterito imperfecto, ut,  
 Incedis, ueluti rex esses. Aliorum uero uerborum po-  
 tentialibus potius. Incedis, ueluti rex incederet. Et, Fa-  
 cis, ueluti uir probus faceret. Mimaris, quasi ledere  
 possis. Plin. nat. hist. Tanquã nesciamus hanc esse solã  
 quæ nunquam irascatur. Quæ uero similitudinē signi-  
 ficant, indicatiuus, ut Fremis, sicut uel sicuti leo fremit  
 uel fremere solet. In hoc genere sunt quæ inter se na-  
 tura præcedant & sequantur. Præcedunt. Sic ita, &  
 itidem. Sequuntur, Vt, uti, sicut, sicuti. Suet. Centurio-  
 nes statione deserta, itidē ut manipulares capitali ani-  
 maduersione puniuit. De, sic, adiurantis alibi dicitur  
 Ex his, Vt, atq; ita superlatiuus sæpe iungi solent, &  
 paria esse uolūt. Nã si prius superlatiuū sortiatur, re-  
 liquū quoq; superlatiuū postulat. Ci. de Ora. Vt enim  
 quisq; optimè dicit, ita maxime dicendi difficultatem  
 uariosq; euentus orationis, expectationemq; hominū  
 pertimescit. Idē de Officijs, Vt quisq; animi magnitudo  
 dicit maxime excellit, ita maxime uult præcep; omnium.

Similitudi-  
nis aduer-  
bia.

uel



Tam &  
quam:

uel potius solus esse. *Quintil.* Quod ut longe optimū,  
ita difficillimū est. Similem his naturam habent Tam,  
& quam, siue pro iam dictis accipiantur, ut *Sallust.*  
Quam quisq; pessime fecit, tam maxime tutus est. Te-  
rentius, Nanque adolescens quam minima in spe situs  
erit, tā facillime patris pacem in leges conficiet suas.  
Siue pro tantum & quantum accipias, maximē præ-  
cedente Tam, ut, *Hic est tam omnium optimus, quam*  
*nobilissimus.* Sic tamen etiam comparatiuos, ita meti  
raro admittunt. *Vergilius.* Tam magis illa fremens et  
tristibus effera flammis, Quam magis effuso crude-  
scūt sanguine pugnae: id est, tanto magis. Nam quod  
absoluta hoc significato recipiūt, sicuti tantū et quan-  
tum, quorum uicem explent, nemo dubitet. Nō sit hoc  
loco inutile monitu, quaedam ex similitudinis aduer-  
bijs saepe amphibologiam in oratione creare, quae ali-  
ter quam ex circumpositis discuti uix possit. Sicuti,  
quemadmodum et quomodo, ut in illo *Quintiliani* cū  
similibus, Lumina non inter umbras, quemadmodum  
*Cicero* dicit, sed planē in tenebris clariora sunt. Incer-  
tum enim est, ex ipsa dictione quid affirmare *Cicero*-  
nem *Quintilianus* uelit.

Demon-  
strandi.

Demonstrandi aduerbia nominatiuis frequētius iun-  
guntur. *Quint.* En improbitas. *Verg.* En Priamus. *Ci-*  
*ce.* Ecce tibi status noster. Idem ad *Att.* Ecce tibi num-  
cius pueros uenisse Romam. *Rarius* accusatiuis. *Plau-*  
*in Bacch.* Opus ne erit tibi aduocato tristi, iracundo?  
*Ecce me.* *Iuuen.* En habitum. *Prisci* ex his aduerbialia  
nominā

nomina declinarūt, Eccus, ca, cū, quod ecce hic significat. Et ellus, la, lū, quod ecce illic significat. Cōstruitur aut utrūq; intrāsitūe cū eo qđ demonstratur. Ter. Eccū Parmenonē. Idē, Sed eccā ipsa egreditur, Idem, Ellū confidēs & catus. Cū faciē uideas, uidetur quantius precij: ꝑ ecce illic uirū, hoc enim subintelligitur

Quæ negatæ solitudinis siue congregandi diximus, ut Non solū, non modo, non tantū, nedū, ea duos sensus ferē postulant. Quorū secundus, si horum aliquod sine altera negatione priorē occupat, per sed etiam, uel uerum etiam, uel sed ne, uel sed nec, redditur, ut Cor. Balb. Ciceroni, Nedum hominū humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorū uirorū cōsilia ex eue= tu, nō ex uoluntate à plerisq; probari solēt. At si additur illis alia negatio, succedūt ferē sed nec, sed ne qui dem. Cic. Att. Horum ego summorū imperatorū non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidē ipsam, qua illi florentissima, nos duriori confl= etati sumus. Aliquando tamen sic quoq; succedit, sed etiam. Cic. Dolabel. Cōtigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esse Dixi suprà, duos hæc sensus ferē postulare propter elegan= tē illam figuram, qua utitur Quintilianus, Primi, quo rum quidē opera non uetustatis modo gratia uisenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus, atq; Aglaophō. Idem, Et Quim. Hortēsij filiæ oratio apud triūuiros habita, legitur non tantū in sexus honorē.

Negatæ  
Solitudinis

t

Horum



Obserua-  
tio de ne-  
dum.

Horum aduerbiorū peculiaris quidem autorū usus à Laurentio obseruatur. Nedum enim cum posterio-  
rem clausulā tenet, in affirmatione minoris momenti  
rei iungitur, ut Effunderem pro te sanguinē, nedum  
pecuniam. In negatione contra, Non effunderē pro te  
pecuniam, nedum sanguinem. Reliquorū contrarium  
huic notat usum, ut & in priore sensum occupent, &  
clausulas, quæ res tum imparis tum paris momenti  
sunt coniungant, & quæ impares sunt, contrario or-  
dine committant, ut, Non solum, uel, non tantum, uel,  
non modo pecuniā pro te effunderē, sed etiam sangui-  
nem, uel, sed etiam mortem oppeterem. Et negatiuē,  
Non solum non moriar pro te, sed nec effundam pecu-  
niam. In rebus paribus, Non solū uestes à me accipies,  
sed etiam libros. Videtur tamen hic horum aduerbio-  
rum usus nonnunquam confundi. Nam, & nedum, in  
priore clausula pro, non solum, uel non tantum legi-  
mus, ut Cicero Attico, Tu quoniam quartana cares,  
et nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem,  
te uegetū nobis in Græcia siste. Et, non modo, secundo  
loco positū pro nedum. Plin. nat. hist. Quum res inter  
rusticos geratur literarum expertes, non modo syde-  
rū. Est enim tanto maus esse literarū expertes quam  
syderum, quanto ad earū peritiā facilius peruenitur.  
Trebonius. Cicer. Non enim nescis, quanti te faciam;  
& quam pro nostro ueterrimo uerissimog; amorē  
omnibus tuis etiā minimis commodis, non modo tant  
magno gaudeam. Hoc uerò & inter paria, ut Idem,  
notat

notat, in secundo loco legitur. Cicero, Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. Quanquam potest in his intelligi imparitas. Non solum uerò inter paria & inter posteriore loco inuenitur, ut Cicero Attico, Vestrum iam consilium est, non solum mecum, quid sit uobis faciendum.

Ut (quod Græci apostaticon uocant) hæc ferè sequitur, Tam, talis, tātus, tot, adeo, sic, ita. Et subiunctiuum postulat uerbi, quod ferè, tū & superiore est diuersum, tum eius intentionem declarat. Vnde fortasse Apostaticon est dictū, quod eiusmodi digressum ad aliud uerbum facit. Quintilianus, Nunquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod præstet, extorqueat. Plinius, Siquid quæ uocant Corinthia, pleriq; in tantū capiuntur, ut secum circumferant. Idē, Nullum est tam impudens mendacium, ut teste careat. Cic. Quum ita ieiunus fuisssem, ut ne aquam quidem gustasssem. Idem de Senectute, Senectus plerisque sic odiosa est, ut omnis Aetna grauius dicant se in humeris portare. Huc spectant & elocutiones illæ, quæ per tantum abest, & adeo non, figurantur.

## INTERIECTIONVM CONSTRUCTIO.

Interiectionē uerbis coherere nō posse affirmat Seruius, atq; inde adeo factū, ut diuersa pars ab aduerbijs constituta sit. Sunt tamē quæ nominū uarios exitus casus. Hei, nanq; et ueh, datiuus hæret. Verg. Hei mihi qualis erat. Mart. Veh tibi cauidice. Ter. Veh capiti tuo. Hei uero, & nominatiuo. Idē, Hei misera.



Heu. Proh. Heu & proh modò accusatiuo, ut Verg. Heu stirpem inuisam. Terent. Proh deum atq; hominum fidem. Modò nominatiuis. Vergil. Heu pietas, heu prisca fides. Plin. Heu dementia, allatoris aduentus semper est gratus. Terentius, Proh Iupiter, nunc est tempus profectò interfici me.

O quoq; modò accusatiuis iungitur. Cicero, O te felicem Marce Porci, Verg. O fortunatos nimium sua si bona norint Agricolas. Modò nominatiuis. Idem, O fortunati quorum iam moenia surgunt. Seneca, O paupertas felix, quae tanto titulo locum fecit. Teren. in Phor. O uir fortis atq; amicus. Modò uocatiuis. Cicero, O nox illa, quae tenebras attulisti Minime ignorandum tamen eandem in oratione absolute quoq; posse interferi. Ver. Spem gregis ab silice in nuda connixa reliquit.

CONIUNCTIONVM CONSTRUCTIO.

Coniunctionis praecipua uis in iungendis longioris sermonis sensibus est. Itaque nullam constructionis speciem efficit qualè haecenus tractatae partes inter se constructae. Sed est & alia uis eius, qua nimirum in uerba uis habet, ut quorum modum nonnumquam mutat. In alias partes sola fortassis opinione, qua scilicet uideatur etiam casus, generis, numeri, & temporis rationes attingere. Quorum tamen leges ex alijs si quis penitus inspiciat, omnino pendere deprehendet. Prior eius uis ex definitionibus specierum serè patet. Alteram hoc loco tractabimus adiectis nonnullis, quae ad latini sermonis proprietatem pertinent.

Copulae

Copulatiue igitur et disiunctiue casualium dictio-  
num, quæcunq; ad unū referuntur uerbum, similes om-  
nino casus nectunt, Xenophon & Plato fuere æqua-  
les. Socrates docuit Xenophontem & Platonem. Ni-  
si obstet ipsius casualis dictionis ratio ulla priuata, ut  
in his, emi equum centum nummis & pluris. Fui Ro-  
mæ & Thebis. Hor. in arte, In Meti descendat iudicis  
aures, Et patris, & nostras. Aut in illa dicendi figu-  
ra, qualis est Plinij in 8, Choromandorum gentem uo-  
cant Tauroni, syluestrem, sine uoce, stridoris horren-  
di, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.  
Qua figura Columella non semel utitur, Nec si copu-  
latiua particula hic desyderatur, quicquā id refert  
cum necessariò subaudiatur. Parē his uim & illa qua  
tuor habent, quā, nisi, an, præterquā, ut, Alterum ui-  
des, an utrunq;? Est minor natu quā tu. Nemini pla-  
cet nisi sibi, uel præterquā sibi. Eadem copulatiue &  
disiunctiue in adiectiuis præter casum, generis quoq;  
& numeri similitudinem exigunt, ut Socrates fuit mo-  
destus & grauis. Idem nonnulli grammatici de modo  
& tempore in uerbis præsertim diuersis censent, ut,  
Sedeo et Scribo. Sed aliter sæpe deprehendas, ut Ter.  
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres.  
Idem in Eun. Et habetur & referetur à me Thais, ita  
uti merita es, gratia. Cic. ad Att. Confidebam ac mihi  
persuaserā fore, ut omnia placerēt inter uos. Cice.  
Treat. Ex tuis literis & Q. fratri gratias egi, & te  
aliquando collaudare possum. De quatuor tamen ad-



ditis, quàm alijs interdum modis reddit indicatiuum, ut Vtiam cautiore sis, quàm ille fuit, quamuis cautiore sis quàm ille erat. Priuatim quaedã copulatiuæ, sicuti, & cū synonymis, appellatiuis & proprijs, quæ coniungunt, pluralis numeri vim aliquando conferunt, quæ tamen alias solui in singulares possunt, ut Consules erant Cæsar & Bibulus, Consul erat Cæsar & Consul erat Bibulus. Alias nõ possunt, nisi falsum efficiant sensum, ut Duo & tria efficiunt quinque; non enim ita soluas, duo faciunt quinque; et tria faciunt quinque. Et Syrus & Dromo possunt ferre tot pondus. Non tamestatum Syrus potest ferre tot pondus, & Dromo tot pondus. Itẽ animal diuiditur in rationale & irrationale. Nõ tamen animal diuiditur in rationale, & animal diuiditur in irrationale. Itaque dialectici hæc nisi in sensu composito non concedunt. Pluralis vim his quæ coniungunt confert interdum & neque geminata, ut apud Terentium. Hæc si neque ego, neque tu fecimus. Cor. Celsus, Eoquod ex toto neque unum, neque aqua semper utilia sunt.

Neque

Discretiuæ

Ex ijs quas discretiuas appellauimus, aut & uerò, non eadem indeclinabilia secum iungi patiuntur. Verò enim ijs iungi solet, neque, nec, tum, auge, sanè, iam, enim, at, quasi, ceu, nunc: ut neque uerò, nec uerò, tum uerò, auge uerò, sanè uerò, iam uerò, enim uerò, at uerò, quasi uerò, ceu uerò. Rarò cum his iungitur autem.

Verò.

Verò quoque cum pronomine Ego, non tam discretionẽ interim significat, quàm (ut Hermolao placet) confirmationem, pro quinetiam, uel etiã. Pli. Proinde

occur

occupantibus locū faueo, ego uerò & posteris. Quod etiam confirmare uidetur Cicer. ad Att. qui etiā simili ratione utitur, sic scribēs ad Dolabellam, Quemadmodum tibi dicis placere, scripsi diligenter. Ego etiā ad Sicam. Sæpe ueluti in respondēdo adhibetur, significatq; profectō, uel certē, uel potius γὲ græcum. Cic. ad Att. Nam quod scribis te audire, me etiā mentis errore et dolore affici. Mihi uerò meus integra est. Idē Quod laudas, quia obliuisci me scripsi ante facta & dicta nostri amici: ego uerò ita facio. Seneca, Socratē cum Platone & Zenonem & Cleantem in animum meum sine dignatione recipiam? Ego uerò illos ueneror, & tantis nominibus semper assurgo. Cæcil. Plin. ad Fabatum, Adijcis posse eos nongentis milibus uenire ac tanto magis quæris, an quod gessit ratum seruum. Ego uerò seruo. Idem ad Gallū, Quare ego uerò Coreliæ adero promptissimē. Similem usum habet & cum Tu pronomine. Terent. Quem tu uerò uidere uelles Phædria. Et cum Ille pronomine. Cicer. ad Att. De Lepido uerò & Tullio quod quæris, illi uerò non dubitāt, quin Cæsari præsto futuri, in senatumq; uenturi sint. Legitur et cum nominibus. Ter. Illa illico ubi me accepit leta uerò ad se abducit domum. Autem, negationis, Non & porrò, propria uidetur, ut Non autem, Porrò autem. Rarissimē enim legitur Non uerò, ut Cic. de Senect. At ij quidē iam mortui sunt, non uerò tam isti, quām tu ipse nugator &c.

Sed quoq; cum ita, uel tamen uidetur conditionem Sed:



aliquam inuenire. Cic. Att. Scribis enim in cœlū ferri  
 profectiōnē meam: sed ita, si ante calendās Ianuarias  
 redeam. Celsus, Si id nimīū supercreuit, tētanda squa=  
 ma æris est, quæ leuissīma est ex adurentibus, eatenus  
 ne quid eminere patiatur: sed ita si nihil exacerbauit

Diffinitio

Diffunctiue autem in numerū propè nullum ius ha=  
 bent simile copulatiuis, nisi negatiuis particulis succe=  
 dant, sicut Neq; & minime: qua ratione cum plura=  
 tiuis leguntur. ut: apud Vergiliū, Nec tiliæ leues, aut  
 torno rasile buxum, Non formam accipiunt, ferroq;  
 cauantur acuto. Et Corn. Cel. in primo, Minime aut  
 frigus aut calor tuta sunt, ubi subita in suctis sunt.

Rationis  
 Redditiuæ.

Ex rationis redditiuis Quippe, & Vtpote, illud  
 præter alias sui generis proprium habent, quod non  
 nunquā, Qui & cū, sibi comites adiungunt. Quippe,  
 ut in illo antiquo, Quippe qui uesticā plenam uini ha=  
 beant. Et Col. in 12 de Cappari. Quippe quæ res etiā  
 in desertis agris citra rustici operam cōualescit. Cic.  
 in Philip. L. quidē frater eius, utpote qui peregre de=  
 pugnavit, familiam ducit. Sall. Antonius procul abe=  
 rat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus ex=  
 peditos in fugam sequeretur. Ci. Att. Me et incōmoda  
 ualetudo, qua iam emerferam, utpote cū sine febrī  
 laborassem, tenuit. Dixi admittunt. Nam quippe sine  
 his frequentior est in usu, ut Quintilian. Quippe id  
 est homini naturale. Vergil. Quippe domum timet  
 ambiguam. Quippe uerò etiam ubi sibi subijcit. Idem  
 Quippe ubi fas uersum atq; nefas tot bella per orbē.  
 Vtpote

Vt pote uerò & sine ullo uerbo legitur, ut, Claudus est altero crure, ut pote curto. Sed sic rationalis non uidetur, sed potius aduerbium pro ceu uel tanquam. Vt, quoq; de quo alibi loquuti sumus, à quo hæc dicitur, sic positum sæpe legimus: sed semper cum subiunctiui uoce. Quint. Et omnia noua offendit, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendū est. Idem, Nec ignoro igitur, quos transeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim in omnibus esse utilitatis aliquid. Vix cum alio modo ut Quint. Cum me ut cuius interiecto mari non fortunam quisq; nosse, non natales, non patrem poterat. Nisi quis hic eradendum, ut, dicat.

Nam

Huius generis Nam, non tam causam aliquando reddit, quàm ingressum rei signat, ut Terent. Rem omnem à principio audies, eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognoscēs, et quid facere in hac re te uelim. Nam is postquam excessit ex ephebis.

Ergo & igitur breuioribus conclusionibus competit. Cic. in Phil. I. Quis enim aut accusator tam amens reperitur, qui reo condēnato, obijci se multitudini cōductæ uelit: aut iudex, qui reū damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Nō igitur prouocatio ista lege datur. Verg. Huc se prouecti deserto in littore condunt, Nos abiisse rati, & uento petiisse Mycenæ, Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu. Terentius, Ergo precium ob stultitiam fero. Quare et quamobrē, longioribus duntaxat quā coniunctiones sunt, nam aduerbia & interrogatiue acci-

Ergo legi-  
tur



pi, et infinite possunt, ut Quare inuides: Scio quare inuides. Scire tamen licet, Ergo, et igitur ingressum quendam materię nonnunquā significare, ut Verg. Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum: Alternis igitur contendere uersibus ambo Cœperunt.

Aduersati-  
uæ.

Aduersatiuarū Et si, tametsi, etiamsi, & quanq̄, quā uerbis herent, et orationem inchoant, indicatiuos magis postulant. Cic. pro Milone, Et si uereor iudices. Idem, Tametsi iactat ille quidē illud suum arbitrium. Sallust. Quæ tametsi animus aspernabatur. Cic. Att. Quā tibi etiamsi non desyderas, tamen mittā. Quamuis & licet subiunctiuos sepius. Verg. Quamuis multa meis exiret uictima septis. Idem, Quamuis Elysios miretur Græcia campos. Iuuenalis, Molles quod in aure fenestræ Arguerint licet ipse negem. Vergil. Eixerit Acripidem ceruam licet, aut Erimanthi. Iunguntur tamen interim tum ille subiunctiuus, tum hæc finitiuus præsertim orationem non inchoantes. Cicero Lentulo, Quanquā aperte Volcatio assentirentur. Idem. Att. Quanq̄ a meipso non diuellerentur. Quint. Cadi uerò discipulos, quanq̄ illud receptū sit, et Chrysippus non improbet. Cic. Attic. Rhodum uolo puerorū causa, inde quamprimū Athenas, & si Ethesie ualde restauerint. Idē rursum, At primū illud, in quo de Dicearcho mihi assentire negas, & si cupidissime expressum & expeditum a me sit, &c. Hæc postrema etiā futuro absoluto iungitur, cuiuscunq̄ id modi censeras. Cic. At. Quare uelim, & si (ut spero) te hæc legente

legente aliquantulum tū uia processero, tamē obuias  
 mihi literas quā argutissimas de omnibus rebus cre-  
 bro mittas. His omnibus cū priorem sensum tenēt, red-  
 di solet, tamē, ut Quāq̄ hęc inter nos nuper notitia ad-  
 modū est, inde adeo q̄ agrū hīc in proximo mercatus  
 es, tamen uel uirtus tua me uel uicinitas, &c. Hęc  
 etiā interdū sine illis ponitur, quasi in correctiōe eius  
 quod dixeris, et cū, si, ut Oui. de Trist. Nūc in correctū  
 populi peruenit in ora. In populi quicūq̄ si tamen ore  
 mei est. Sed & aliter quoq̄, ut in figuris docebitur.

Cum et coniunctio est continuatiua, aliās pro post-  
 quā, aliās pro quoniam, uel quandoquidem, & copulatiua pro &, sed sequēte tum, et aduersatiua pro  
 quamuis, et temporis aduerbium. Poscit autem ex mo-  
 dis cum temporis est aduerbium, uel indicatiuum, ut  
 Verg. Cū uenit, aulæis iam se regina superbis Cōpo-  
 suit. Cic. Tantum profectō cum a te consulatum rep-  
 tuli, profecti. Verg. Cum dabit amplexus atq; oscula  
 dulcia figet, Vel subiunctiuum, ut Cic. Quintus igitur  
 Legarius, quū esset adhuc nulla belli suspicio, legatus  
 in Africā cum consule Considio est profectus. Verg.  
 Nuper me in littore uidi, Cum placidum uentis staret  
 mare. Cū aduersatiua est, subiunctiuum, ut Cicero,  
 Satis ne constanter facere uideamur, qui cum præcipi  
 nihil posse dicamus tamen alijs de rebus differere so-  
 leamus, & hoc ipso tempore præcepta officij prose-  
 quamur. Cum copulatiua est, et comitē habet tū, pro  
 &.



& uel minus quiddam uel magis generale proponit.  
 Tum uerò maius uel minus generale finitio ferè iun-  
 gitur. Cic. de natura deorum, Cum multæ res in philo-  
 sophia nequaquam adhuc explicatæ sunt, tum per dif-  
 ficilis Brute (quod tu minime ignoras) quæstio est de  
 natura deorū. Sed hic duplex est uerbum. Aliquando  
 unū tantū est, et cui adhæreat, cum, ut. Idem in Tusc.  
 Cū multis locis nostrorum hominum ingenia uirtu-  
 tesq; Brute, soleo mirari, tum maxime in his studijs,  
 quæ sero admodum expetita in hanc ciuitatem è Gra-  
 cia transtulerunt. Aliquando tamen & subiunctio mo-  
 do iunguntur, ut Cic. Att. Nos cum literæ, tum nō mi-  
 nimum Idus Martiæ consolentur. Aliquando hæc nul-  
 li uerbo adhæret, ut in subiectis exēplis. Quint. Quod  
 opus tibi Marcelle Victori dicamus, quē quū amicis-  
 simū, nobis tū eximio literarū amore flagrātē, dignis-  
 simū hoc mutæ inter nos charitatis pignore iudicau-  
 mus. Cic. Cur. Quī cum suis uirtutibus, tum uerò te fe-  
 lio superasset omnīū fortunā, si ei contigisset ut te an-  
 tē uideret, quām è uita discederet. Idem in Verr. Ed-  
 ctum est, uti cū summum in ueteribus patronis mul-  
 tis, tum nonnullum etiam præsidium suis fortunis con-  
 stitutū esse arbitrarētur. Pro quoniam uel quādoqui-  
 dem semper subiunctiuum petit. Cic. pro lege Manil.  
 Quis nauigauit, qui nō se aut mortis, aut seruitutis pe-  
 riculo cōmitteret, cum aut hyeme aut referto prædo-  
 num mari nauigaretur? Ouid. Cū sis officijs Gradi-  
 ue uirilibus aptus, Dic mihi matronæ cur tua festa co-  
 lant.

lant. Pro postquam, tū subiunctiuo, ut Cic. Cum ille homo audacissimus conscientia uictus reticuisset, postremo patefecit. Tum indicatiuo. Idem pro Deiot. Deinde etiam impunius fit, quod quū est factū, negare potest. Quint. Non inutilem scio à præceptoribus meis seruatum morem, qui cum pueros in classes distribuerant, ordinem dicendi secundum uires ingenij dabant.

De Si Diomedes præcipit diminute, ut arbitror, nõ secus ac de Cum. Quippe quo autore finitiuis iūgitur quoties res facta significatur, ut Cicero, Si illustrantur, si erumpunt omnia. Nec enim dubitat, an illustrentur: sed quia illustrantur, suadet, ut mutet Cætilina mentem. Et Vergilius, Si te fata uocant. Item, Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Affirmat enim potuisse. Subiunctiuus uerò quoties conditionalis & incertus est sermo, ueluti, Si facias, Si faceres. Qui enim sic loquitur, non factum interim declarat. Sic Diomedes. Ego tamen finitiuis iunctam in conditione subinde lego, ut Terentius, Si illum relinquo, eius uitæ timeo: sin oppitulor, huius minas. Idem, Pamphile si id facis, hodie me postremum uides. Quintilianus, Iam si minor in eligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in qua probra nefandi homines isto cedendi iure abutantur. Salustius, Equidem ego uobis regnum trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum.

Num igitur ita potius præcipiendum: Cum res facta significatur, finitiuis adijcit, ut in memoratis exemplis.



plis. Cum potentialis in apodosi, id est, reddita eius  
 subijcitur, potentiali uel subiunctiuo iungitur. Quintil.  
 Nec si rationem syderū ignoret, poetas intelligat. Ci.  
 Si esset in his fides, in quibus summa esse debebat, nō  
 laboremus. Aliter uero, nisi pro quamuis accipiatur,  
 finitiuis subiunctiuisq; indifferenter, idq; merito, cum  
 duarum Græcarum & ε̄ exp̄ apud nos locum explē-  
 at quarum altera sepe finitiuis, altera subiunctiuis a-  
 struitur. Cic. Si uales, bene est. Terent. Orare iussit he-  
 ra, si se ames, iā ut ad se uenias. Pro quamuis uerō sub-  
 iunctiuis iungitur. Terent. Non si capiundos mihi om-  
 nes homines inimicos sciam. Idem, Redeam; non si me  
 obsecret. Si tamē cum Quis, indicatio ferē iungitur.  
 Quint. Instit. Deinde si cui est mens tam illiberalis, ut  
 obiurgatiōe nō corrigatur, is etiam ad plagas ut pes-  
 sima quoq; mancipia, durabitur; et, Si quis in hoc ar-  
 tem populo non nouit amandi. Huic nonnunquam sub-  
 ijcitur, Sim, quū dictorū ferē est oppositio, ut in supra  
 dicto exemplo, Si illum relinquo, eius uitæ timeo: sin-  
 opitulator huius mimas. Et longiore aliquando interual-  
 lo sicut in illo eiusdem, Si propter amorem uxore non-  
 lit ducere, ea primum ab illo animaduertenda iniuria  
 est. Et nunc id operā do, ut per falsas nuptias uera ob-  
 iurgandi causa sit, si deneget, simul sceleratus Dauus  
 si quod consilij habet, ut consumat nūc, quum nihil ob-  
 sint doli, quem ego credo, manibus pedibusq; obnixē  
 omnia facturum, magis id adeo, mihi ut incommodet,  
 quā at obsequatur gnato, Quapropter? Rogas? Ma-

la mens, malus animus, quem quidem ego si sensero.  
 Sed quid opus est uerbis? Sin eueniat quod uolo, in  
 Pamphilo nihil sit moræ. Nam ita rectissime, ut mi- Terentii  
 hi uidetur, Grocinus locum correxit. Significat autē locus  
 Sin, si uero, uel, sed si, Adhibetur & ubi non tam liqui  
 do cernitur dictorum oppositio, ut in illo Ciceronis  
 ad Atticum, Tu si modo es Romæ (uix enim puto)  
 fin es, hoc uehementer aduertat uelim. Ponitur ali-  
 quando, & Sin, sine, si, ut Terentius Adelph. Hoc reli-  
 quum est, sin inficias ibit, testis mecū est anulus, quem  
 ipse amiserat.

Ni, & nisi, tum præcedentes, tum sequentes, finitiuis  
 & subiunctiuis iungi possunt. Teren. Pamphilam er- Ni Nisi  
 go huc redde, nisi ui mauis eripi. Idem, Nonne satis est  
 hoc tibi solidū uisum gaudium, nisi me lactasses aman-  
 tem, & falsa spe produceres? Etiam potenciali siue  
 optatiuo, si utiq; sōbū quod in apodosi redditur, po-  
 tentialis sit modi. Verg. Ni faciat maria ac terras cœ-  
 lumq; profundum Quippe ferant rapidi. Terent. Dic  
 mihi si omnes hunc coniectum in nuptias inimici uel-  
 lent, quod nisi hoc consilium darent? In ea tamen figū-  
 ra, quam exemplis subiiciemus indicatiuis semper iun-  
 guntur? Tere. Hac nō successit, alia aggrediamur uia  
 nisi id putas, quia primo processit parū, nō posse iam  
 ad salutem conuerti hoc malum. Cicero pro Milone,  
 Vobis illæ uobis, uestro in conspectu ferè, sed iustæ ta-  
 men et debitæ poenæ solutæ sunt, nisi forte hoc etiā fa-  
 ctum esse dicimus. Sall. Frustra autem niti, neq; aliud  
 se



se fatigādo nisi odiū querere, extremæ dementia est, nisi forte quē in honesta et pernicioſa libido tenet, potentia paucorū decus atq; libertatem gratificare suā.

Siue, cum ex Si & ue compositum sit duorum generum uim simul obtinere uidetur. Itaq; cū orationem inchoat, minime mirum est, si præter morem aliarum coniunctionum, tres minimum sensus postulat, cum & si continuatiua suā apodosin, & Ve alteram disunctionem exigat: ut, Siue me amas siue odisti, nō magni aestimo. Aliquando quatuor. Ouid. Siue quis Antilochū narrabat ab Hectore uictum, Antilochus nostri causa timoris erat, Siue Menœtiadem falsis cecidisse sub armis, Flebam successu posse carere dolos. In qua figura notandum est solere eleganter cum protasisibus apodoses misceri.

**Postquam:** Postquam Diomede autore non diuisa, finitiuis iungitur, ut Tere. Postquam amans accessit unus et itē alter, Et postquam excessit ex exphebis. Ver. Postquam te fata tulere. Diuisa subiunctiuis. Ci. Postea quā maximas exedificasset, exornassetq; classes. Cæterum, legitur arbitrator et cum subiunctiuis nō diuisa, ut Pli. nat. hist. Sed siue antequam uer præuenerit, siue postquam hycemarit, post eam diē, inquam, innumera rusticos cura distriyat. Et diuisum cū indicatiuis, ut Ci. Ap. pio, Postea uerō q̄ ita cœpi. Idem Plan. Et absui proficiscēs in Græciam, et posteaquam de meo cursu, reipsum uoce reuocatus, nūquam per M. Antoniū quietus fui. Legitur aut̄ in diuisione non solū interposito pronomine,

nomine ea, sed etiam alijs, nec sine gratia, idq; siue post, aduerbium sit, siue præpositio relata ad tempus, ut Hircius siue Pansa in Comment. Post diem tertium quam Africam attigit. Cato de re Rust. Post tridie aut post diem tertium quâ lecta erit, Cic. Att. Quatuordecim annis post prætor est factus Tuditanus quam consul Minutius.

Vbi quoq; cum synonymos huius est, tum indicatiuis iungitur. Vergilius, Hæc ubi dicta dedit. Tum subiunctiuus, ut Idem, Ille ubi nascentem maculis variauerit orbem. Nisi id futurum absolutum dicas, ut in illo Ter. Vbi nos lauerimus, si uoles, lauato.

Rursus antequam (ut idem Diomedes inquit) cum diuisa legitur, subiunctiuus iungitur, ut Cicer. Antequam de re pub. patres conscripti dicam, Diuisa finitiuis. Ver. Ante pudor quam te uiolo: At ego tum diuisam, tum coniunctam utriusque modo additam lego. Cic. Antequam proxime discessi. Idem Att. Si quenu nactus fueris, qui perferat literas, des antequam discedimus. Idem ad eundem, Quod putasti fore, ut antequam istuc uenirem, Pompeium uiderem, factum ita est. Rursum diuisa subiunctiuus. Verg. Neq; ante Falcem maturis quisquam supponat aristis, Quam Cæteri torta redimitus tempora quercu Det motus in compositos, & carmina dicat. Idem, Ante nouis ru-beant quam prata coloribus.

Priusquam tum subiunctiuus subiicit sibi, ut Sallust. Priusquam incipias, consulto, et ubi consolueris, mature Priusquam  
n factu.



facto opus est, Tum indicatiuos. Cice. Philip. Priusquam de repub. dicere incipio, pauca querar de he-

Quod cau-  
salis:

sterna M. Antonij iniuria. Ter. priusquam pereo.  
 Quod causalis pro quia, frequētius subiunctiuū sibi  
 subiicit. Cic. At. Et accersam, sed prohibebo qđ intelli-  
 gā multo magis interesse tua, te agere qđ agendū es-  
 set hoc tēpore, qđ mea, te adesse comitijs. Idē, Mihi qđ  
 defendisē, leuiter succensuit. Sed et indicatiuū. Idem  
 Quod non tam interfuit meo. Neq; enim illæ res etc,  
 quam reip. Quod erant quidam improbi, qui conten-  
 tionem fore aliquā mihi cum Pompeio ex illarū re-  
 rū dissensione arbitrarentur. Idē, Senatuscōsulta duo  
 facta sunt odiosa, quod in consulē facta putantur, Ca-  
 tone & Donato postulante. De Quod formali dixi-  
 mus nonnihil in constructione uerbi. Illud tamen hoc  
 loco addendū non frustra uidetur, quod quamuis ibi  
 sub autore Laurentio dixerimus, post quoddam uer-  
 borū genus infinitū per Quod solui, & sequens uer-  
 bum uel indicatiuum uel subiunctiuū, ut, Gaudeo quod  
 scribis & scribas, non tamen uidetur id in omnibus  
 seruari temporibus. Nam ut Gaudeo quod scribis &  
 scribas, recte dixeris, ita nescio an gaudeo quod scri-  
 bebas & scriberes, dixeris, præsertim subiunctiuē,  
 Nam potentialiter sic dici dubiū non est. Dubito non  
 minus, an gaudeo qđ scribes & scripseris, subiunctiuē  
 dixeris. Absoluto uero futuro sic dubitari non potest.

Quam electiua subiunctiuo iūgitur, ut Aliud hone-  
 stum iudicas, quam philosophi statuunt. Sed & indi-  
 catiuo

catino. Cicero Att. Quem iam etiam grauius accusas,  
 quam patitur tua consuetudo, Hæc cum duobus ac &  
 atq; uarijs particulis pro uarijs significatis succedunt  
 Nam & comparatiuis, ut Plautus Merc. Amicior mi-  
 bi nullus uiuit, atq; is est. Tere. Non Apollinis magis  
 uerum atq; hoc responsum est. Et uerbis, cuiusmodi  
 sunt Præsto, Præualeo, ut, Præstat honeste mori, quam  
 inhoneste uiuere. Item post alius & diuersus. Teren.  
 Andria, Alium censes nunc me, atq; olim cum dabam.  
 Idem, Aliud mihi respondes, ac rogo. Quintil. Instit.  
 Pransus quoq; ac potus diuersum ualent q̄ indicant.  
 Post secus, aliter, contra, & supra, Verg. Haud secus  
 ac iusi faciunt. Cic. de Orat. Quoniam cœpi secus a-  
 gere atq; initio dixerã. Idem in Verr. Quod iste ali-  
 ter atq; uti dixerat, decreuisse. Vbi signandum parti-  
 culam atq; etiam. Vt secũ accipere, ut exemplum do-  
 cet. Salust. Vbi uidet Catilinam contra ac ratus erat,  
 contendere. Idem, Supra quam cuiquam credibile est.  
 Post Similiter, item, æquẽ, perinde, pariter, & iuxta,  
 sed sic propositæ tres particule, p̄ ut uel sicut, aduer-  
 bjs accipiuntur, Ci. Phil. Neq; enim illũ similiter atq;  
 ipse eram, commotum uidi. Varro de lingua Lat. Ana-  
 logia nõ item ea definienda, quæ dirigitur ad naturã  
 uerborum, atq; illa quæ ad usum loquendi. Terentius  
 Andria, Quis miser æque est, atq; ego sum? Cice. Cu-  
 rioni, Cui charus æquẽ sis ac iucundus, ac fuisti pa-  
 tri. Plautus Aulul. Nunquam æque patri nunciũ le-  
 pidum attulit, quam ego nunc mea heræ nunciabo.



Titus Liuius, Perinde ac urbe capta. Huic redditur et quasi, ut Idem, Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Plaut. Menech. Pariter hoc atq; alias res soles, Salu. Iugurth. Præterea transuersi itineribus quotidie castra mouere, iuxta ac si hostes adessent. Titus Liuius, Trucidant inermes iuxta ac armatos. Post nomina, Similis, dissimilis, par, & unum pronomē. Idem, sed eiusmodi particulis pro qualis acceptis. Terent. Phor. Ne simili utamur fortuna atq; usi sumus Caesar' Comm. Hortatur eos ut simili ratione atq; ipse fecerit, suas iniurias persequantur. Cicero Attido. Aut quiescendum, quod non dissimile est atq; ire Solonium aut Antium, pro simile quale. Cicero de nat. deorum, Neq; mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecū fuit. Sed hic particulā ac, per copulatiuam interpretari licet, sicut in illo Tit. Liuij, ipsa re intelligitis nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. Cat. de re Rust, Pomariū seminariū ad eundē modū atq; oleaginū facito. Hic atq; uel per et uel per quo interpretandū. Legitur etiā pro eo ac, & pro eo atq;, pro, ita ut, pro sic ut, uel perinde, ut Ser. Sul. Cice. Sanequam pro eo ac debui, grauius molesteq; tuli. Et Vlp. Iuriscon. Si quis ex testibus nomen non adscripserit, ueruntamen signarit, pro eo est ac si adhibitus non esset. Idem pro eo habendum est, atq; si nullo iure factum esset.

Dubitati-  
ue coniu-  
ctiones;

Dubitatiue coniunctiones an, & ue & indicatiuis iunguntur, ut Est ne ea intus? Et, An in Astu uenit? aliud

aliud ex alio malum. Verg. 4, Verane te facies, uerus mihi nuntius affers? & potentialibus. Idem, An mare quod supra memorem, quodq; alluit infra. Idem, An quicquam nobis tali sit munere maius? Cic. ad Attic. An libertinis atq; etiã seruis seruiamus? An mihi minus non faceret fidem? An dubitatiua, sicut utrũ, eius synonymos, aliquando in solutionibus & interpretationibus adhibetur, ubi scilicet hæc duplices afferuntur, neutra prælata, ut Donatus in illo Adelp. iube nunc dinumeret Babylo illi uiginti minas. Cui, inquit, illi Ctesiphoni, an lenoni, an Aeschino, an Syro? Et statim, An inquit fratrem Babylonẽ nimia ob libertatem uocet, an Aeschinũ nimis prodigum? Item in illo, Omnia hæc aufert mater, An inquit, nutrix, an uera mater? Gell. Cur æquẽ ex niue glaciẽ uel liquatæ sunt uitiose? An quia cum aqua quæuis gelu concrefcit, eius pars tenuissima difflatur? In His notare licet duplicis modi uisum: Subiunctiui, ut illo Donati, An uocet, quod latinus uidetur: & indicatiui, ut in exemplo Gellij, quod more potius dictũ uidetur cum, an, & utrum, partitule in tali genere infinita uideantur sub uerbo aliquo subaudito, uide uel æstima.

Vt perfectiua uel absolutiua de præterito quidẽ potentiali iungitur, ut, aderam, ut uiderem. Ter. Filium perduxere illuc secum, ut una esset mecum. De præsentis uel futuro, subiunctiuis. Tere. Et nunc id operãdo, ut per falsas nuptias uera obiurgandi causa sit, si deneget. Idem, Te oro Daue, ut redeat iam in uiam.



Eisdem modis additur & pro. Ne non, post uerba timoris. Teren. Metuo ut substet hospes, & Metuebam ut substaret. Cicero Attico, Accepi enim a te literas, quibus uereri uideris, ut epistolas illas acceperim. Ut concedentis, pro dato quod, uel concesso quod, uel, ut alqui interpretantur, pro quamuis, subiunctiuus iungitur. Cicero Phil. Legem illam appellare fas non est & ut sit lex, non debemus illam Hircij. putare. Idem Attico, Nam quid de me dicam cui ut omnia contingas quae uolo, leuari non possum? Pro utpote quoque; subiunctiuus iungitur, ut supra notauimus.

Pro postquam indicatiuis. Cic. Bruto, Ut ab urbe discessi, nullam inter misi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Ouid. de Ponto, Nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures, Ut sumus in ponto, perueniatque precor. Ut pro quemadmodum, uel sicut aduerbium est, & finitiuis iungitur, ut Tere. Tu tamen has nuptias perge facere ita ut facis. Aliter quoque; pro sicut indicatiuis, ut in illa figura dicendi, cuiusmodi est illa Caesaris, Horum autoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita & repentina consilia, pro sicut sunt Et Terent. Credo ut est dementia. Et eiusdem, Tu ut tempus est dici, uide sis ne quo hinc longius abeas. Nam in illo Ciceronis, Multae ut in homine Romano literae, paulo aliter accipi uidetur. Item interrogatiuus, pro quomodo. Cic. Ut sustinuit? Imo uero ut contempsit? Potest pro quomodo uel quemadmodum & potentialem recipere, ueluti, ut fecisses? & Fac ita ut fecisses

ciffes. De, Ut optandi, & ut apostatico dictum in ad-  
uerbio est,

Hoc loco quoniã sub hac rationis parte plures sen- Variorum  
temporuna  
connexio  
sus cum suis uerbis committuntur, non intempestiuè  
præcipiendum nobis esse de uariorum temporum in-  
ter se connexione. Sed quum idem in methodo docen-  
di ad tyronum exercitationem iam latius proposue-  
rimus, hic specimen duntaxat rei posuisse contenti eri-  
mus. Potest igitur spectari circa omnes fere coniu-  
ctiones eiusmodi temporum connexio. Verbi gratia  
circa, *Quod εἰδὲν ὁρῶ.*

Dico quod scribis, & scribas uel non scribas in fi-  
nitio & subiunctiuo. Et quod scribebas & scribe-  
res, in indicatiuo et potentiali. Et quod scripsisti, non  
autem quod scripseris saltem in præterito. Et quod  
scripseras & scripsisses, sed hoc posterius in poten-  
tiali tantum. Et quod scribes & scripseris, sed secun-  
dum in futuro exacto siue absoluto.

Iterum dicebam quod scribebas & scriberes, tum  
subiunctiuè, tum potentialiter. Et quod scripsisti tan-  
tum indicatiuè. Et quod scripseras & scripsisses, &  
subiunctiuè & potentialiter. Et quod scribes, & scri-  
pseris, in futuro exacto tantum.

Dixi quod scribis & scribas. Et quod scribebas &  
scriberes, & subiunctiuè & potentialiter. Et quod scri-  
psisti an etiam q̄ scripseris, æstimandū. Et q̄ scripse-  
ras et scripsisses, altero in subiunctiuo & potentiali.  
Et quod scribes et scripseris, in exacto futuro tantum



Dixeram quod scribis & scribas. Et quod scribebas & scriberes, tam in subiunctiuo quam potentialli. Et quod scripsisti & scripseris. Et quod scripseras & scripsisses, in potentialli & subiunctiuo. Et quod scribes & scripseris, in exacto futuro.

Dicam quod scribis & scribas. Et quod scribebas, & in potentialli tantum scriberes. Et quod scripsisti, estimandum autem an etiam quod scripseris. In passiuo dubium non est, dicam quod scriptū aliquid a te sit. Et quod scripseris, et potentialiter scripsisses. Et quod scribes & scripseras, in exacto futuro tantum.

Suadeo ut scribas, et in potentialli tantum ut scriberes. Et in præterito simili futuro exacto, ut scripseris non autem ut scripsisses, nec ut scripseris in futuro.

Suadebam ut scribas et scriberes: ut scripseris autē nec in præterito, nec in alterutro futuro, ut scripsisses uero, potentialiter tantum. Rursus suasi ut scribas, & potentialiter, ut scriberes & scripsisses, ut scripseris autem, nullo arbitror nec modo nec tempore.

Suaseram ut scribas, & in potentialli, ut scriberes & scripsisses, non ut scripseris.

Suadebo ut scribas, non autem ut scriberes aut scripsisses. Et in futuro exacto, ut scripseris. Similis ratio in alijs debet, sed cū acri omnino iudicio.

## CONIUNCTIONVM ORDO

ORdo in coniunctionibus uarie spectatur, Sūt enim aliæ quæ præponi sibi aliquam dictionem omnino nolunt, ut quæ Encliticæ dicuntur. Quæ, ue, ne, pro  
alt,

an, quoq; quidem, autem, uero Reliquæ omnes pri-  
 mum ipse locum in sensu suo uendicant. Exceptis his  
 Namq; etenim, siquidem, ergo, & igitur, quæ tranla-  
 titium situm habent. Rursus aliæ sunt quæ sensum in  
 quo habetur præponi alteri sensui naturaliter uolūt  
 ueluti Continuatiuæ, ut Si, nisi. Subcontinuatiuæ, ut,  
 Quoniam, quum. Et aduersatiuæ potissimum, quum  
 eas sequitur, tamen, ut quanquam, quamuis: etsi, licet.  
 Præterea, Ne, quum eam, An, uel, Ne sequitur=  
 Leguntur tamen Continuatiuæ, Subcontinuatiuæ, &  
 Aduersatiuæ subinde secundo loco cum suo sensu, po-  
 sitæ, sed est tum inuersus earum ordo, quum priorē lo-  
 cū natura postulent, Declarat ita esse, quod ubi secū-  
 dū sensum tenent, ilico sunt inferendæ, ne si distinctio  
 nis mora intercedat auditor ad ipsarū sensum non sit  
 attentus, naturali scilicet earum ui, qua con-  
 sequentiam sensibus conferunt,  
 omnino uanescente.

FINIS LIBRI V

¶ 5

THOMAE



DE EMEND. STRVCT.  
THOMAE LINACRI

DE EMENDATA STRVCTV.

ctura, siue de constructionis figuris,

Liber sextus.



Tque ita quidem ad sensum  
animi prodendū, iusta se habet  
partium inter se constructio.  
Cuius uitiū generali uocabu-  
lo Solæcismus dicitur. Id in  
tribus ad summum generibus  
spectatur, Numero, ordine, &  
immutacione. Quorū tamen certæ rationes sunt, quæ  
quod publice, ab illustribus autoribus, uel necessitate,  
uel singulari cōmoditate, frequentantur, figura, pro  
uitijs sunt appellatæ. De his Grammatico non minus  
certe q̄ de recto genere agendū. Ad numerum igitur  
referantur, quæ in defectu atq; excessu consistūt. Pri-  
oris generis sunt Eclipsis, Apopsiæpesis, Zeugma, Syl-  
lepsis, prolepsis, et Anapòdoton. Posterioris Pleonasm-  
os, & sub eo Parelcon, & Epanelepsis. Ad ordinem  
spectant Hyperbaton, & quæ sub eo sunt, Anastrophe  
& Synchisis, immutatio ipsa est Enallage. De his or-  
dine deinceps agemus, non in uniuersum tantū & stri-  
ctim, sicuti Grammatici hactenus fecerunt, solis defi-  
nitionibus cū exēplo contēti, sed particulatim & dif-  
fuse, quo simul confusionē omnē discutiam, simul di-  
scētes ex. rccā, qui his præceptis, reliqua similis ge-  
neris

neris quæcūq; in lectiōe occurrēt, facile (arbitror) deprehendent. In quo tamen nō dubito fore, qui hāc meam diligentiam, ut nimiam reprehendant. Sed ij potissimum erunt, qui cum ea quæ trademus ipsi sint consecuti, aliorum conditionis immemores, aut superflua putabunt, quibus ipsi non egent, aut minuta & indigna præcepta, quæ legere, ut noua non possunt. Ego sane minuta ea & tenuia fateor, si cum maioribus & grauioribus conferantur, sicuti totam artem si cū potioribus studijs. Cæterum tanta esse ea contenderim, ut sine ijs omnis sermo rudis & puerilis plane sit, ne dum parum latinus. A quibus incommodis, quod ad hanc artem pertinet, horum tantum ope uindictatur, quæ omnem planè sermonē ad eundem perpetuo modum se alius habentem, non solū aliqua nouitatis gratia excitatā commendant, sed etiam, mea quidem sententia, uelut coloribus ornant, & ut sic dicam luminibus quibusdam nō secus ac Rhetorū figuræ illustrant, sicuti in suis locis fortassis admonebimus. Qua fiducia ipse contra istorum censuram securus, institutum meū quod discentium causa suscepi, prosequar.

Secantur igitur quæ in defectu consistunt in duplex genus. Alibi enim foris petendum est, quod desit, ut in Eclipsi, & Aposiopesi. Alibi ex proximo mutuandum, ut in reliquis. Est enim eclipsis dictionis ad legitimam constructionem necessaria in sensu defectus, sed quæ cum foris sit petenda, uel consuetudine authorum subaudiri solet, uel quia ex cæteris uerbis est



est certa. Quæ maximè ratione Quint. (ut mihi uideatur) Synechdochè appellat, quæ alioqui Eclipsin pro uitio habeat. Sed quæ sit alias synechdoche maiore sui parte tropus, nobis hanc eius partem cum grammaticis Eclipsin, si non tam apposita, at certe recepta iam uoce potius appellare liceat, quam figuram simul et tropum (qui ad grammaticum omnino non spectat) uno nomine confundere. Est ergo Eclipsis omnium orationis partium communis, ut per singulas indicabimus. Quippe nomina nec generis unius, nec uno modo ad constructionis numeros requiruntur, ut in subiectis patebit exemplis. Nam et appellatiua desiderata uideas.

Templum uel ades, ut in illis, Ad Vestæ, ad Opes, ad Dianæ, ad Veneris. Cicero Philip. Vbi est septiet milies sestertium, quod in tabulis quæ sunt ad Opes patebat. Terent. Vbi ad Dianæ ueneris, ito ad dexteram. Horat. Ventum erat ad Vestæ.

Naui:

Naui, ut in illis. Cic. Tu si ita expedit, uelim bona et certa tempestate conscendas, ad meque uenias. Idem, Epheso conscendentes hanc epistolam dedimus. Idem, Hæc ego conscendens è Pompeiano, tribui actuariolis.

Via:

Via, ut in talibus, Ter. Cur non recta introisti? Idem Postidie ad animum recta pergit: Cic. Recta uenit ad me. Aliquando apponitur, ut Cicero, Si mihi inimico, ut predicæ tuo conflare uis inuidiam, recta uia perge in exilium.

Litteræ:

Litteræ, ut in illo Ciceronis ad Att., Acceperam autem satis celeriter Iconij per publicanorum tabellarios à

Lentuli

Lentuli triumpho datas. In his illud confirmas & cct.

Iter, ut in talibus. Cicer. Nos in castra properabamus, quae aberant bidui, pro biduum itinere.

Voluntas uel propositum. Cicero ad uxorem, Cum in animo haberet nauigandi.

Frondes uel simili aliquid. Ouidius, Immoderata pati tam frigora iamque calores, Sternere uel nuda posse super silice,

Tentoria, uel pelles. Caesar, usque eo ut qui sub ualle tenderent, mercatoris recipiendi sui facultatem non haberent, Verg. Hic seuius tendebat Achilles.

Prædium in talibus, Suburbanum, Tusculanum, Oriculanum Cæcil. Plin. Quantum copiarum in, Oriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo.

Partes, ut in talibus. Quintil. Quamuis ei secundas fere Grammaticorum consensus deferat. Idem, Secundas confessione plurimorum Philetas occupauit. Tercient. Non posteriores feram,

Caro ut in illis, cum absolute usurpantur, Suilla, bu-bulla, ouilla, caprina, ferina. Celsus, Inter domesticas uero quadrupedes leuissima suilla est, grauiissima bu-bula. Ver. Implentur ueteris Bacchi, pinguisque ferinae Rarissime additur his uocabulum carnis, ut Sal. Getulis cibus erat caro ferina. Idem, Numidae plerumque lacte & ferina carne uescebantur.

Febris, ut in illis, Tertiana, quartana, quotidiana, cum absolute usurpantur, Suetonius in Cesare, Quam morbo quartanae aggrauante.

Taberna



Taberna

Taberna, ut in illis, Sutrina, Pistrina, etiam medicata, quæ (ut Donatus ait) ad tabernam referebant ueteres, ut Plau. Amphitri. In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras. Nunc pro appellatiuis accipi uidentur. Ceterum adiectiua fuisse confirmat illud Plinij, Vnum laudibus eius dicauit uolumen Hippocrates clarissimus medicinæ scientiæ. Legitur medicina & pro medela.

Pecunia

Pecunia, quo nomine (ut Laure. uult) omnia quibus diuitiæ constant, continentur ut post participium repetundarum. Suetonius, Dolabellam consularem & triumphalem uirum repetundarum postulauit. Declarat eius appellatiui defectum, quod aliquando adhibetur, ut Caluus ex Quin. Non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam maiestatis, neq; maiestatis magis, quam Plautiæ legis.

Nūmus

Nūmus, ut in illo Varronis, Denarius, quod Denos æris ualebit.

Sestertius  
Verbū uel  
Sermo.

Sestertius quoq; ut paulò infra dicitur.

Verbum uel sermo, ut in talibus, Quid multis moror? Quid multa? Paucis te uolo. Cicero, Paucis compectar, differam pluribus.

Seruus uel  
Minister

Seruus uel minister, ut in illis circutionibus, A pedibus, circum pedes, à manu, ad manum, à secretis, à libellis. Ut sit seruus uel minister à pedibus, à manu, uel ad manum.

Recordatio

Recordatio, ut in illo cum similibus, Vbi eius aduentu uenit in mentem

passus

Passus, ut Caesar de Britannia, huius est longitudo Passus  
lateris, ut illorum fert opinio septingentorum milliū:  
pro milliū passuū. Mar. Te tamen ut uideam, duo mil  
lia nō ire piget: Vt te non uideam, qua: uor ire piget  
Homo, in talibus elocutionibus, quales sunt, Ferūt  
dicant, aiunt. Ter. Ita aiunt. Idem, Ita predicant. Cice. Homō

Et Xenophontis uoce musas quasi locutas ferūt. Oui.  
Quem dixere chaos. Etiam ante prouocabulū. Qui,  
in illo loquendi genere, quale est Iustini, Sternūtq; om  
nia, ut qui sciunt se pugnare nō spe uictoriae, sed ultio  
nis. Te. Ita tum discedo, ut qui se filiam neget daturū:  
pro eo quod est ab homine qui, uel, ut Prisciano pla  
cet, ab illo qui. Item post adiectiuorum quae etiam de  
hominibus dicūtur, masculina, ubi sine appellatio le  
guntur, ut Græcus, Italus, Britannus grammaticus, di  
alecticus, iustus, amicus, familiaris, liber, necessarius,  
& quis. Quorum passim sunt exempla.

Homines uel populi, ut post nomina patria, sicut Pa  
risij, Morini, Catij, Brutij. Plin. quarto nat. hist. Dein  
de Manapij, Morini, Oromansaci iūcti pago, qui Cer  
tiacus uocatur. Britanni, Ambiani & c. Homines  
uel populū

Sūt qui adiectiua hęc, quae per Eclipsin unius  
alteriusue appellatiui absolute pronunciare dicimus,  
appellatiua dici malint: quibus nihil prescribimus,  
sed sine ulla, ut spero, artis Grammaticae fraude libe  
ram opinionem permittimus, dum ne ignorent;  
quam adiectiuorum natura deponent Enallagen sal  
tem esse: quum alioqui pro ambiguis, id est, quae mo  
do



320 DE EMEND. STRVCT,  
do appellatiua, modo adiectiua sunt, à Grammaticis  
non notentur.

**Domestici**  
us uel mi-  
nister.

Domesticus, familiaris, uel minister, uel famulus, post  
possessiua pronomia, cū sine appellatiuis uel proprijs  
uirili genere leguntur. Cæcilius Plin. ad Pompeium  
Celerem, Hoc tamen differt, quòd sollicitius & inten-  
tius tui me quàm mei recipiunt. Cicero Valerio, Nā  
illò si ueneris, tanquam Vlysses, cognosces tuorum  
neminem.

**Officiū:** Et officii post eadem pronomina, cū in neutro le-  
guntur sola. Tere. Tuum est, si quid præter spem eue-  
nit mihi ignoscere. Aliquando adiungitur, ut Nunc  
tuum est officium, has bene ut asimules nuptias,

**Tempus.**

Tempus ut in talibus, Ex quo, ex eo, ex illo. Vergil.  
Impius ex quo Tytides. Idem, Ex illo fluere, ac retro  
sublapsa referri. Sueto. Domit. Neq; cessauit ex eo  
insidias struere fratri: pro ex quo, illo, & eo tempore  
Et in illo Vergilij, Hosti ante expectatum positus stat  
in agmine castris, pro ante expectatum tempus, Sic di-  
ci post ea, & post illa uidentur. Terentius, Tute post  
scis illa, quàm intimum habeam te.

**Mensis:**

Mensis, ut post adiectiua illa Ianuarius, Februarius,  
Quintilis, September: ut Calendis Ianuarij: pro men-  
sis Ianuarij. Nam quod adiectiua hæc sint, declarat  
quod intransitiue cum appellatiuis iunguntur, ut cū  
dicimus Nonas, Calendas, uel Idus Ianuarias, Quinti-  
les, uel Septembres.

**Dies uel  
lux:**

Dies, ut apud Ouidium, Bruma noui prima est uete-  
ris &

risq; nouissima solis. Vergilius, Meus est natalis Iola,  
Dies uel lux, ut cum dicimus, illuxit.

Factum quoq; in illo Ciceronis simul audiendum Factum  
Laurentius censet. Obsuit plurimum eo tempore con-  
sulum, siue stultitiã, siue malitiam dicere oportet. ut  
sit, Obsuit consulu factum, siue illud stultitiam, &c.

Appellatiuũ aliquod cognatæ significationis cū uer-  
bo, ut in illis, Ad uesperas cit, diescit: nisi quis nomina  
tium, deus, subaudiri mauult, sicut ante illa, pluit,  
grandinat, ningit, tonat, quæ uulgus Grammaticorum  
Gredorum ac Latinorum ad deum referunt, ut sit,  
Deus pluit, ningit, grandinat: quanquam leguntur  
hec apud ueteres & sub alijs nominatiuis. Staius  
Theb. Saxapluunt. Verg. Georg. Tantum pluit ilice  
glandis. Tibullus, Multus ut in terris deplueritq; la-  
pis. plinius, Effigies quæ pluerat, spongarium serẽ  
similis fuerat. Mibi certe cum his quoq; si per gram-  
maticos, qui iam occuparunt, integrum sit, aliquiã  
eiusdem significationis subaudiri non displiceat, ut  
Grando, pluuia, tonitrus, nix. Cum præsertim diuer-  
sarum nationum idiomata, ipsa rei natura, ut uidetur  
impellente, tãlia subaudiant.

Appellatiuum aliquod eiusdem significationis, &  
cũ absolutorum ceterorũq; neutrorũ passiuis ijs, quæ  
nos genus uocamus tertium passiuorum, subaudiri,  
Apollonio ac Prisciano placere uideo: ut cum sede-  
tur, sessio: cum curritur, cursus. Huius enim ex 8 uer-  
ba sunt, Sed si quis & hæc omnia impersonalia uelit

Appellati-  
uum cogna-  
tæ signifi-  
cationis cū  
uerbo:

Item appell-  
latiuũ eius-  
dem signifi-  
cationis cū  
uerbo:



penitus inspicere, ad ipsas res uerborū referuntur, et sunt tertiæ personæ, etiā si prima et secunda deficiantur. Illius uerba paulō infra Priscianus ipse subiecit. Mihi certe religio est, ob delicias ne dicam iniquitatem corū qui Græce nesciūt, Græcorum uerborū nisi res impense exigat, quod non breuissimū sit inserere. Sed si quem tantorū uirorum authoritas mouet, non uideo cur is uerba huiusmodi impersonalia statuat, potius quam personalia per defectum nominatiui, qui uidelicet certus est. ritu aliorū, de quibus modo egimus, semper prolata. Nam qui ab hoc eiusdem significationis nominatiuo diuersus est, is utpote incertus, plane proferendus est, ut Ouid. Iā tertia uiuitur etas. Et, Tota mihi dormitur hyems. Quod si hæc probabilia uidentur (ut mihi plane uidetur) non uideo quomodo hoc uerborū genus, à quocunq; etiā uerbo declinetur, transire in accusatiuū possit, ne si principale quidē in duplicē transeat, alterū personæ, alterum rei ut Doceo, oro. Non enim oratur te, uel oratur regē, nec oratur pacē dixeris, si uidelicet oratio pronominatiuo intelligitur, nisi quis tā demens sit, ut oratio oratur regē, uel pacē dici posse putet. Ad eundē modū, nec docetur te uel Grammatia, nisi etiam doctio docetur te uel Grammatica, dici possit, quod absurdissimū sit. Quare si quæ apud autores huius figuræ leguntur, uel suspecta sūt, uel alia quapiā ratiōe curāda Eiusdem significationis appellatio et post absoluta per o, finita subauditur, iisdem authoribus. Post

Item appellatio eiusdem significationis cum uerbo.

circo

curro, cursus. Post uiuo, uita. Itaq; nec profertur cum certum sit. Quod diuersum ab hoc est, proferatur, necesse est, utpote incertum. Curro stadium, uixi aetatem. Adeo ipsa quæ eiusdem significationis sunt, si quando ea definiri aliquo adiectiuo uelis, necesse est adhibeantur. Viuo uitam miserã. Cucurri cursum longissimum. Terent. Nam ego uitam duram, quam uixi usq; huc, prope iam excurso spatio, omitto. Quintilianus, Qui uitam beatam uiuere uolet.

Ante genitiuum qui sequitur uerbum Sum, uidetur subaudire appellatiuum aliquod, quod magis sit commune, quam id quod idem uerbum præcedit, ut, Quintus Cicero erat breuis staturæ, pro eo quod est, homo breuis staturæ. Ouidius de Ponto, Crede mihi, ueri si sum tibi cognitus oris. Alibi res, ut Plinius, Fœlicitas cui præcipua fuerit homini, non est humani iudicij. Vergilius, Grates persoluere dignas, Non opis est nostræ, pro, res humani iudicij, & res opis nostræ. Et in talibus, antiqui moris est, & moris est. Plinius, Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari. Quintilianus, Pythagoricis certe moris fuit, & cum cui gilassent, animos ad lyram exitare. Quæ etiam per nominatiuum interpretari licet, ut Antiquis mos est, & mos est. Eadem & per ablatiuum interpretantur autores, ut Plin. Ludos incunt, semper assurgi etiam ab senatu in more est.

Sicuti autem in quibus subauditur uocabulum rei, ea per nominatiuum interpretari licet, ita alibi nomi-

Appellati-  
uum aliquod  
Post uerbū  
Sum:



natiuum per genitiuum cum uocabulo rei posito, uel subaudito interpreteris, ut, uestri cōsilij est non solum mei. Et, res uestri consilij est. Frequens tamen est per nominatiuum sermo, ut in illis Cicer. ad Att. Sed tu id quanti æstimes, tuum iudicium est. Et ad uxorem & filiam. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit uobis faciendum. Et iterum, Romæ ne sitis, an mecum aliquo tuto loco, id non solum meū consilium est, sed etiam uestrum.

Nomen cū  
prepositi-  
one:

Nomē cū præpositione, ut ante tales genitiuos, Animā malū, quibus sanguis est crassior, fortiora. Subauditur enim de numero, uel ex numero. Et Quintil. Veteres, quorum fuerunt Aristoteles & Theodoches.

ADIECTIVORVM ECLIPSIS:

Adiectiua quoq; constructionis integritati nō raro desunt, ut cum ijs quæ distributiua dicuntur, ubi pluraliter usurpantur, singuli, quisq; uel unusquisq; Plin. de canibus, Viuunt Laconici annis denis. Idem Fœminæ duodenis: pro singuli Laconici, singulæ fœminæ Verg. Bina Boum nobis Troia generatus Acestes Dat numero capita in naues, pro in singulas naues. Cicer. Is se ternis nummis in pedem tecum transe gisse dicebat: pro in quencq; uel in unumquencq; pedem. Simili subauditōe utitur Priscianus & in illis, in dies, in horas: ubi tamen nullum est distributiuum pro in dies singulos, in horas singulas accipienda esse dicēs. Sic etiā interpretanda esse uidetur in libras, in modios, ut Plinius, Cinamo precie quandā fuerē in libras denarium mille

mille. Idem, Præcium huic annona media in modios farinae 40 asses. Quanquã in his de numerali ambigas, sit ne cardinale scribendum, an distributiuum.

Centena millia, in illis nummarijs summis, Sester-tium centies, Sesterium decies, Sucto. Etiam circa se-sterium uicies profecutus est. Etia præter centena mil-lia ipse genitiuus sesterium. Martialis, habet Africa-nus millies, & tamen captat: pro millies centena mil-lia Sesterium.

Solus, ut apud Ouidium Fast. At ruber hortorum deus, & tutela Priapus, Omnibus ex illis Lotide ca-ptus erat: pro sola Lotide. Solus-

Vnus, ut Plin. nat. hist. Primus autem hominũ leonẽ manu tractare ausus, & ostendere mansuefactũ Hana-no è clarissimis Pœnorum traditur. Vnus:

Item nullus, præsertim ante nisi, ut in talibus, Si nisi quæ facie, poterit te digna uideri, nulla futura tua est Est enim integrũ, Si nulla poterit te digna uideri, nisi quæ facie est te digna, nulla futura est tua.

Alius, ut in illo Cæc. Plinij. de quo genere alibi locu-ti sumus, quod deforme arbitrabor, cui assurgere, cui loco cedere omnes oportet, hunc omnibus sedentibus stare. Vult enim omnibus alijs sedentibus dicere. Plin. de obeliscis, Omnibus quæcunq; in mari sunt uisa, mi-rabiliorem: pro omnibus alijs. Huius uel similis nomi-nis ablatiuus & post comparatiua, ubi uel nullum, uel solum ablatiuum excessus secum habent, simul au-dicendus est. Teren. Si qua est habitior paulo, pugilem Alius



esse aiunt: pro ceteris habitior, uel quam decet habitior. Alibi aliud quippiam, quod comparatione perficiat, ut Ventriculi hyeme & uere calidiores natura sunt, pro quam alijs temporibus calidiores. Sic suppleri posse uidetur & illud Terentij cū similibus, Is postquam excessit ex ephebis Sosia, liberius uiuendi fuit potestas, pro liberius quam ante. Nec ignoro. Donatū subaudire aliquanto. Sed sic quoq; expectat animus plenius absolui comparationem.

Talis uel is      Talis quoq; uel is, ut in illa figura, Homo illiteratus, sed cui paucos anteponas. Homo illiteratus quidē, quem tamen multis non postponas: pro talis uel is, cui uel quem autore Luarcntio.

Aliquis      Aliquis, ut in illis locutionibus, Sunt quos curriculo puluerem olympicum. Et, Est qui nec ueteris pocula Massici. Non defuerunt qui interpretarentur in somnium. Item in talibus, Misi, qui ei diceret, Non habeo, quem sequar.

## PRONOMINVM ECLIPSIS.

Desunt orationi nonnunquam & pronomina, fere omnis generis: nam ante uerba primæ & secundæ personæ adeo omitti solent demonstratiua pronomina, ut nisi certis de causis in publica dicendi consuetudine raro adhibeantur, ut Arma uirumq; cano. Et. Paulo maiora canamus. Et, Incute uim uentis. Et, Maturate fugam.

Adhibentur uero aut discretionis causa, ut, si uales bene est, ego quidem ualeo: & nos patriam fugimus

tu Tityre lentus in umbra. Aut quum serium aliquid orationi promittitur, ut ego postquam te emi à parauulo. Aliquando in discretionem omittuntur, sed planè durissime, ut apud Horat. Quod si me lyricis uatibus inseris, ubi desideratur tu.

Præuatiuè uerò nominatiuus tu (nisi adhibitū sit) post omnem uocatiuum, cui subijcitur uerbū secundæ personæ desideratur, ut Verg. Sed tamen iste deus quis sit da Tityre nobis. Idem, Non me pascente capellæ, Florentem cythisum, & salices carpetis amaras, prout tu da, & uos carpetis. Etiam post ipsius uocatiuum, ut si in illo sermone: O tu accede, accipiat tu uocatiuè, nihilominus subaudiendus est eiusdem nominatiuus, ne desit uocatiuus uerbo.

In prima quoq; appositiva sepius omittuntur demonstratiua primæ & secundæ personæ, ut Ouidius, Hanc tibi Priamides mitto Ledeæ salutē. Verg. Troes te miseri oramus. Terent. Omnes deteriores sumus licentia. Plin. Magna pars studiorum amœnitates querimus. Horat. Non semel dicemus Io triumphæ, ciuitas omnis. Iuuenal. His emitur, quicquid graciles huc mittitis Indi.

Præterea ante infinita uerborum, quæ uim habeant sensus ubi deest accusatiuus, sepe ad constructionis debitū sufficiens est accusatiuus pronominis eiusdem personæ, cuius est nominatiuus uerbi finiti, ut meminere uidere, pro me uidere, credis latere, pro te latere, credit scire, pro se scire. Vbi uerò datiuus præcedit, accusatiuus

Demonstratiua primæ & secundæ personæ:  
Accusatiuus ante infinitiuum:



DE EMEND. STRVCT.  
tius ipsius, ut qui (quod satis ex eo intelligitur) meri-  
to omittatur, ut Permitto tibi dicere, pro Permitto ti-  
bi te dicere, Permitto illi dicere, pro Permitto illi il-  
lum, uel ipsum dicere.

Item acti-  
uatius  
post uerbū  
transitiua  
et soluta  
prolata:

Sæpe etiam post uerba, quæ quum sint transitiua  
absolutè tamen proferuntur ut Terentius, Facile ut  
pro Eunucho probes. Idem, Hæc hinc faceffat, pro te  
probes, & se faceffat, ut uult Donatus & Verg. Di-  
xit, & auertens rosea ceruice refulsit. Idem 4 Aen. =  
Ingeminant curæ, rursusq; resurgens Sæuit amor.  
Idem, Tum prora auertit, pro se auertens. & se auer-  
tit ut inquit Seruius. Sic dici uidentur. Bene habet, Be-  
ne uortat, Male uortat. Sic cui in posterioribus duobus  
non placet Enallagen esse actiui pro passiuo.

Demonstra-  
tiua tertiæ  
personæ

Etiã tertiæ personæ demonstratiua, ut, Idē, quod  
compositū est, ante prouocabulū, Qui, ut Plin. Taran-  
do magnitudo, quæ leoni. Idē, Equo ferē, qui homini,  
morbi. Idē, Vis bituminis, quæ sulfuris, di scutit, attra-  
hit, glutinat: pro eadē quæ, et eadē qui. Ille uel, is. Cur-  
tius, Hæc nociferantē, quibus erat imperatū, iugulant.  
Cic. Initiū dicendi, quæ uellē. Verg. Quā quibus in pa-  
triā uetosa per equora uectis, Pontus & ostriferi sau-  
ces tentatur Abydi. Integra enim horum sunt, illi qui-  
bus, & ea quæ.

Pronomi-  
na cū præ-  
positione  
reperita;

Item similia pronomina unā cū præpositione re-  
petita. Cic. ad Att. Quare ad illud redeo, cura ut hu-  
ius rei causa dedita opera mittat aliquem Balbus, ad  
quos uidebitur: pro ad eos, ad quos uidebitur.

In

In illo uero, Scio quem timeas, cum similibus, nihil opus est tali pronomine, cū sit ibi quem, nomē infinitū, non prouocabulū, & à, quis non à, qui declinatū.

Sæpe pronomen ille, cum alijs quibusdam additis, <sup>Quantum ad illud</sup> ut sit, quantum ad illud, sicut in quibus subaudiri uidetur uerbū respondeo, ut Cic. in epistola, Quod scribis te uelle scire, qui sit reipublicæ status, summa dissentio est, sed contentio dispar, pro eo quod est, quantum ad illum pertinet, quod scribis te uelle scire. Præterea ante relatiuum, cum sequitur præut, uel præ. Terc. in Eunuch, Præut huius rabies quæ dabit. Et Plau: in Persa, Omnes res relictas habeo, præ quod tuis uelis. Hic enim, eo, uel illo, illic, illa, subintelligendum.

Rursus relatiua, ut Plinius, Imposito raphano scorpionibus, moriuntur, Item in illa Græca figura, ubi redundare uidetur participiū, de qua alibi dicemus, ut Verg. Et diuūm amplexæ simulachra tenebant. Aut enim uerbo, aut participio addendus est accusatiuus relatiui pronominis, ut sit uel amplexæ simulachra tenebant illa, uel tenebant simulachra amplexæ illa.

Rursus possessiua omnia pro materiæ circumstantijs frequentissimè. Terentius, Non tu ibi gnatum? ubi deest, tuum. Idem, Gnatam ut det oro, ubi deest, suam. Ouidius in epistolis, Frigidius glacie pectus amantis erat, pro meum amantis.

Sæpe uideas omissum, uel prouocabulum Qui, uel certe relatiuum is, ut Verg. Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni. Est enim integra locutio aut quam Ty <sup>Qui uel in</sup>



*ij*, aut eam Tirij, ut sit Parenthesis. Seruius tamen priorem rationem probat, uocatq; rationem hanc & cum Eclipsi pronominis, & citra hanc Epexegetin, ut, Est locus, Italiam Graij cognomine dicunt.

## VERBORVM ECLIPSIS:

**V**erba quoq; non pauca ad legitimam constructionem nonnunquā requiri solent, præcipue uerbum Sum, quod etiā in omnibus desideratum legas, Indicatiuo ut Vergilius, Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris? Ouid. Quid mihi cum Lesbos? Sicelis esse uolo. Item Ver. Nec requies, quin aut pomis exuberet arbos. Idem, Hinc mihi prima mali labes. Idē, Et qua uestus Abas: pro labes erat, et uestus erat. Item in illa locutione cū similibus, Immensum quantum, Mirum quantum. Liu. Mirū quantum illi uero nuncianti hæc fides fuerit: pro mirum est quantum. Imperatiuo, ut Vergil. Fas mihi Graiorū secreta resolvere iura, Fas odisse uiros: pro fas esto uel sit, autore Seruio. In Optatiuo, ut Vtinā nō omnia uana, Vtinā hæc uera, pro sint uana, sint uera. In potentiali uel subiunctiuo? Ter. Et uultu Sofia adeo uenusto, adeo modesto, ut nihil supra, ubi deest esset: Et Verg. Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles. Desunt enim essent, & esset. In modo infinito sepiissime, ut Verg. Promisi ultorē, ubi deest fore uel futurū esse. Et in futurorū modo di huius periphrasi, ut dixi futurū, dixi tibi cauendū.

Præterea Fac, uel uide, ante subiunctiuam præsertim cum imperatiuorum locum, sed mitius implent, ubi

Mittas

Fac uel  
uide.

Mittas, pro fac mittas, Ouidius, Nil mihi rescribas, at  
tamen ipse ueni.

Et dico uerbum, uel aliquid cognatum illi, Alias  
in talibus transitionibus, Sed de his pluribus, Sed de  
his hactenus. Sed hæc & multa alia coram, Quid  
multa? Ne multa: in quibus supplendum dicam, uel di-  
ctum sit, prout sensus poscit. Item in illis cum simili-  
bus. Egomet continuo mecum, Et hæc secum, deside-  
rantur enim ibi dixi, hic dixit. Alias ante infinita uer-  
borum, ut in ea dicendi figura, quam Quintilianus obli-  
quã allocutionem uocat, qualis est illa Ciceronis, Ha-  
bendas esse quam laxissimas amicitia habenas. Caput  
enim esse ad bene uiuendum: ubi, dicunt, subaudiendũ,  
Et Vergilius, Nã si uestra manus uiolasset dona Mi-  
neruæ, Tum magnum exitium (quod dii prius omen  
in ipsum Conuertat) Priami imperio Phrygibusq; fu-  
turum, ubi, dicebat uel dixit adijciendum.

In hac uero figura, tum hoc uerbum uarijs modis,  
tum alia requiri obseruo. Et hoc uerbum simpliciter  
ut in iam positis exemplis. Modo cum coniunctione,  
enim. Caesar de bello Gallico, Cõiurationem nobilitas  
fecit, & ciuitati persuasit ut de finibus suis cum om-  
nibus copijs exirent: perfacile esse, cum uirtute om-  
nibus præstarent, totius Gallie imperio potiri, pro di-  
xit enim perfacile esse. Modo in participio præsentis.  
Caesar eodem libro, Diuiciacus multis cum lachrimis  
Caesarẽ cõplexus, obsecrare cœpit, nequid grauius in  
fratrẽ statueret, seire se illa esse uera, nec quenquã ex

Dico uel  
aliquid co-  
gnatum:



eo plus quam se doloris capere, pro dicens se scire  
 Idem, Bello Heluetiorum confecto, totius ferè Gallia  
 legati, principes ciuitatum ad Cæsarem gratulatum  
 cōuenerunt, Intelligere sese tametsi pro ueteribus Hel  
 uetiorū iniurijs populus Romanus ab his pœnas bela  
 lo repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terræ  
 Gallia, quam populi Romani accidisse: pro dicentes  
 uel affirmantes sese intelligere. Modo eius participiū  
 futurum, uel uerbum cum relatiuo Qui. Idem, Hedui  
 cum se suaq; ab his defendere non possent, legatos ad  
 Cæsarem mittunt rogatum auxilium. Ita se omni tem  
 pore de populo Romano meritos esse, ut penè in con  
 spectu exercitus nostri agri uastari, liberi corū in ser  
 uitudinem abduci, oppida expugnari nō debuerint, pro  
 dicturos, uel qui dicerent, ita se omni tempore de pop  
 Romano meritos. Tale est & Liuij illud, Tum ex con  
 silio patrū Romulus legatos circa uicinas gentes mi  
 sit, qui cum finitimis conubia peterent, urbes quoq;  
 ut cætera ex infimo nasci, deinde, qua sua uirtus ac dij  
 iuuent, magnas opes, magnūq; nomē sibi facere, pro  
 inde ne grauentur homines cū hominibus sanguinem  
 & genus miscere, ubi ante illud, Vrbes simul audien  
 dum, qui dicerent, quod Cæsar quodam loco apponit.  
 Modo in eadē eius generis allocutione, alibi, dico ali  
 bi, moneo: ut in illa, Is ita cum Cæsare egit, Si pacem  
 populus Romanus cum Heluetijs faceret in eam Par  
 tem ituros, atq; ibi eos Cæsar constituisset, atq; esse  
 uoluisset. Sin bello persequi perseueraret, remiscere  
 tur &

et ueteris incōmodi pop. Romani, et pristinae uirtutis Heluetiorum. Vbi priore loco ante, ituros, subaudiendū uidetur, dicens uel ut diceret. Secundo loco uel hortabatur, uel monuit reminisceretur. Et paulo post in eodē, Se ita à patribus, maioribusq; suis dedicisse, ut magis uirtute, quam dolo contenderent. Vbi iterū dixit, adiiciendum Est statim post, Quare monuit ne committeret, ut is locus ubi cōstitissent, ex clamitate populi Romani, et internetiōe exercitus nomē caperet. Vbi iterū, monuit subdendū. Alibi rogat, uel rogauit, ibidem Caesaris allocutione ad oīm ordinū centuriones, Omniumq; ordinum ad id consiliū adhibitis centurionibus, uehementer eos incusauit. Primum quod aut quam in partem, aut quo consilio ducerētur, sibi querendum aut cogitandum putarent. Ariouistum se consule cupidissime Pop. Ro. amicitia appetisse, cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret. Vbi ante appetisse dicit ante, Cur hunc rogat subaudiendū, uidetur. Et mox, Quod si furore, atq; amentia impulsus bellum intulisset quid tandem uereretur aut cur de sua uirtute, aut de ipsius diligentia desperarent? Vbi iterum, rogat, ante quid. subdendum.

Alias cum pronomine, ut ante quasi, in tali figura *Hoc dico.* qualis est illa Terentij, Ridiculum caput, quasi necesse sit, si illi non dat, te illā uxorem ducere. Idem, Mōdo introij. Quasi ego quam dudum rogem. Postulat enim plenus sensus subaudiri, hoc dicis. Et cum relatiuo, Qui, ut in talibus. Quint. instit. Ideoq; apud Celiū legimus



legimus. Pelia Cincinnatus, & apud Mæcenatem bene fecit Enthia. Et apud Cicer. Hermogora, ne miremur quod ab antiquorum plerisque; Aenea & Anchisa sit dictus. Plin. nat. hist. Admouitq; sibi gula saporibus piscibus satis, & nouum incolam mari dedit, nequis peregrinas aues Romæ parere miretur. Pro, quod dico ne miremur, & quod dico ne quis miretur. Idem, Succisuius temporibus ista curamus, id est, nocturnis, ne quid nostris putes cessatum horis.

Hoc dico  
uel quod  
dico:

Simili modo ante ut, uel ne, ad hunc modum, ut Cicer. Satiari delectatione non possum, ut meæ senectutis requiem oblectationemq; noscatis, ubi, hoc dico, uel, quod dico, subintelligitur.

Dico puto  
uel censeo:

Dico, puto, uel censeo, prout sensui melius quædrabit, ut in illis interrogationibus, quæ per, Quo, uel Vnde, figurantur: Horatius, Quò mihi fortunam si nõ permittitis uti? Id est, ad quem usum, uel finem dicatis mihi esse fortunã? Rursus Idem, Vnde mihi lapidem, quorsum est opus, unde sagittas? pro putes, uel dicas mihi esse. Simile supplemento egent & hæc Cicer. ad Fab. Martis uero signum, quo mihi pacis auctor? Et Quint. Quo per fidem diuitias cæco? Idem, Vnde tantũ uirũ cæco, ut uno statim ictu mors tot peragatur? Iuu. Vnde tibi frontẽ libertatemq; parētis? Est tamen ubi uerbũ est, subauditur, ut Quint. Vnde misero tunc unde somnus? pro eo quod est, erat somnus.

Dico uel  
facio

Dico, uel etiam facio, prout dictum factum ue probatur in illis, Bene Ennius, Preclare Anaxagoras, Prudenter

*denter Fabius: Dixit enim uel fecit pro conditione rei ad orationis perfectionem addendum.*

*Dico uel annuntio, ut Cicero Att. Pylia paratum est hospitium, sed uellem Atticam: uerum tibi ignosco quarū utriq; salutē. Idem proxima epistola, Pylia & Attica salutem, pro dices, uel annuntiabis salutem*

*Volo, ut in illis, Ita facere certum est. Et Stat casus renouare omnes, pro uelle facere, & uelle renouare de quibus in uerborum constructione.*

*Facio, ut in illo Cecilij Plin. cum similibus, Studes an piscaris? an uenaris? an simul omnia? Plin. Atque pulmentarij uicem quod non alia præter cotonea & struthæa, pro an omnia facis? et nō alia faciūt, Et Mar Nil aliud bulbis, quam satur esse uolo, pro fieri bulbis. Item in illo loquendi genere, Acquauit summos uiros, idq; in adolescentia, deest enim fecit, Viuo in secessu, neq; hoc, uel neq; id sine consilio uirorum prudentium. Supplendum enim facio.*

*Facio, uel uolo, in illis. Dij melius, Dij meliora, pro faciant, uel certe uelint.*

*Respondeo subinde in oratione desyderatur, ut in subiectis exemplis. Cicero Att. Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum.*

*Respondeo uel certe confiteor, ut Quintil. Sed si confessionem culpæ meæ exigis, ego sui pater durus, & patrimonij, quod iam melius ab his administrari poterat, tenax custos.*

*Decet, uel oportet, ut in talibus, Vergil. Mene incepto*

Dico uel  
annuntio

Volo

Facio

Facio uel  
uolo;

Respondeo:

Respondeo  
uel confiteor

Decet uel  
oportet:



cæpto desistere uictam? Terentius, Ah tantanne rene  
tam negligenter agere? Idem, Siccine me atq; illa tua  
opera sollicitarier? Idem, Seruon fortunas meas com-  
misisse futuli? Plena enim constructiones sicut per, de  
cet, uel oportuit

Verum ne  
est uel ue-  
re ne ita  
est:

Aliquando hoc totum, uel simili aliquid, Verum ne  
est uel Verene ita est? ut Iustin. Tantã fama uelocita-  
tem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in Beo-  
tia commissum, sit meridianis horis in Asiam per tot  
maria et tantum spatij, tam breui horarum momento  
de uictoria nuntiatum sit? pro uerumne est fuisse? Plin  
ad Adri. Hominemne Romanum tam Græce loqui?  
Vergil, Me ne Iliacis occubere campis Non potuisset?  
Idem in Geor. Sic omnia uatis In peius ruere, ac retro  
sublapsa referri, pro uerum est, uel certum est.

Fuerit uel  
fecerit:

Est ubi fuerit uel fecerit, uel simile aliquid pro im-  
plenda constructione sit addendum, ut Suetonius in  
Casare, Siue diuinitus siue coniectura uincerent ac si-  
bi haberent, dummodo scirent eum, & cet. Vergilius,  
Primusq; Thimetes Duci intra muros hortatur & ar-  
ce locari, Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant,  
pro siue dolo id fecerit.

Rogas uel  
simile;

In Eperotest quoq; eiusdem uerbi, ubi scilicet muta-  
tur modus, ut rogas, uel quid simile. Teren. in Adelp.  
Quis id fecit? Quid ille fecerit? pro rogas qd ille fe-  
cerit? Et in Eunuch, Nõ uides? Videã? Obscuro quem  
pro rogas nũ uideã? Et in Phorm, Quid ergo narras?  
Quid ego narrem? pro, rogas quid ego narrem?

Debi

Debet quoq; ut Corn. Tacitus, Quibus operiri auxilia & trahere bellum uidebatur, Germanicarum legionum uim famamq; extollebant, pro eo quod est operiri, & trahere debere. Plinius, In hunc spectare oliucta Cato iussit, pro spectare debere. Columell. Iure ititur quantum mea fert opinio, M. Portius talem pestem uitare censuit. Idem, Censet propter hanc sepius diligenter ouium terga perspicere. Terentius, Aliquot me audierunt, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam meam nubere gnato tuo. Cic. Att. Cato tamen affirmat se uiuo illum non triumphare, pro debere triumphare. Nisi quis in aliquibus talem Enalla gen dicat presentis actiui pro futuro passiuo, ut in illo Catonis, Talem pestē uitare censuit, pro uitandam esse. Et in illo Taciti, Operiri auxilia, pro operienda esse. Et trahere bellum, pro trahendum esse.

Aliquando parum integra locutio uidebitur, nisi Natum uel ortum est, uel Ortum est, uel aliquid synonymum subaudias, ut Verg. Genus unde Latini, Albanique patres, atq; altæ mœnia Romæ. Idem, Vnde imber & ignes. Nam eas uoces aduerbia ferè subijciunt.

Sunt & alia, quæ omittuntur, quòd ea ex alijs ferè intelligantur, ut Plinius ad Pontium, Quos latine huius libelli amor docuit. Simul enim auditur, loqui. Sic dicitur fidibus scire, per defectum eius, quod est sonare, uel canere.

Desyderatur interim et integer ex nomine & verbo sensus, ut in Ethopæijs, siue persona iactis, ut Quintilianus

Dixit, dicit  
bat quis



lianus notat. Vergil. Hic Dolopum manus, hic seuius tendebat Achilles. Deest enim, dicebat quis.

Ire uel simile:

In talibus quoque, quale est illud Ciceronis ad Atticum, Ire uel aliquid simile, Inde ad taurum cogitabam, ut cum Mophagone signis collatis si possem. In priore ire, in posteriore consi gerem uel tale quippiam subauditur. Idem ad eundem, Rhodum uolo puero rum causa: inde quam primum Athenas. Idem Mario, Cum Libone tuo, uel potius nostro in Pompeianum statim cogito.

Audire uel intelligere

Audire, uel intelligere, ut in illo Ciceronis ad Att. Horribile est, quæ loquantur, quæ minitentur: cum similibus, uidetur enim integrum, horribile est audire.

PARTICIPIORVM ECLIPSIS:

**P**articipia rarius orationi desunt, nonnunquam tamē ad legitimam constructionem suppedianda sunt. In ea enim appositiva, quam primam diximus, si Ens participiū absit, ubique Prisciano autore, subaudiendum est, ut Homerus poeta. Nos tamē appositiuam hanc inter legitimas constructiones ideo adscripsimus, quod participiū id minime uel à paucis receptū, pro nullo habeatur. Declarant autem huiusmodi participiū intelligi, maxime ablatiui illi consequentiæ, Me duce, me autore, Cæsare & Bibulo consulibus, & alij consimiles, ut qui nisi participio subaudito, consistere non possent. Aliud uerò participiū sensui non quadrat. In hoc tamen genere figuratū usu recipi necesse est, quū participium quo suppleatur, receptum in usum publicum

cum non sit, tametsi à Cæsare probatum, atq; ut scribit Acron, Philosopho qui eo sit usus, etiam laudem attulerit. Idem participium, & ubi aduersatiua coniunctio dictioni præponitur, non sententiæ, ut Affui tibi quanquam inimico, pro inimico enti.

In illo quoq; & Tu soluendo non eras Ciceronis: & Qui oneri ferendo essent Liuij, cum similibus, subaudiendum uidetur uel sufficiens, uel potens, uel simile aliquid, quod sensui quadret. In priori uerò, & appellatiuum debito, uel æri alieno, uel simile aliquid. Declarat hoc Celsus, qui constructionem implet, eius uerba sunt, Si cætera desunt, imponi debent. Primum non pingue emplastrum ut id reprimat: deinde si non repressit, quodlibet pueri mouendo accommodatum. Cæterum hac ratione huiusmodi uoces gerundi modi non erunt, sed potius participia. Illud tamen Apulei omnino gerundi uidetur, Cum Charite nubendomaturisset. Similis loquendi figura & per nomina prolata legitur, ut Macrob: Sūt de agricultura scriptores qui nuces & mala sic diuidunt, ut nucis dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat, quod esui est. Malum uerò, quod foris habeat, quod est esui, & durum intus includat.

In talibus quoq; requiri uidetur participiū, quale est Cic. ad Att. Occupationum mearum uel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est. Vbi scripta, subaudiendum uidetur. Idem ad eundem, Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentis uno tempore accepi,

Sufficiens  
uel potens

Scripturas



34<sup>o</sup> DE EMEND. STRUCT.

Sciturus:

Etiam in illa figura, qualis est Vergilij, Equidem per littora certos Dimittā, & Lybia lustrare extrema iubebo, Si quibus eiectus syluis aut mōribus erret. Scitura enim uel scituros supplendum, uel quod certē idem fuerit, ut sciam, uel sciant. Sic enim uidetur Seruio illud eiusdem supplendum, Et omnem Prospectum late pelago petit, Antea si quem Iactatum uento uideat. Est, inquit, ordo: Concendit scopulum requisiturus Antea. Quamquam mihi magis placet, requisiturus si quem uideat, ut subijciatur pro Epexegeſi Antea, Capyn, aut arma Caici. Cicero ad Att. Delatus est ad me fasciculus: solus solui, si quid ad me literarū nihil erat. In quibus tamen omnibus, si, pro an posita uidetur, ut alibi est dictum.

Dicturus.

Simili ratione supplendum uidetur & illud Vergilij in septimo, Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusq; mouete, Qui bello exciti reges, quæ quæque secutæ Complerint campos, acies: pro dicturi, uel ut dicatis, uel referatis.

Maceratū,  
emollitum  
uel madidum:

In illo quoq; Terentij in Eunucho, Quo pacto ex iure hesterni panem atrū uorent. Intelligit Donatus uel maceratum, uel emollitum, uel madidum. Cuius modi eclipsis & in alijs similibus est, quæ sunt apud Celsum & Plinium plurima. Ut spongia ex aceto, osca ex uino uel posca.

Hærentia  
uel spectantia.

Itē in illo Teren. cum similibus, signa uideo omnia ad salutem, ubi deest hærentia, uel spectantia.

Præpōz

**P**raepositiones quoq; non poetis modo, uerum etiam oratoribus frequentissimè orationi deesse quis non animaduertat? Veluti Ab & ad ante urbium nomina, quoties ad quæstionem Quò & unde redduntur, ut, Eo Romam. Venio Roma. In primo enim desideratur ad, in secundo ab. Cum namq; ad quæstionē Vbi redduntur in genitiuo, in urbe, uel oppido, subaudiendum uidetur, quæ etiam aliquando adhibita uidentur. Cæterū usitatior est figurata, quàm integra locutio pro Varronis sententia ex quadam Ciceronis epistola, & non minus Quintiliani, qui si quis, Veni de Susis, dicat, Solocissimum censet. Sed adhibitis, ut dixi, præpositionibus ipsis, subinde magnos autores locutos inuenias, etiã Ciceronem ipsum, si codices deprauati non sunt, ut in Verrem, Ea die Verres ad Messanam uenit. Et ad Terentiam in calce cuiusdam epistolæ, De Venutio, Et alterius, De Brundusio. Salustius in Cat. Nam Brutus ab Roma aberat. Liui. Ab Lauinio uenerant antiqua auxilia. Cæsar uerò Augustus aliter loqui non solebat, autore Suetonio. Poetæ uerò & ante prouinciarum uel regionum nomina huiusmodi præpositionum defectum licenter abutuntur, ut Italiam facto profugus, Lauinaq; uenit Littora.

Præterea ante accusatiuo, Calendas, Nonas, Idus, Ante serè subauditur præpositio ante, ut Tertio Calendas, Nonas, uel Idus, pro tertio ante Calēdas, Nonas, Idus. Idem dici potest & de Pridie, quoties accusatiuos



præcedit, ut Cicero, Pridie Calendas Maias de Brundisio: quum proprius eius casus genitiuus potius sit, cuius alibi sunt posita exempla. In illo quoq; Annos natus decem. cum similibus, Ante subaudit Priscian. ut sit, ante annos decem.

**Posti** At ubi postridie eiusmodi accusatiuos præcedit, subaudienda est præpositio post. Cicc. Att. Ita q; sese scripturum aiebat, ut uenationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. Donatus quoq; in illo, Quod te per hanc dextram oro, post, de siderari ait, ut sit, post quod. Vt eunq; sit, non incommodè (ut mihi uidetur) in talibus, quod, per quare, interpretare.

**Propter.** Idem Donatus etiam præpositionem Propter in talibus adijcit. Ter. Magis id adeò mihi ut incommodet Idem, Nunc id prodeò, ut conueniã Parmenonem. In quibus id, pro ob id, uel propter id accipit.

**A, cum, de, e, pro** Verum ex præpositionibus, quæ ablatiuo debentur frequentissimè constructioni deficiunt hæ, A, cum, de, e, pro, cum synonymis.

**Ab, uel in:** Ab, uel in, ut Ver. Cum Iupiter æthere summo Despicens mare ueliuolum. Idem, Scridens aquilone procella Velu aduersa ferit. Idem, Atq; imo Nereus ciet æquora ponto. Ouid. Fast. Iuppiter arce sua totu cum spectet in orbem.

**In.** In, ut Plin. Vt dubium sit, togane an bello præstantior fuerit, pro in bello, in toga. Colum. Nec densa nascitur humo. Idem, Nō ut pinguisima uel macerrima iacitur

iacitur humo, pro in humo. Cic. pro domo sua, Domo me cōtineo. Ouid. Sustinet inuidia tristia signa domo Verg. Saxum antiquū, in gens, campo quod fortè iacebat, Limes agro positus. Idem Georg. Hunc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iā segnior annis Deficit, abde domo. Suet. in Dom. Natus est regione urbis sexta pro in regione. Hanc & in citandis autorum operibus de siderare solent ueteres Græco more, ut Plautus Menechmis, Terentius Phormione.

Cum comitantia non instrumenti. Verg. Et magnis <sup>Cum</sup> quatiunt clangoribus alas. Et Plin. qui plurimū huius præpositionis eclipsi utitur, ut de Elaterio, Cuius causa, nisi maturius incidatur semen exilit oculorū etiam periculo, Talia sunt apud eundem, Miro compendio, Magna mortalium utilitate, & publico bono. Et Ci. Ne dici quidem potest, quanta diminutione ciuium, Cæsar, Scribit Labieno, si Reipublicæ commodo facere posset, cum legione ad fines Neruiorum ueniat. Vergilius in nono. Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluuium dedit. Varro, Ac cum Luculli & Metelli uillis pessimo publico ædificatis certant. Instrumenti enim ratio solius ablatiui uis est, sicuti græce datiui, ne quis deesse præpositionem hanc putet, quæ tamen ferè in publicis gentium idiomatis hodie adhibetur.

A uel è, ut Verg. Projice tela manu, pro è, uel à ma- <sup>A, uel è,</sup> nu. Item post natus & synonyma sepius, de quibus alibi diximus. Liu. Ioue nate Hercules salue. Vergil.



Quo sanguine cretus. Et alibi, Sate sanguine diuum.

De. De, ut Verg. Et afflictis melius confidere rebus,  
pro, De afflictis rebus, ut Seruius interpretatur.

Pro: Pro, ut Horatius, Diruit, ædificat, mutat quadrata  
rotundis.

## AD VERBIORVM ECLIPSIS.

**A**uerbia uix desiderantur, siue quia certa non  
sunt, siue quia id quo in nomine & uerbo in=  
certum est, definiunt. Duæ tamen præpositiones cum  
aduerbia ascunt, ad plenam aliquando constructionem  
requiruntur: Hæ sunt, Ante & post. Hæc ante, Quam  
electiuam, cum numeralia ordinalia sequitur. Li=  
uius, Quadringentesimo anno, quam urbs Roma con=  
dita erat. Idem, Anno tricesimo altero, quam Roma  
condita erat, iterum mutatur forma ciuitatis à con=  
sulibus ad decemuiros: pro, postquam Roma condita  
erat. Et post, alter. Idem de bello Maced. Altera die,  
quam à Brundusio soluit. Item præcedente protinus,  
uel, statim: ut Plinius, Protinus intereunt, quam lita=  
tum est illi deo, id est, postquam litatum est. Marcel=  
lus Iureconsul. Omnes proconsules statim quam ur=  
bem egressi fuerint habent iurisdictionem. Ulpianus,  
Iudici eorum statim atque iudex factus est, omnium  
rerum officium incumbit, subauditur enim post, utro=  
bique, ut sit postquam, & post atque. Requiritur  
eædem præpositiones & post pridie, & postridie,  
quum eis subijcitur quam. Cicero ad Terentiam,  
Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, quam  
à uobis

Ante &  
post.

à uobis discessi, pro postridie postquā à uobis discessi.

Deesse uidetur & , Non solum, interdum non sine Non solū  
 quadam uarietatis gratia, ut Quintil. Cum Ciceroni  
 dormire interim Demosthenis oratio, uerum etiam  
 Homerus ipse uideatur. Cicero, Urget ille quidem,  
 & Philotimus & Cincius, sed etiam ipse crebro in-  
 teruiso. Nisi in his, uerum etiam, & , sed etiam, pro  
 imò etiam accipias.

Desyderatur & aduerbium ita, similitudinis ante, Ita.  
 ut in Horatio sepiissime, ut in primo sermonū, Quan-  
 quam ridentem dicere uerum Quid uetat? ut pueris  
 olim dant crustula blandi Doctores, elementa uelint  
 ut discere prima. Idem, Ut si Reticulum panis uena-  
 les inter onusto Forte uehas humero, nihilo plus ac-  
 cipies, quam Qui nil portarit. Iterum in eodem, Ut  
 tibi si sit opus liquidi non amplius urna Vel cyatho,  
 & dicas, ex magno flumine malle, Quam ex hoc  
 fonticulo tantundem sumere. Hanc Horatij figuram  
 amator eius Quintilianus sepe imitatur, ut in proce-  
 mio, Seu quod proximum uero, nullam ingenij spe-  
 rantes gratiam circa res etsi neceffarias, procul ta-  
 men ab ostentatione positas, ut operum fastigia spe-  
 ctantur, latent fundamenta. Idem, Non subest uera  
 uis, nec penitus immisissis radicibus nititur, ut quæ sum-  
 mo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, &  
 imitate spicas herbula in anibus aristis ante messem  
 flauescunt. In quibus omnibus exemplis, ita, ante ut  
 est audiendum, ut sit, ita ut.



Vt. Vt quoq; similitudinis aduerbium ante exempla honeste sepe desiderant eruditi, ut Quintilianus & passim, & in 8, de Enthymemate loquens, De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum, Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuit oratio. Et paulo post, Est enim Epiphonema, rei narratæ, uel probatæ summa acclamatio, Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Vtq; ut Horatius, Ad unguem factus homo. Vergilius, Iuppiter omnipotens, si non exosus ad unum Troianos, Liuius, Romanos in algido cõsecutus ad unum omnes occidit.

Non. Etiam negatiua, non. Aliàs post huiusmodi uerba, Vereor, meiuo, cauco, sequente, ne. Cicero ad Quintum fratrem, Quòd ante absuisti, uereor ne satis diligenter in senatu actum sit de literis meis, pro ne non satis. Idem ad Att. Si manet, uereor ne exercitum firmum habere possit, etiam pro ne non possit, Alias post, non modo, sicut Græcè post οὐχ ὅπως, ut uarijs locis diligenter notauit doctissimus Budeus. Cicero pro Sextio, Cum illi soli essent præter illum flagitiosum tribunum plebis duo reipub. turbines, qui non modo præcipitanti patriæ subuenirent, sed etiam nimis tarde concidisse mærerent. Idem de perfecto oratore, Nam sic in epularum apparatu à magnificentia recedens, non se parcum solum, sed etiam elegantem dici uolet.

uolet. Columella, Nam uile ne captare quidem, nedū alere conducit, pro, non modo non subuenirent, & nō solum non parcum, & nedum non alere. In hoc genere est, ubi negatiua non, necessario deest, nempe ubi in priore sensu nullum est uerbū in quod cadat, ut in tali elocutione, Non modo stellæ, sed ne luna quidem ad solē suū seruat splendorem. Si enim addita ea negatio ne, nō stellæ dixeris, uidebitur de alio, quā stellis uerbum inferri. At composita negatio præponi in tali figura posset, sic, Nō modo nullæ stellæ, sed ne luna quidem ad solem suum seruat splendorem. Quod autem in primo exēplo negatio desit, facile appareat, si quis Zeugma ipsum suppleat hoc pacto, Non modo stellæ ad solem suum splendorem nō seruant sed ne luna quidem ad solem suū seruat splendorem. Laurentius hoc ubi cōtraria sunt, tantū cōtemplatur. Deest negatiua particula, et post, nedū, ubi ad præcedens uerbū nō refertur, sed suū habet, et semper in potētiali modo. Horat. Mortalia facta peribunt, Nedum uerborū stet hos & gratia uiuax, pro non stet. Salustius, Quippe secundæ res sapientium animos fatigant, nedū illi corruptissimis moribus uictoriæ temperarent, id est, nō tēperarent. Lini. Attonitus repentino malo, uix quid obijceretur, intelligere potui, nedum satis sciam, quomodo me tuear. Cic. pro Cluent. Nec Metellus nec Pompeius clarissimi uiri uī tribunitiā sustinere ualuerūt, nedum his temporibus, his moribus, sine uestra sapientia, ac sine iudiciorum remedijs salui esse possumus.

Coniunt



**D**esyderantur & coniunctiones latine orationi uel maxime, sed clausularum connexioni, & sermone continuationi, potius quam iustis constructionis numeris. Itaque nec huius loci proprie sunt, si quis exacti ordinis ius ad unguem exigat: Sed nec alibi tamen commodius tractentur, cum frustra, mea sententia huic uni rei sua quepiam tractatio dicaretur. Itaque ad tantilla coniucentes securi, quod cepimus, peragamus. Desyderatur copulatiua maxime, ubi celeritati studeatur, ut Verg. Alij naualibus ite Ferte citi ferrum, date uela, impellite remos. Tere. Viderem, audirem, essem una cum qua cupiebam Antipho. Idem, Ad sepulchrum uenimus, in igne posita est, fletur. Sed Eclipsin ubi copulatiua desunt, Asyndeton uel Dialyton uocant. Alii quoque honeste inter duo commata, uel quasi dictiones desyderantur, ut in talibus. Aequi, boni consulere Et Martial. Excipere hos, illos, et tota surgere coena. Idem, Atque inter mensas ire, redire suas. Plin. At abunde orbe terrarum extra, intra indicato. Sic dicuntur ultrocitra, hic illinc, huc illuc. Cic. ad Att. Ne forte aut ab sim cum ueniet, aut cursum huc illuc uia deterrima.

Copulati-  
ua.

In numeris uero septissime desunt copulatiua, ut Vixit uiginti unum annos, ubi non minus subiicienda copulatiua est, tametsi apposita, ordo sit mutandus, ut supra docuimus Neque enim compositio esse potest, cum plurali iungitur, Quod autem de uiginti uno diximus,

diximus, idem de alijs similis formæ numeris dicendū.

In omni prætere a distributiōe omitti copulatiua ui  
detur uix apponi, ut Vergilius, At nos hinc alij sitien  
tes ibimus A fros, Pars Scythiam, & rapidum Cre  
te ueniemus Oaxem. Nisi discretiua, quidem & au  
tem, subaudire maui. Itē in illa figura qualis est Ver  
gilij, Haud mora festinant iussi, pro haud mora est &  
festinant. Declarat, quod etiam in eadem figura adhi  
betur. Vergil. Nec longum tempus, et in gens Exijt ad  
caelum ramis felicibus arbor.

Deest aliquando post non modo, uel non solum, in  
altera ἀλλ' ἰδιώσε φωντος parte, etiam, uel, &, ut, Etia uel &  
Quint. Quod quidem seuerè usi ueteres Grammatici  
ut nō uersus modo censoria quadam uirgula notare,  
& libros, qui falso uiderentur inscripti, tāquam sub  
dititios submouere familia permiserint sibi, sed auto  
res alios in ordinē redegerit alios omnino exemerint  
numero. Et mox, Nō propter historicos modo, sed uer  
ba, quæ frequēter ius ab autoribus sumūt. In illo enim  
Cicero. ad Atticum, Ne uiuam, mi Attice, si mihi non  
modo Tusculanum, sed μακρότερον ὄσσει tanti sunt,  
ut sine te sim totos dies. Videtur uel illud, Modo, uaca  
re, uel post Sed subaudiri Ne. Deest & totum ἀντι  
διώσε φων, idq; honestissima figura, ut in illo Colu  
mella, Neque hæc tantum remedia salubritatem faci  
unt, multi largo sale miscent paluba.

Sæpe Discretiua, ut Terentius, Traditus sum muliē Discretiua  
ri, illa illico ubi me accepit, pro illa uerō. Sed preci  
puā



pua cū gratia omittitur in ea figura, in qua idē uer-  
 bum repetitur, sed tamen cum aliqua contrarietate ut  
 Cicero, Tu cum principem senatorem auunculū do-  
 mi habeas, ad eum non referes, ad alios refers, qui suā  
 domum non habent, tuam exhauriunt? Quint. Pro pa-  
 tre mori possum, coram patre non possum. In utroq;  
 exemplo desideratur, autem uel uerō, sed aptus cer-  
 tē quam apponitur etiam ubi non repetitur idem  
 uerbum, ut post negatiuam, non. Cicero, Tantum cibi  
 & potionis adhibendum, ut reficiantur uires, non op-  
 primantur. Idē, Hæc morū uitia sunt, nō senectutis. Sæ-  
 pe etiam in excursu poetico, quem Seruius præcipit,  
 nō ultra treis uersus extendendū, Cōfligūt Zephyrus  
 que, Notusq;, et letus Eois Euris equis, stridunt, syluæ  
 sæuitq; tridēti Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora  
 fundo pro stridunt autem. Et in Geor. Omnia uentorū  
 concurrere prælia uidi, Quæ grauidam latē segetem  
 ab radicibus imis Sublime expulsam eruerent, ita tur-  
 bine nigro Fert hyemes, culmumq; leuem stipulasq;  
 uolantes, pro ita uerō.

Disiunctiue

Ex disiunctiuis quoq; modo, seu, uel siue, ut Mar-  
 tialis, Tuoq; tristis filius, uelis nolis, cum cuncubino  
 nocte dormiet tota. Seneca de stud. lib. Scias, nescias,  
 fient. Modo uel, aut ue. Plinius, Continētur hispido ca-  
 lice per genera plus minus. Quod Martialis decla-  
 rat, cum ait, Speranti plures, nam stare, aut crescere  
 debent Munera, uenerunt plus ue minus ue duæ, Signi-  
 ficatur autem circiter duæ.

Sed

Sed disiunctiua uel, aliter desyderatur, ut Cicero, Vels  
 Quando enim frequentissimo senatu quatuor, ad sum-  
 mum quinq; sunt inuenti, qui Milonis causam nõ pro-  
 barent. Deest enim uel, siue aut.

Desunt orationis contextui & causales diuerso Causales.  
 rum generum. Enim uel alia similis significationis, ut  
 in illo Terentij autore Donato, Obseruabam mane il-  
 lorum seruulos uenientes, aut abeuntes, pro obserua-  
 bam enim. Et in Adel. Hæc cum illi Mitio dico, tibi di-  
 co, Tu illũ corrumpi sinis. Vbi deesse, nam inquit Do-  
 natus, ac seruentius asyndetos dici. Vergil. Nunquam  
 imprudentibus imber Obsuit, aut illum surgentẽ ual-  
 libus imis Aeriæ fugere grues, pro aut enim illũ. Idẽ,  
 At si uirgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit,  
 uento semper rubet aurea Phoebe, pro uento enim.

Vt finalis, uel perfectiua ante subiunctiua uerba Ve  
 frequentissime, præcipue post uerba Volo, Nolo, Ma-  
 lo, Precor, Rogo cum similibus, ut Cicero, Tu uelim  
 desinas iam literis nostris uti. Idem, Nolim me iocari  
 putes. M. Brutus, Rescribas ad omnia rogamus. Præ-  
 terea post Oportet & necesse est, & licet, ut Cicero,  
 Hominem occidat oportet, qui &c. Idem, Hoc tu meũ  
 consilium laudes, necesse est.

Etiã Ne finalis, nescio an post aliud uerbũ, quam Ne  
 Caueo, ut Caue credas, Caue titubes. Licetq; uel per  
 defectum horum, uel plenè pro arbitrio loqui, nisi for-  
 te cum uerbo Licet, post quod perpetuò uidetur, ut,  
 desyderari, Licet facias, licet uenias.

Quod



Quod idi-  
con.

Quod quoq; idicon, ut, Volo scribas. Velim nos facias certiores, pro quòd scribas, quòd facias.

Hanc uerò post uerba, quæ in infinitum feruntur, quoties infiniti solutionem per finitum uerbū potius usurpare libet, suppressit ferè doctorum usus. Cicero ad Quintum fratrem, Non prætermittam ne illud quidem, M. Furium Flaccū equitem Romanum hominem nequam Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt, pro quòd eiecerunt. Tere. Audiui Achyllis iam dudum Lesbiam abduci iubes. Idem, Ne tu istas saxo calcibus insultabis frustra. Supplendum enim, ut sit, quod iubes, quod insultabis. Idē, Hoc signi est, ubi primum poterit se illinc subducet, scio. Vbi Donati sententia deest, quod, & unde, ut sit, hoc est signi, unde scio, quod ubi primum poterit, se illinc subducet. Mihi uerò minus durum uidetur, si uel uerbum, scio, per parenthesin legatur, uel, quòd, his subaudiatur, quàm illud unde subijci, quod alibi subintellectū non legi. Adhibetur tamen sapissimè eadē coniunctio, ut Mart. Hoc scio, quòd scribit nulla puella tibi. Hor. Si tibi sitim leuaret copia lymphæ, Narrares medicis, quòd quanto plura parasti, Tanto plura cupis. Seneca in natur. quæstion. Miramur quòd accessionem fluminum maria non sentiant: æquè mirandum est, quòd detrimentum ex cūtiū terra non sentit. Et alibi, Nos putamus quòd quia nubes collisæ sunt, idèò fulmina emittunt. Plinius ad Seruianum, Gaudeo & gratulor, quod Fuscio Salinatori filiam tuam destinasti. Cice. in Salust.

Credo

Credo quod non omnes tui similes incolumes in urbem uenissent. Hunc huius particulae usum quidam interpretes nimium refugientes, non in spide, sed etiam mea sententia citra ullum autorem pro *ᾠτῆ* Græco, alij ut, alij quoniam, alij quia non raro posuere. Est tamen elocutio per, quod, ut Theodorus censet, magis supina, per infinitum magis erecta et uegeta.

Itē, quod, uel ut, uel ne, post uerba censeo, suadeo, nuntio, dico, caueo, facio. Cicero, Treuiros uides censeo. Idē, Id si est, esse dum aliquando suadeo capias. Cn. Plan. In quibus aperte denunciatur uidcā, ne fallar. Idem, Caue festines, aut commitas, ut aut æger, aut hyeme nauiges. Idem, Tu fac habeas fortem animum.

Desyderatur coniunctionum ut, uel quod, alterutra post uerba Puto, opinor, credo, arbitror, fateor, & similia. Vatinius, Non puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti Cicero, Niobe fingitur lapidea, propter æternum credo in luctu silentium Terent. Eius anus causa, opinor, quæ erat mortua. In quibus exemplis, uel per, quod, supplere quod deest licet, ut puto quod non repudiabis in honore, & Credo quod propter æternum in luctu silentiū. Vel per, ut sic, Propter æternum ut credo silentium, & non repudiabis, ut puto in honore.

Omittitur in oratione nonnunquā & continuatiua Si, ut in illis Dedisses huic animo par corpus fecisset quod optabat. Iuuenalis, Græculus esuriens in Cœlum iusseris, ibit, pro si dedisses, si iusseris. Potest tamen



in his & illud, dedisses, accipi pro debueras dare, & iusseris, Imperatiue. In illo tamen Mart. cum similibus, omnino subauditur, si, Ergo ero Vergilius, si mu- nera Mecœnatis Des mihi, Vergilius non ero, Mar- sus ero. Est enim sensus, Si non ero Vergilius, ero Marsus. Terent. Negat quis nego. Idem, Quam for- tunatus sum ceteris rebus, absq; hæc una foret, pro si negat, si absq; foret, id est, si abesset Horat. Decies centena dedisses. Huic parco paucis contento, quinq; diebus. Nil erat in loculis. Vergilius, tu quoq; ma- gnâ partem opere in tanto, sineret dolor, Icare ha- beres, pro si dedisses, si sineret.

Præterea si non, uel si aliter, ut in tali figura dicen- di, qualis est Quintiliani, Quis non obtundi possit, si per totum diem cuiuscunq; artis unum magistrum ferat, mutatione recreabitur? Sicut in cibis, quorum diuersitate reficitur stomachus, & pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi, quæ sit alia ratio discendi, pro, aut si ita non est, dicant isti mihi. Et hæc ratio Græcis frequens.

**Illatiuæ.**

Desunt identidē & illatiuæ, ut Verg. Cessi & sub- lato montem genitore petiui, pro, igitur cessi, autore Seruio. Et Ouid. Hunc quoq; syderia qui tēperat om- nia luce Cepit amor solem, solis referamus amores. Hians enim oratio est, nisi quare, uel aliquid simile subijcias, ut sit quare referamus. Et Terent. Hac non successit, alia aggrediamur uia, pro ergo alia uel qua- re alia. Et in illo Hora. Audiet ciues acuisse ferrum

Por=

Porphirio subaudit, itaq; Rursus in eo quod statim sequitur, Quem uocet diuum populus ruentis imperij rebus. Subaudit, ergo, additq; fere hunc morem Horatium habere transeundi sine coniunctionibus.

Aduersatiua:

Aduersatiua quoq; deesse interdū uidentur, ut cum sine his legitur, Tamen. Cicero. pro Archia, Qui sedulitatē mali poete duxerit, aliquo tamen premio dignam. Idem pro Milone, Qui nondū libera ciuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est. Integra enim sunt, quamuis mali, quamuis nondum. Idem ad Att. Cæsarem quidē Lucio Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt accerrimē delectum habere.

Quam quoq; electiua post, plus minus, & amplius. & in summa compositiua. Varro de re Rusti. Non minores oportet iniri bimas, ut trimæ pariant. Idem, Videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum. Tere, Quintiliano autore. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Idem, Plus milles audiui, quamuis Donatus in priori Pleonasmon potius uelit. Item plinius 10, Plus uicena quina oua incubanda subijci uetant. Idem 5, Torrentes uero amplius centum. Liuius, Hostium plus mille caesi, Romanorum minus mille intererenti.

Quam electiua:

Mihi uero hæc ipsa coniunctio cū adiuncto aliquo pro conditione materiae desiderari sæpe uidebitur, ueluti post compositiua, ut alibi dictū est, quoties absolute proferuntur, ut Liberius uiuendi fuit potestas. Si mul enim audio, q̄ ante: Itidem in illo, Vbi si qua est habitior

Quam adiuncto aliquo



habitor paulo, pugilē esse aiūt, uel q̄ alia, uel quid si-  
 mile. Simile aliquid desiderari uidetur & cū illa si-  
 militudinis aduerbia tā, ita, perinde, adeo post negati-  
 uā absolutē ponuntur, ut in talibus, Non perinde gra-  
 tus, nō adeo multa, nō ita sero, nō tā pridē. Tere. Non  
 ita dissimili sunt argumēto Cic. Nec ita multo post e-  
 dictū Bruti, assertur & Cassij. Plin. A pluuijs sereni-  
 tatē non perinde certā. Verg. Nec sum adeo informis  
 nup me in littore uidi. Idē, Nō obtusa adeo gestamus  
 pectora Pœni, Nec tam auersus equos Tyria sol iun-  
 git ab urbe Quin. Videlicet ut Corpora infantiū, nec  
 casus quo in terrā toties deserūtur, tam grauitē affli-  
 git, nec illa per manus, & genua reptatio. Non igno-  
 ro hæc per ualde nonnullos interpretari solere, sed ta-  
 men tali quapiam, quali dixi ratione, huc uenerint.

Aut:

Iam An dubitatiua nonnunquam deesse in oratione  
 uidetur. Alias semel, ut cum in priori sensu, nec ipsa,  
 nec eius synonymos, ne adhibetur, ut Studes an scri-  
 Rursus superioris generis sunt tria, sit necne sit, quid  
 sit, quale sit, pro an sit. Liui. Hic Lucius Tarquinius  
 bis? Studes an non, uel nec ne? Cicero in partitionibus  
 Prisci Tarquinij regis filius neposne fuerit parum li-  
 quet, pro filiusne, neposne fuerit. Alias bis. Cicero de  
 natura deorū, Nec uero Protogoras, qui se negat om-  
 nino de dijs quid liqueat scire, sint, non sint, qualesue  
 sint, quicquam, uidetur de natura deorum suspicari.  
 Terentius, Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; æ-  
 quum, neq; bonum sciunt, melius, peius, proficit, oblit,  
 nihil

nihil uident? Horatius, Ludere par impar, equitare  
in arundine longa. Idem, Serius ocyus,

## APOSIOPESIS:

REstat huius generis altera pars, in qua nimirum  
quod sermonis integritati deest, aliunde quoq; pe-  
tendum sit. Ceterum non quia certum est, uel quod ip-  
sa cōsuetudine subaudiri solet, quam quod plane uel  
affectu aliquo, uel transitus causa ad aliud, quod ma-  
gis urget, prætermisum est. Et affectu quidem multis  
modis. Nam & ira, ut in illo Verg. Quos ego, sed mo-  
tos præstat componere fluctus. Et pudore Verg. No-  
uimus & qui se transuersa tuentibus hircis. Et timo-  
re, uel religione. Cicero, De nostrū enim omnium, non  
audeo totum dicere. Idem, Data lupercalibus, quo die  
Antonius Cæsari: Transitus ad aliud gratia, ut in illo,  
quod Quint. affert. Cōmunis autem, tametsi ignoscite  
mihi iudices. Donatus aliter distinguit, & trifariam.  
Cum per se ipsum tacet quis, & ad aliud transit, quā  
uocat primā. Ter. Ecce aut de integro, nisi quicquid  
est, uolo scire. Ver. Nec requieuit enim donec Calchā  
te ministro. Sed quid ego hæc aut? Vel tacet, nec ultra  
aliquid loquitur. Ter. Adel. Iam si uerbū ullū posthac  
Vel alterius interuētū psonæ tacet. Idē in Heaut. Ita  
res est nunc quasi cū. Interpellat enim Clitipho, Quas  
malū. ambages mihi narrare occipit? Idē Phor. Demi-  
phonē si est domi uisam, ut quod Demipho, Nos ad te  
ibamus Phormio. Phor. De eadem hac fortasse causa.  
Nec ignoro Quintil ex his pleraq; in quibus scilicet



358 DE EMEND. STRUCT.  
ex alijs certum est, quod omittitur ad figurā quā ille  
sub Synechdoche cōprehendit, nos Eclipsin uocamus  
referre. Ad aposiopesin uero ea duntaxat, in quibus  
uel id incertū est qualia maxime sūt quæ per irā reci  
tētur, utiq; dū iratis ipsis non satis liquet, quibus uerbis  
explicent, quæ mimantur, uel certe id longiore sermo  
ne est explicandū, atq; idcirco potiore aliqua re instā  
te omissū, Nobis aposiapseos appellatiōe latius uti  
cū grāmaticis, Quintiliani pace libuit? Cui tamen eius  
sententia placebit, uidet, arbitror, quid sequatur.

A COMMUNI:

SEquitur detractionis genus, quod in pluribus eius  
modi clausulis consistit, inter quas aliquid est com  
mune, quod tamen in unica positū, in reliquis est sub  
audiendū. Itaq; Græcis generali nomine ἀπό κοινῶς  
dicitur quo etiā nomine Porphyr. & Prisc. aliquādo  
sunt usi. Hoc genus in tres species à grāmaticis didu  
citur, Zeugma, Syllepsin, & de qua post agetur, Pro  
lepsin. Quintil. priora duo uno genere cōprehendit,  
quod Synezeugmenon uocat, atq; ita finit, ut sit figu  
ra, in qua unū ad uerbū plures sententiæ referuntur,  
quarū una quæq; desideraret illud, si sola poneretur.  
sed grāmatici distinguūt, ac seorsum definiunt. Dona  
tus ad hunc modū, Zeugma est unius uerbi conclusio,  
diuersis clausulis apte coniuncta, ut Troiugena inter  
pres diuum, qui nomima Phœbi, Qui tripodas, Clarij  
lauros, qui sidera sentis, Et uolucrum pennas, & præ  
petis omnia penne. Rursus Syllepsis est diuersarum  
clausu=

Synezeu  
gemon:

Defenitio  
Donati

clausularum per unum uerbum conglutinata conceptio, ut, Hic illius arma, hic currus fuit. Et subdit, Hoc schema late patet, & fieri solet non solum per partes orationis, sed etiam per accidentia partium.

Diomedes sic, Zeugma est unius uerbi conclusio, diuersis clausulis coniuncta, cum duo aut complura ad unam partem orationis iungenda referuntur. Rursus Syllepsis est dissimiliū clausularum per unum uerbū conglutinata conceptio, cum singularis dictio plurali uerbo, uel posteriori tantum, uel ultimo redditur, ut, Hic illius arma, hic currus fuit. Sed cum multo latius pateant harum figurarum uocabula, quam pro iam dictarum finitionum angustia sicut Donatus ipse dicit, & tum ipse. tū Seruius, & Porphyrio in Terentij Vergilij, & Horatij enarrationibus, subinde confirmant, nos alias, quæ nominibus suis magis sint pares, nec tamen à sententia ueterū alienæ, adaptare tentemus. Esto igitur Zeugma, quoties in similibus clausulis cōmune aliquid in una positum, in alijs non mutatum desideratur. Syllepsis, cum in dissimilibus eiusmodi cōmune in una positū in cæteris satisfacere non potest nisi mutatum. De his, quoniam frequentissimus eorum est usus, et magnam cōpendij gratiam sermoni afferūt, nō ab re mihi uidetur diffusius, nō ut grāmatici (quod sciam) hæctenus fecerunt, strictim, disserendū, præsertim qui singulas constructionis figuras, singula sermonis ornamenta, quæ saltem grāmaticus conferre queat, existimem.

Definitio  
Diomedis

Zeugma  
quid:

Syllepsis  
quid:



Variatio  
zeugmatis  
multiplex:

Fit igitur Zeugma siue id inspicias quod detrahatur, siue locum unde detrahitur, siue ea quæ clausulas coniungunt, multis sane modis. Quippe quod detrahitur in uniuersum triplex est. Aut enim ipsum est uerbum, aut aliquid quod uerbum præcedit, aut aliquid quod ipsum sequitur. Et uerbum quidem ipsum, sic, Non locus uirum, sed uir locum honestat.

Quod uerbum præcedit, quadrupliciter. Modo unica dictio, ut, Probus non solum præsentis amicos colit, sed etiam absentes amicos obseruat. Supplendū enim iterum probus. Modo plures, Qui uir probus uideri uolet, præsentis amicos colet, & absentes amicos tuebitur. Vbi totum illud (qui uir probus uideri uolet) subdendum in secundo sensu est. Modo totum quod uerbum præcedit cum ipso uerbo, Qui uir probus uideri uolet, tuebitur amicos absentes, nedū amicos præsentis. Petendū est enim à priori sensu totum illud, qui uir probus uideri uolet, tuebitur. Etiā cum aliqua parte eius, quod uerbum sequitur, ut si è proximo exemplo, amicos, semel dempseris, sic, Tuebitur amicus absentes, ne dum præsentis.

Aliquid quod uerbum sequitur itidem quadrupliciter. Modo unica dictio, sic, Ut probus absentes amicos tuetur, ita improbus absentes destituit. Modo plures dictiones hoc modo, Ut probus absentes amicos sua opera tuetur, ita improbus destituit. Modo totum quod sequitur cū ipso uerbo ad hunc modum. Ut uir in gratus beneficio est indignus, ita & qui facile obliuiscitur

uiscitur. Etiam cum aliqua parte eius, quod uerbum  
precedit. Non solum Mutius hosti metum incussurus,  
manum rogo intulit, sed etiam Agefilaus

Variatur Zeugma & à loco, ubi commune illud A loco:

quod alibi subauditur, est positum. Nam id uel in pri-  
ore aliqua causula ponitur, uocaturq; Prozeugma, Prozeug-  
ma-

ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem  
amentia. Vel in postrema, diciturq; Hypozeugma, ut Hypozeug  
ma:

Ouidius, Non Venus & uinum sublimia pectora fre-  
git. Terentius, Hoc pater ac dominus interest. Vel in  
media, cum Mesozeugma uocant, ut in illo supra po-  
sito, Troiugena interpres diuum qui numina Phœbi,  
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis, Et uo  
lucrum pennas, & præpetis omnia penna. Mesozeug  
ma:

Tertiam uarietatem accipit à particulis, quæ clau-  
sulas committunt. Hæ tribus quatuorue summum pa-  
tibus continentur. Nomine aduerbio, cõiunctione, &  
aliquãdo participio. Sũt igitur in nomine, quæ Zeu-  
gma faciunt, ea quæ relatiua dicuntur, tũ substantiæ,

ut, Vergilius est, qui enarratur, integrum enim est,  
qui Vergilius enarratur. Tũ qualitatis, ut Niger ho-  
mo est, qualis Aethiops. Tum magnitudinis, Magni  
nominis erat, quanti quisquam. Magnas copias se-  
cum duxit, quantas Xerxes. Magnũ pascit gregem,  
quantum Anglorum quiuis. Tum numeri, ut Centum  
uel multas exædificauit, naues quot non alius.

Et redditua simili genere. Talis est hic, qualis ille  
Tantum habet agri, quantum ciuis quisquam. Tot te-  
net uersus, quot audit. z 5 Et

A particu-  
lis quæ  
clausulas  
cõmittunt



Et uniuersalia infinita. Quicumq; uult esse continens, potest.

In aduerbio uero, dictorum iam nominum aduerbia, ut facit apte, qualiter semper Studet impense, quā opere nullus, Pugnauit singulari certamine, quoties nemo alius. Et per relatiua. Diu fuit absens, quā diu præsens. Venit hora tertia, quando etiam præceptor. Pergit ad urbem, quo tuus Pater. Transiuit Roma, qua noster hospes. Redijt Londino, unde noster Morus, Studuit Patauij, ubi Latimerus.

Tum Collatiōis aduerbia, & similitudinis, Sic uel ita tibi inuidit, ut mihi.

Tum paritatis. Tam deest auaro quod habet, quā quod non habet. Tam sunt Arcturi sydera nobis, Hedorumq; dies seruandi, & lucidus anguis, Quam quibus in patriam uentosa per æquora uectis, Pontus & ostriferi fauces tentantur Abydi. Accipiendum enim à priori, Sunt seruandi.

Item congregadi, siue negatæ solitudinis aduerbia Non solū nobis nati summus, sed etiā amicis, et patriæ

In coniunctione tum copulatiuæ. Socrates iudicatus est sapiens, & Aristides iustus. Sol auget uentos & comprimit. Mutat colores Scytharū Tarandus, nec aliud ex ijs, quæ pilo integuntur.

Tum disiunctiuæ. Vel quod certo scis, uel nihil est loquendū. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. In hoc genere, ubi scilicet duplex est coniunctio, uel particula. quæ similiter duos sensus nectit, monet

monet Lau. si præcedat coniunctiones quod cū aliquo sequentiū est cōstruendū, obsequi illi debere clausulas quæ sequantur, nō enim recte dici, Tu ne faceres, nec ego te pmitterē. Dicendū namq; uel translata in priorē locū cōiunctione, sic, Nec tu faceres, nec ego te permitterē. Vel mutato secūdo uerbo, sic, Tu nec faceres, nec à me permitteris. Rursus uitiosum esse, Potes cognoscere partim ex aliorū sermone, partim docebit te ipse tabellarius. Dicēdū enim uel sic, Partim potes cognoscere ex aliorū sermone, partim docebit te ipse tabellarius. Vel sic, Potes cognoscere partim ex aliorū sermone, partim ex tabellario. Accipiantur enim hoc loco, partim, una, pariter, simul, quasi coniunctiones sint, cum ipsa quoq; priori loco posita clausulas geminent, sicut copulatiuæ, disiunctiuæ. Sed nec diuersæ constructionis uerba, cum talis, qualem diximus, particula coniunctionem præcessit, coniugenda esse idem Laurentius est autor, non enim satis Latinum esse, ille mihi nec nocuit unquam, nec adiuuit: Sed dicendum esse, aut sit. Ille mihi nec nocuit unquam, nec profuit. Aut sic, Ille nec nocuit mihi unquam, ne me adiuuit. Aliasq; diuersæ cōstructionis uerba uni casui subiecisse, parū terse latinitatis uidetur, nec studio sequendum, quod genus est illud Ouidij, Nescia gratentur, consolentur ue parentem. Cæterum si quid apud magnos autores cōtra Laurentij præceptum legitur, esto Syllepsis, sicut illud Quintil. & quas res quosq; homines, quibus rebus aut hominibus uel conciliaffet, uel



uel alienasset ipsa natura. Et illud Terentij, Quem ne quæ pudet quicquam, nec metuit quencquã, nec legẽ se putat tenere ullam. De quo alio loco plenius.

Præterea Discretiua, ut Is adeo ex me natus non est, sed ex fratre. Et Athenienses Peloponesiacum bellum gesserunt, Thucidides autem conscripsit.

Item rationis redditua. Credibile est illum fecisse, nã frater non negat, uel quippe, uel etenim frater non negat.

Et Subcontinuatua. Quoniam hæc domus tibi nõ placet, altera tibi quærenda est.

Et Continuatua, Si alium succurrere prohibetis saltem hunc ne prohibete. Si tibi sui iniurius, qua quæ so in re? Terentius. Et hanc mihi nisi mors, adimet nemo, pro nemo adimet. Nam si adimat, subaudias, Syllepsis erit.

Et perfectiua, ut, Adijsti me, non ut salutes, sed ut tentares.

Et illatiua, Vnicus est patri, igitur heres.

Et aduersatiua, Et si patri tuo multum debeo, non tamen & tibi.

Præterea, quam, electiua. Est magis amicus tibi quam mihi. Et per synonima, ac, & atque, Magis alienus uisus est à nobis, atq; à reliquis item, Aliud est esse ciuem, quam aduenã præstat in ægestate uiuere, quam inhonestẽ.

Etiã Dubitatiua. Est ne Melibœi hoc pecus, an tuum? In hoc genere sepe aliter sensuũ de syderatur totus

totus, cum tamen coniunctio alterum omnino exigat, ut quæ aliter coniunctionis numere fungi non possit: ut, an uenit? uel uenit ne? supplenda enim utrobique oratio est per an non. Sæpe non modo aliter tantum sensus cum signo, sed etiam ipsius positi sensus dubitationis nota. Veluti in illis simplicibus interrogationibus, ibi mus? pro an ibimus, an nō: Qualis fortasse subauditio in illis nō requiritur, ubi per interrogationem aliquid ueluti extorquemus, ut in illis, Tunc impune hoc facies? & ita ne paratus tandem aduenis? & Hoccine est credibile aut memorabile, tanta uecordia innata cuiquam ut fiet?

Incidit Zeugma & ubi interponitur, ne dicam, ut, An sperasset hoc uiuo Milone, ne dicam consule, pro consule Milone. In quo genere notat Laurentius, ubi talis sermo per nominatiuum figuratur, si proprium appellatiuum ue præcedat, rectius subijci accusatiuum, ut, Crudelis Castor, ne dicam sceleratum, & impium. Secus aut si sequitur, rectius enim dici, Crudelis ne dicam sceleratus & impius Castor: quam sceleratum & impium Castorem. Quæ diuersitas in alijs casibus non accidit.

Fit & alias subinde Zeugma in Epexegesi uerbi dico, ut in illo Horarij, Tutior at quanto merx est in classe secunda, Libertinarum dico. Repetendum enim ad absolutam structuram illud, classe, ut si dico classe Libertinarum.

Ne dicam:  
Dico.



## SYLLEPSIS.

Syllepsis, ut supra diximus, est cum dissimilibus clausulis commune aliquid, quod in una ponitur, mutatum aliquatenus in alia desideratur. Fit hæc (ut sub Donato autore prædictum est) et per partes & per accidentia partium. Et per hæc quidem, ubi quod subauditur genere, persona, numero, casu, modo, uel tempore si adhibeatur, est mutandum. Per partes, modo cum eorum significatio est uarianda: modo aliter, ut post dicetur. Prior ratio, id est, quæ per accidentia fit, per uerbum adiectiuum nomen, præterea nomen, pronomen uere relatiuum, aut participium fit, quæ particula in generis saltem numeri, et personæ syllepsi, tum singulariter communis locum sustinere tum pluraliter possunt, & singulariter quidem positæ confirmari cum aliqua particula clausulæ, in qua adhibetur, omnino debent, pluraliter cum eorum quibus in omnibus clausulis respondent maxime digno. Sed prius ut singulariter communis locum sustinent, agamus. Fit igitur Syllepsis communi eo, quod in clausulis est, singulari & per genus, sicut in illo Terentij ut Donatus confirmat, Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Cui simile est illud eiusdem, Dati annuli, locus, tempus constitutum est. Et Vergilij, Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem. In hoc quoque genere monet Laurentius, ut si commune præcedat, quæ subijciuntur, in clausulis præsertim duplici coniunctione copulatis, tum appellatiua, tum propria omnino obsequantur. Non enim

apud

apud Ciceronem recte legi, Optima sunt & mente & uiribus: sed legendum esse, uel sic, Et mente optima sunt & uiribus, ut uidelicet comune illud appellatiuum sequatur, uel sic, Optima sunt mente & uiribus, altera scilicet coniunctione detracta. Nec dicendum esse, Nulla uirgo est dicenda corrupta uel mente uel corpore, sed uel mutato altero appellatiuo, ut sint similia, ad hunc modum, Nulla uirgo est dicenda corrupta uel animo uel corpore. Vel translato adiectiuo in medium uel postremum locum, qua ratione sub generali. Syllepsos precepto cadet, ut cum proximo appellatiuo consentiat, hoc pacto, Nulla uirgo est dicenda uel mente corrupta uel corpore. Vel sic, Nulla uirgo est dicenda uel mente uel corpore corrupta. Quare illud Gell. fortasse non probabitur, inspecto libro nullam esse in eo uerbo nec mendam nec uicium. Sed hic facile reijci culpa in librarium potest scribentem mendam pro mendum & nullam pro nullum. Per personam uero, & in communi clausulis singulariter positio. Cic. ad Quintum fratrem Et pene ille timore, ego risu corruui. Idem de somnio. Scipionis, Ego illum de suo regno, ille me de nostra Republica. Percontatus est. In hoc genere ubi collatio aliqua subest, licet uerbum posteriori loco abhibeatur, tamen cum prioris clausulae nominatiuo potius consentiet, ut Tu melius ista, quam ego faceres, non facerem, Et ego melius ista, quam tu facerem, non faceres, Simili modo, Tu ita ut ego haec fecisses. Ille perinde ut tu liber es. Cic. ad Atticum. Nunc cum hoc tempore nihilo ma-

Syllepsis  
per personam  
et commune  
singulare.



gis ego, quan uos subsidio, Domitio ire possim. Simili modo ubi, nisi clausulam subiungit, tametsi uerbum posteriori loco ponitur, tamen cū priori nominatio potius in accidentibus concordabit. Tere. Talem filiū nulla nisi tu pareret. Legitur tamē & aliter apud alios poetas, sed figurate. Verg. Nihil hic nisi carmina desunt. Ouid. Quid nisi secreta læserunt Phyllida sylua? Idem, Dij maris et cæli (quid enim nisi uota super sunt? Soluere quassata parcite membra ratis.

Syllepsis  
per cum

Fit personarum Syllepsis & per, cum, ut comitem significat, ut in proposita ratione, ubi scilicet communis particula singulariter adhibetur, ut in illo Ouidij, Tu quoq; cum Druso premia fratre feres. Et Horatij, Tu quid ego & populus mecum desideret audi.

Syllepsis  
p numeros

Per numeros & communi singulariter posito Syllepsis fit, ut in illo Vergilij, Hic illius arma, hic currus fuit. Item in illo eiusdem, Socijs & in rege recepto.

Generum  
dignitas

At cum plurale est id, quod in clausulis commune est, cum digniore in ipsis, ut dictum est, coaptabitur Est porro inter genera masculinū dignius sceminino & neutro. In personis prima præstantior, quam secunda et tertia, secunda uero quam tertia. Ergo per genera in hac ratione sic fiunt. Syllepses. Oui, Fast. Iane face æternos pacem pacisq; ministros. Idem, Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Tere. Domus, uxor, liberi iuueti inuito patre. Cic de Off. Propter summā & doctoris autoritatem et urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Vergil. Casosq; reportant

reportant, Almonem puerum scedatiq; ora Galefi.

Sunt qui foemininum neutro prestare uolunt, quorum est Priscianus, illo nimirum Lucani inductus, Sunt leges & plebiscita coacta. Ego contra, cum alibi semper neutro potius cedere foemininū obseruem, illud & monadicon & alias ad corruptelā lubricum, potius deprauatum censeo, cum diuersae rationis exempla sint plurima, ut Sallust. Præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. Idem, Genus, etas, eloquentia, propè paria suere. Sueton. Pulsis cultoribus obtinere terras, in quibus urbs & templum dedicata sunt. Nec est quod quisquam illud Lucani, Græcorum imitatione dictum, defendat, apud quos sicubi talis locutio legitur, non nisi ubi sexus est discrimen, & per participium id fieri obseruatur, ut in illo Homeri, αἰδέσθαι ἡμέτεροι τ' ἄλλοχοι καὶ νῆπιότακτα, εἶσα τ' ἐρ μέγασσι ποτιδέγμενα. Quasi dicas, At uestræ uxores, et pignora nescia fraudis, Sub tectis resident expectantes. Et per, cum. Ouidius Fast. Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Per personas et commune plurale ad hunc modum. Cicero, Si tu & Tullia lux nostra ualetis, ego & suauissimus Cicero ualemus. Terent. Hæc si neq; ego neq; tu fecimus, non stuit egestas facere nos. Vergilius, Spolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. Horatius, Si modo ego & uos Scimus in urbanum lepido seponere dicto Et per, cum, Vergilius, Diuelliur inde Iphitus & Relias mecum.

Synopsis  
per personas  
et commune  
plurale.

A

Per



Per numeros quoq; Syllepsin fieri sub hac ratione volunt Grammatici, ut, Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles, & pressi copia lactis. Ponitur enim hic in una clausularum, quod etiam mutato numero subaudiendum est in alijs. Volunt & in talibus Syllepsin esse, Cicero et Hortensius regnarunt in causis, sed paulo diuersa ratione, cum id quo singula sunt supplenda, in nulla potest non mutatum poni. In illo namq; iusta est syllepsis, uixit annis uiginti uno, siue uno & uiginti dicas, cum sint potestate duo sensus, nec possit utriq; pluralis ille, annis, seruire.

Per cum. Ouid. Met. Fors eadem Ismarios Ebrum cum Strimone siccata. Idem in primo, Litera cum plausu clamor superasq; deorum Impleuere domos.

Fit & per casus syllepsis, maxime in his clausulis, quae per prouocabula & relatiua pronomina coniectuntur, quoties scilicet quod per ea ad legitimos constructionis numeros repeti natura debet, in diuerso casu ab eo, quo positum est, desideratur, ut, Arma uirumq; cano Troiae qui primus ab oris. Nam si eodem, quo in altera clausula sunt posita, in altera desiderantur Zeugma faciunt, non Syllepsin, ut Ouidius, Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem, Qui miser est, ulli si suus esse potest. Itaq; tractari in Zeugmate magis postulabat: nos petita uenia, de utraq; simul ratione, quae succurrent trademus: si pauca, quorum ad utramq; rationem nonnulla pertinent, de uarietate eius, quod repeti per supradictas particulas solet, apposueri-

m. s.

Syllepsis  
per casus.

nus. Repetitur ergo per has particulas modò proa  
 priū, ut in illo Ouidij modò posito exēplo, Hanc tibi,  
 etc. Modò appellatiuum, ut in illo, *Fistula, Damoetas*  
*dono mihi quam dedit olim.* Modò pronomen, ut, *Ille*  
*ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen,*  
*et egressus syluis uicina coegi.* Modò aliquid loco no  
 minis. *Cicero, Perdifficilis, Brute, quæstio est (quod tu*  
*minime ignoras) de natura deorum.* Repetitur enim  
 pro nomine sensus, perdifficilem esse quæstionem, sed  
 hoc penè in aperto est positū. In illo enim Terentij, *Et*  
*laudare fortunas meas, qui gnatum habere in tali inge-*  
*nio præditum: id quod repetitur planè inclusum in alio*  
*est, repetendus enim cum prouocabulo est nominati-*  
*uus pronominis primæ personæ, in possessiuo, meas,*  
*inclusus. Est ubi in nullo includitur, sed ex alijs ueluti*  
*certū habetur, ut in illo, Coram quæ queritis, adsum, Et*  
*in illo Ouidij, sed paulò durius, Preside tuta deo ne-*  
*morū secreta subibis, Nec de plebe deo, sed qui cæle-*  
*stia magna Sceptra manu teneo. Vbi ut sit à quo rela-*  
*tiuum, qui casum, genus, et numerū accipiat, subaudiend-*  
*us ante id est ablatiuus, me, Ut sit, me, qui. Est ubi*  
*quod per relatiuum repetitur, in alio tanq̄ genus in spe-*  
*cie includitur, ut in illo Salustij cum similibus, Deinde*  
*Philenorū aræ, quæ locū Aegyptiū uersus finē imperij*  
*habuere Carthaginenses. Et Vergilij, Arcumq; manus*  
*celeressq; sagittas Corripuit, fidus quæ tela gerebat*  
*Achates. Idē, Interea socios inhumataq; corpora ter-*  
*re Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.*



Huc arbitror parentheses illas referendas, *Quæ tua est humanitas, quæ tua est pietas, ut Cic. Attic. Quare quoniã hæc a me sic petis, ut (quæ tua potestas est) id neges me inuito usurum. Ouid Hæc quoq; dum stultè meditor (quæ uestra libido est) Esse peregrino captus amore potes. Quam figurã uarie interpretari posse Laurentius docet, ut, Quæ pietate es, cuius pietatis es: & Ea tua pietas est, uel, Eius pietatis es, uel, Ea pietate es. Aliquando quod extrinsecus petitur, uidetur omnino alienum, ut Cic. ad Terentiã, Plãncus me retinet, sperat posse fieri, ut mecum in Italiam decedat: quem ego dicm si uidero, & in amplexum uestrum uenero, satis mihi magnũ fructum uidebor percepisse & uestræ pietatis & meæ Et Cornel. Nepos in Attici uita, Tranquillitatis autem rebus Romanis remigrauit Romam, ut opinor, Lucio Cotta, & Luc. Torquato Coss. quem diem sic uniuersa ciuitas Atheniensium prosecuta est, ut lachymis desiderij futuri dolorem indicaret. Cic. Att. Quinctiam feci quod profectio ante me nemo, ut ipse me per literas consolaret: quem librum ad te mittam, si descripserint librarij. Aliquãdo generali posito, speciale quod ei subijcitur repetitum per relatiuum uideas, ut in illo Teren. in Phorm. In quo hæc discebat ludo, ex aduersum ei loco tōstrina erat, Est enim illud ei demonstratiuum, cuius indicationem relatiuũ circumloquitur. Simile huic uideri potest & illud Verg. in 7. Arte noua speculata locum, quo littore pulcher Insidijs cur suq; feras agitabat Ius  
lus.*

his. Et quod per relatiuum nomen repetitur, tot ferè modis uariatur.

Similis uariatio et per pronomen relatiuū fit. Nam et uocem quæ præcessit, alias sub eodem casu repetit, ut, Scribo Vergilium, & eundem audio. Alias sub diuerso. Caesar, Extremum oppidum Allobrogum est, proximumq; Heluetiorum finibus Geneva, ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et utroq; loco positum, ut in iam dicto exemplo, et in illo eiusdem, Diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniāt, is dies erat ad Quintum Calendas Aprilis. Et generalius aliquid quàm præcessit, cum quo in accidentibus conformetur, sibi subijcit, ut Caesar, Millia passuū decem nouem, murum in altitudinem pedum sexdecim, fossamq; perducit. Eo opere perfecto, præsidia disponit, castella communit. Plin. natu. hist. Nam Thoës luporum id genus est, procerius longitudine, breuitate crurum dissimile. Et isodynamō aliquod in alio inclusum, ut in illo Ciceronis ad Atticum, Bruto suades ut rescribam, eas literas cras habebis. Quintil. De pedagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi, planè quā priam esse curam uelim, aut se non esse eruditos sciant Non ignorandū aut id quod repetitur, si diuersa uox est ab ea, quæ in clausula præcessit, siue generale sit, siue speciale, omitti nō posse. Sin eadem uox est, desiderari alterutro loco posse. In posteriori loco, ut in illo Verg. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam,



pro quarum nympharum. Adeoq; desiderari hoc loco solet, si priori adhibetur, ut Hieronymo uitiosum uideatur, si quis id apponat, & integram locutionem faciat, ut qui in Rufino id taxet. Ceterū adhibetur passim apud probatissimos autorum. Apud Cæsare certè frequentissimè, ut in 1, Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Et ibidem, Omnibus rebus ad profectiōem comparatis, diem dicūt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant. Idem, Ultra eum locum, quo in loco Germani confederant. Suetonius, Desedit apud Nicomedem non sine rumore prostrate regi pudicitia, quem rumorē auxit, &c. Plinius, iuxta Mareotim lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur. Plinius de uiris illustribus, siue quisquis fuit autor, Vbi post annos arcula cum libris à Terentio quodā exarata, qui libri quia leues quasdam sacrorum causas continebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

In priori autem loco desideratur etiam honestè si in secundo loco post relatiuum sit adhibitū. Quod oratores seruare Laurentius est autor, ut Quint. Vereor ne quos porrexerim cibos, uenena sūt. Et Terentius, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Et, Posthac quas faciet de integro comedias. Idem, Nocte illa prima uirginē non attingit: quæ consecuta est nox, eā nihilo magis. Iterum enim subaudiendus est ablatiuus nome. Poeta tamen sub relatiuo id præponūt. Plau. Cur illum quem queritis, ego sum. Idem Amphit. Nauticratem,

eratem, quem conuenire uolui, in naue non erat. An-  
 tiptosin in his esse, sicuti Seruius censet nimia uidetur  
 licentia, & quod autoribus imputare sic durum, cum  
 nec illa uitatur ratione, & alioqui Syllepsin esse di-  
 cat, alia quidem ratione quam adhuc sit dicta, utique  
 generali, qua multa, de quibus nos alibi agemus, ad  
 Syllepsin trahit, ceterum cum nostra non pugnante.  
 At enim in illo Terentij cum similibus, Populo ut pla-  
 cerent, quas fecisset fabulas. Quod nomen, fabulas, ad-  
 uerbum, fecisset, retulit, non ad uerbū, placerent. Quā  
 ratione & Hellenismon illum, Scin' me in quibus sim  
 gaudijs? ad hanc reducit figuram.

Mihi uerò & illa Syllepsis uidentur, siue ea per ca-  
 sum, siue aliter fieri dicas, qualia sunt Terentij illud,  
 Quem neq; pudet quicquam, nec metuit quenquam,  
 nec legem se putat tenere ullam. Et Vergilij in octa-  
 uo, Quis neq; mos, neq; cultus erat, nec iungere tau-  
 ros, Aut cōponere opes norant. Non enim potest rela-  
 tiuum, quod clausulis est cōmune, singulis earum, nisi  
 mutatum quadrare. Sicut Quintil. illud per genera,  
 Illud ingeniorum uelut precox genus non temerē un-  
 quam peruenit ad frugem, hi sunt qui parua facillē fa-  
 ciunt. Et illud Cicconis ad Petum, sed alia ratione, Il-  
 le uerò putabat te quæsiturum, an unum sit coelum, an  
 innumerabilia. Et illud Salustij quod Seruius citat per  
 numeros, Quia Sertorio triplices insidie per idoneos  
 saltus positæ erant, prima etc. Iem alio genere illud  
 Verglij, in quo copulatur duo uerba diuersi numeri



sub uno nominatiuo, qui tamen conuenire utriq; uerbo non potest, Troas reliquias Danaum, atq; immittis Achilli Arcebat longe Latio, multosq; per annos Errabant. Non enim potest prioris uerbi nominatiuus, Iuno, qui à superioribus petitur, secundo uerbo, cui nominatiuus de fit, satisfacere, sed petendum extrinsecus est nominatiuus, illi.

In superioribus tamen exemplis Terentij et Vergilij, Quem neq; pudet quicquã, & quis neq; mos, neq; cultus erat, quatenus obseruationi Vallæ de uerborũ in talibus primæ dictioni obsequale aduersantur, anacoluto esse dixeris. De qua figura quoniã affinis quãdantenus est his, quæ diximus, pauca in fine dicemus.

Per aduerbium imaginis.

Per modos fit Syllepsis, Alias cum inter clausulas intercedit imaginis aduerbium. Incedis ueluti rex, uel quasi rex. Fremis quasi leo. Subaudiendum enim in altera, ut sit plena constructio, uel idem uerbũ in positionali modo, sic, Incedis quasi rex incedat, incederetue. Vel certe uerbum subsistendi in subiunctiuo & imperfecto tempore, Incedis ueluti esses rex. Fremis quasi esses leo. Hac uerò posteriore ratione innuitur per aduerbium imago, potius quã prior. Cæterum Eclipsis potius est, quã Syllepsis.

Per, ut, apostaticon

Alias ubi, ut, apostaticon interponitur. Horat. At est bonus, ut melior uir non alius quisquam. Terentius, Et uultu Sofia adeò modesto, adeò uenusto, ut nihil supra. Supplendus enim utrobq; defectus est per diuersum modum.

Item

Item per, ut, similitudinis. Horat. Præterea ne sic ut  
 qui iocularia ridens Percurram. Assumendum enim,  
 autore Porphirione, cum, percurram, etiam percur-  
 rit, qua ratione fit Syllepsis. Fit eodem loco & Zeu-  
 gma nomine iocularia, bis accepto, ut idē est autor.

Per, ut, fl.  
 militudinis

Item per copulatiuam coniunctionem, ut, Et stu-  
 des, & hortor ne desistas. Item, Nec tu faceres, nec  
 ego te permetterem. Subaudienda enim infinita stude-  
 re, & facere, ut iusta sit constructio.

Per copu-  
 latiua con-  
 iunctione.

Et per, saltem, ut in illo Terentij, Itāne tandem ido-  
 neus tibi uideor, quem tam aperte fallere incipias do-  
 lis: Saltem accurate, ut metui uidear. Vbi inquit Do-  
 natus, saltem accurate, Zeugma à superiore, fallere  
 incipias: aut certe Syllepsis fallere inciperes.

Per saltem

Similis Syllepsis & per prouocabulū fit, ut, Video  
 quos uolebam. Subauditur enim infinitū uidere: quod  
 ferè accidit, ubi secunda clausula deponitur in uerbū  
 desiderandi, opinandi, uel noscendi. Ditiore est quā  
 opinabar, prudentior est quā intelligebam. Subau-  
 diendum enim utrobique, esse.

Per prouo-  
 cabulum.

Per tempora, ut, Cum ante te uirum ostendisti,  
 tum hic uel maxime. Addendum enim ad sensus abso-  
 lutionem, ostendis. Et longe doctior est, quā olim.  
 Subaudiendum enim est, erat. Quoties enim in clausis  
 ponuntur aduerbia diuersi tēporis, necesse est uer-  
 bum uariari. Olim erat doctior quā nunc.

Per tempo-  
 ra.

Sunt, non ignoro, & aliæ huius per tempora &  
 modos Syllepseos rationes, sed quæ non difficulter,  
 ut



ut spero, per se percipiet quisquis has perlegerit.

Syllepsis  
per partes:

Per partes uerò ipsas uariè sit hæc figura. Alibi enim aliquid detractū cernas, quod sit uoce tantū, nō etiā significatione cōmune, ut in illo Ouidij de Trist. Non peto, quas quondā petij studiosus Athenas, Op-  
pida non Asiæ non mihi uisa prius, Non ut Alexan-  
dri claram delatus in urbem, Delicias uideam Nile  
iocose tuas. In prioribus enim uerbum, peto, pro adeo  
accipitur: in posteriore pro postulo. Et Iust. Prouolu-  
ta deinde genibus Alexandri, non mortē, sed ut Darij  
corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur. Et  
eiusdem, ita egregius adolescens & cædem patris, &  
necem fratris, & se ab insidijs Artabani uindicauit.  
In priori exemplo uerbum, deprecor, alibi pro pre-  
cor, alibi pro precando auersor. In posteriori uer-  
bum, uindico, priori loco pro ulciscor, post pro libero  
accipitur. Alibi tum uoce, tū significato diuersum est  
subaudiendū, cum id quod in altera est clausularum,  
aptari alteri omnino non possit, ut in illo Vergilij in  
septimo, Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat. Succē-  
ctus trabea. Non enim lituo succinctus, commodē di-  
xeris, nec lituo erat, ut Gellius non satis Grammaticē  
supplet. Sed nec promptum est, quo locum suppleas,  
nisi casum mutes, uel, insignis, subaudias, quod Ver-  
gilius alibi posuit, Et lituo pugnas insignis obibat &  
hasta. Et in duodecimo, Disce puer uirtutem ex me,  
uerumq; laborē, Fortunā ex alijs: ubi, opta, subaudit  
seruius, nō enim discitur fortuna, ait tamen esse Zep-  
gma

gma nō interum. Zeugma quidem (ut ego existimo) quod diuersitas accidentiū in clausulis nō uisitur. Nō integrum uerò, quod unicum uerbū duobus respondere non potest, quæ generalis quædam syllepsos est ratio. Tale est eodem autore et illud in tertio, Nec iam amplius armis, Sed precibus uotisq; iubent exposcere pacem. Non enim uult dicere, iubent exposcere armis: sed, agere, potius subaudiendum. Et Ciceronis illud, Et tamen suspicor iisdem rebus te, quibus me ipsum interdum grauius commoueri: Non enim utrobique apte respōdet, suspicor. Et in Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Vbi ad illud, pluuiæ, uel refrigerent, uel mergant, uel suffocent uel tale quippiam addendū est. Nam quamuis cōstet adurere solere, tum solem, tū Boreā, nemo tamen id dixerit efficere tenues pluuias. Seruius quoq; ipse simile sermonis genus Syllepsin septimam uocat in illo secundi Aencidos, Sacra manu, uictosq; deos, paruūq; nepotē Ipse trahit. Licet enim (inquit) illud, trahit, nepotis tantum sit, tamen et superiora concludit, Sacra nimirum & uictos deos, quos tamen potius gestabat. Tale est & illud Vergilij etiam tertio Aencidos, Socijs tunc arma capebant Edico, & dira bellum cum gente gerendum. In quo Fabius ait planè figuram esse, propterea quòd diuersa sermonis forma coniungitur, diuersæ nanque formæ sunt, arma capebant, & bellum gerendum, quarū utriq; unum, edico, non conuenit. Itaque subaudiendum



dum aliud uerbū in altero membro uidetur, fortasse, iudico, aut mutandum illud gerendū in gerant. Quamquā simili dictionis forma Quintil. ipse uidetur usus in primo Institutionum, quum dixit, Nec ipse usq; ad extremam anxietatem, et ineptas cauillationes descendendum, atq; his in genia concidi, & communi credo. Est Syllepsis & in illo Teren. Audistin, ex aliquo fortasse qui uidisse cum diceret exeuntem aut introeuntē ad amicā. Quo loco Donatus Syllepsis esse primā dicit. Veluti in illo eiusdē, in ludū ducere atq; reducere quod uidelicet illud, ad amicā, utriq; clausule nō quadrat: sicuti nec illud, ad ludū, sed ibi, ab amica, petēdū extrinsecus est, hic, à ludo. Simile quid apparet in illo Vergilij 7 Aen. Hinc ex audiri gemitus, iraq; leonum Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum Sertigeriq; sues atq; in praesepibus ursi Saurire, ac formae magnorum ululare luporum. Non enim illud, hinc, in posterioribus clausulis rectē respōdeat, sed, hic, potius Aliquando incertum uidetur, quod uerbum subaudi possit, ut in illo Quintil. Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem?

Aliquando in una clausula Syllepsin accidere uolunt poetarum interpretes, quorum est Donatus, cum duarum dissimilium uocum, altera earum non ad uocem alterius, sed ad rem significatam refertur. Idq; modo per genera. Terentius And. Vbi illic est scelus, qui me perdidit? Vbi ait Donatus, Ad intellectum, non ad uerbum redigit: & est figura Syllepsis per genera.

genera. Idem in Eunucho, Vt illū dij deæq; omnes sexum perdāt, qui me hodie remoratus est. Idem Quintilianus insuper scelus postquam ludificatus est uirginem. Idem, Eas se personas non negat transtulisse in Eunuchum suam. Et uergilius, Præneste sub ipsa. Quælis fortasse locutio est, Mea Glyceriū, cum similibus, cum sint Græcorū diminutiua neutra. Quod cōfirmare aliquantum uidetur tum Quintiliani uerba illa ex primo Instit. Nec statim diligentē putabo, qui promiscua, quæ epicæna dicitur, ostenderit, in quibus sexus uterq; per alterū apparet: aut quæ scēminina positione mares, aut neutrali scēminas significāt, qualia sunt Murena & Glycerium. Et alibi ex eodem, In eadem specie sunt, sed schemate carent, ut supra dixi, nomina scēminæ quibus mares utūtur, et neutralia quibus scēminæ. Tum Priscianus, qui docens primam & secundam personam primitiuorum pronominum neutrum habere genus, hominum quoque inueniri propria neutra dicit. Marium quidem, hoc Baston & Heliconion: Fœminarum Glycerium, Dorcium. Donatus tamen scēminina censet. Huc referri quodam modo potest & illud loquendi genus, in quo neutrum latinum cum græco masculino coniungitur, quod sæpe usurpant autores. Columella, Vinū absynthiten, hysopiten & abrotoniten, & thymiten, & glyciriziten sic cōdicere oportet. Sed differt hoc genus à prioribus, quod in eo non ad significatum nominis, uini refertur masculinum, sed ad aliam uocem, nempe græcam οἶνος. Non desit



desit similis rationis exemplum, ubi *fœmininum* adiecti-  
 etiam subijcitur appellatiuo neutro latino, sed planè  
 similis significationis. Ouidius, Hoc pecus omne mecum  
 est, multæ stabulantur in antris. Etiam ubi *fœmininum*  
 subijcitur masculino. Idem, Est specus exosus structu-  
 ra pumicis asper, Non homini facilis, non ad eunda fe-  
 re. Modò fit per numeros in una clausula Syllepsis.  
 Vergilius, Pars in frustra secant. Ouidius, Pars uolu-  
 cres factæ. Modò per genera & numeros simul. Ver-  
 gilius, Hic manus ob patriam pugnâdo uulnera passi.  
 Idem, Pars merse tenuere ratem. Liuius, Maxima pars  
 ab equitibus in flumen acti. Idem, Pars per urbes di-  
 lapsi. Sallustius, Maxima pars uulnerati, aut occisi.  
 Talia sunt & illa. Liuius, Samnitium cæsi tria millia  
 trecenti. Florus, Duo millia electi, qui mori iuberentur  
 Curtius. Duo millia crucibus affixi. Hoc de quo agi-  
 mus genus, etas quæ post doctos successit. Synthe-  
 sin appellat, nullo (quod sciam) ueterum autore sed Ale-  
 xandro (ut uideatur) assensu, à quo Euocationem quoq;  
 ueteribus inauditam figuram didicit. Mihi sanè piacu-  
 lum sit ueterum sapientiam eius uel inscitæ, uel infan-  
 tiæ damnare, ut quibus rebus hic præsertim noua no-  
 mina finxit, eos putem aut parum aduertisse, aut clo-  
 qui non potuisse: sed istum (si dijs placet) tot seculis de-  
 siderasse, à quo latine discerent.

Zeugma  
 & Syllep-  
 sis in re-  
 sponsioni-  
 bus

Vriusq; figuræ rationes, Zeugmatis dicitur & Syl-  
 lepsios, in interrogatione & responsione incidunt.

Nam

Nam si quod in interrogatione est positum, in respon-  
sione subijisdem accidētibus subicitur, Zeugma erit:  
si sub diuersis, Syllepsis. Sunt tamen & alia in respon-  
sionibus seruanda, quæ hic nō incommodè referuntur.  
Quoties igitur de agente uel patiente uel deniq; alia  
quauis constructionis persona fit questio, responsio  
hanc sub eodem casu cū eo, cui in interrogatione red-  
ditur, subiciet, uerbum autem utroiq; erit commune  
etiam cum appendice. Cuius rationis plenus sermo  
talis est, *Quis scribit? Morus scribit. Quis scripsit  
Vtopiā? Morus scripsit Vtopiā.* Zeugmate figuratus  
talis, *Quis scribit? Morus. Quis scripsit Vtopiā? Mo-  
rus.* Non ignorandum tamen, si uerbum in questione  
primæ personæ sit, uel secundæ, alterq; respondeat, so-  
lere id in responsione mutari. Prima scilicet ibi, in se-  
cundā hic: & secunda illic, in primam hic. Cui scribo  
hæc? Studiosis lingue latinæ scribis hæc. Sin idem qui  
querit, respōdet, nō mutabitur persona. Cui domo le-  
pidum nouum libellum? Corneli tibi. Tertia persona  
utroiq; seruat, *Quis scripsit Georgica? Vergilius.*  
Eadem ratio & in adiectiuis, ubi scilicet de accidētibus  
queritur, seruanda erit. *Quantus est mundus? im-  
mensus. Qualis est terra? rotunda. Quot sunt stelle er-  
rantes, septem.* Aliquādo tamen peculiari ratio eius  
quod redditur, recusat sub eodem casu inferri id cum  
eo, cui in questione respondet, ut in illo Horatii,  
*Quanti emptæ? paruo. Quanti ergo? octusibus,  
obey.* Et, *Damnatus ne est furti? Immo aīo cri-*



mine. Et, Cuius est codex? meus, non autem mei. In genere uero et numero nihil prohibet dissidere id quod redditur ab eo, quod in questione ponitur: ut, Quis scripsit hendeca syllabos? Sappho, Quæ est hæc urbs? Thebe. Quot oculos habuit Poliphemus? unicum. Etiam genere pariter et numero, Quot sunt cæli stellati unum. Ad eundem modum, si de causa, loco, tempore, ratione interrogas, subiectis in responsione, quæ his factis faciant, uerbo ipso cõmuni interrogationis uteris. Idq; si figura uti placet, suppresso: si non placet, posito. Cur nõ uenisti citius? quia imber uetuit. Quãdo uenit Clemens? dudũ. Quomodo egit pedum mensuram? magna dexteritate. At ubi de actione est questio, si per generale uerbũ, ago, fit, uel facio, per speciale est respondendum, seruato si tertiæ personæ sit, nominatiuo utrobiq; communis: si primæ sit, aut secundæ personæ, sicut dictum est, mutato. Quid facit, uel agit præceptor? enarrat uel dictat. Quid facio? scribis. Quid agis? ludo. Ah, qd egi? erraui. At si per speciale sit uerbũ, per idẽ respondebitur, Recitãt ne classes? recitant, uel non recitant. Responderi potest & per, sic, ita, uel etiã. Redditæ ne sunt literæ? sic, uel sic est, uel ita, uel ita est, uel etiam. Et per generale uerbum, facio. Dicdũ hoc rursum Cherea, tuam uestem detraxit tibi? Factum. Et eam est indutus? Factum. Et pro te huc deductus? Ita. Sicubi autem negare simul quod queritur, et corrigere placet, per Imò respondeas. Conualuit ne Polus? Imò recidit in morbum.

Prolepsis.

## PROLEPSIS:

Prolepsis, est quum generalis dictio, quæ in multitudine numero ferè præcedit, rursus in partibus intelligitur, nec adhibetur. Aliæ Prolepsis est, quum generale præcedit, & idè diuiditur in partes, in quibus etiam subauditur præterea coniunctio aliqua, quæ uel copulatiua sit, uel discretiua, ut, Aquile uolant, hæc ab oriente, illa ab occidete. Cepere captiuos, partim integros. partim saucios: pro & hæc uolat ab oriente, & illa uolat ab occidende. Vel, & hæc quidè ab oriente, illa uero ab occidente. Obseruatũ est in hac figura præsertim extra carmẽ, si uerbũ plurale in collectione præcedit, merito quoq; nominatiuũ una præcedere, et contra, si nominatiuus præcedat, etiam uerbũ plurale præcedere, ut in iam dictis exemplis.

Si uerbum in partibus adhibetur, genitiuum in collectione præcedere debere, ut Aquilarum, alia ab oriente uolat, alia ab occidente. Ciuũ alios regere decet, alios parere. Quod tamẽ in collectione præcedit, plurale omnino esse postulat, uel uoce, ut in superioribus exemplis: uel certe significatione, ut, Auitium genus, partim terrestre est, partim aquatile. Et auitij generis, aliud est terrestre, aliud aquatile, Humani generis, pars corpus excolit, pars animum. Non ignorandum, ut doctissimus Gaza præcipit, singulari eiusmodi alias in singularia licere diuidere, alias in pluralia. Humanũ genus, partim sui iuris est, partim alieni humani generis, alij probi sunt, alij improbi. Quan-



quam hic duplex est figura, fortasse triplex, ut post  
 apparebit, Et rursus plurale ijsdem modis, ut, Homi-  
 num, alius est frugi, alius nequã. Et ciuium, alij præ-  
 sunt, alij parent. Potest autem utrunq; & quod in col-  
 lectione, & quod in partibus sumitur, per obliquum  
 efferi, si participium loco uerbi sit positum, & tran-  
 situs personæ fiat, ut, Aquilarum uolantium alterius  
 ab orto, alterius ab occasu, par est uelocitas.

Fit Prolepsis per omnia, quæ generale in partes  
 diducunt. Per nomina, ut. Alius, alter, unus. Per pro-  
 nomina, ut Ego, tu, hic ille. Per aduerbia, ut Partim,  
 modo, aliquando, cum similibus. Etiam sine his per  
 sola interdum appellatiua, uel propria, ut Verg. In-  
 terea reges, ingenti mole Latinus Quadrijugo uehi-  
 tur curru: bigis it Turnus in albis, Hinc pater Ae-  
 neas Romanæ stirpis origo, Et iuxta Ascanius ma-  
 gnæ spes altera Romæ Procedunt castris.

Et quando unico membro generalitatem sequente,  
 formula quedam huius figuræ representatur, ut Sa-  
 lust. Cœpere se quisq; magis extollere. Terentius,  
 Aperite aliquis actutum ostium. Supplendū enim ita  
 quod desit, Aperite ostium, & aliquis actutum ape-  
 riat. Et cœpere se extollere, & quisq; magis se ex-  
 tollere. In illo uerò Terentij, Verum Demea curemus  
 æquam uterq; partem: tu alterum, ego uerò alterum.  
 Vtraq; earum quas nunc retulimus formarum, cerni  
 potest, & prioris quæ integra est, & posterioris, in  
 qua unicum membrum generalitati subijctur.

## PLEONASMOS:

**D**iuersum ab his genus est, quod excessus constat, Pleonasmus generatim appellari solet. Accidit autem, cum una pluresue dictiones ad legitimam constructionem non necessarie in oratione redundant. Id sane fit per uarias partes.

Nam & appellatiua nomina interdum sic redun-  
dare uideas, ut Vergil. Sic ora locuta est. Terentius, Hiscæ oculis egomet uidi. Item genitiui illi, loci, & gentium, constructionis legibus nihil conferunt. Terentius. Te interea loci cognoui. Nonnunquam epitheta sin aliquam adijciunt. Idem, Sed ubinam gentium est? In appositione quoque si speciale præcedit generale, ipsum generale, Quintil. sententia, abundat, ut si pro, fratres gemini, gemini fratres dixeris, quod tamē intelligendū est de ijs, quæ publicè sunt nota, ut Mulier, ancilla, urbs Roma, cum alibi generalitatis appositio fortasse superuacua non sit, ut Sabrina flumen. Sicuti nec cum æquiuoco fit appositio, ut Taurus mons. Et alioqui non uidetur antiquitatis reduntantiā hanc ne in notissimis quidē ualde refugere, ut ex multis, hoc in capite liquere poterit, cū et gemini fratres, et alia similia sæpe legas. Cicero, Procles & Calisthenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerunt. Sueto. Cæsare, ut eum geminis fratribus ædes in foro constituta tantum Castoris uocaretur, etc. Plinius, Fructus magnitudine auellane nucis. Cæsar, Proximi Reno flumini sunt. Liuius, Tyberi anni septus, Curtius,

Pleonasmus  
appellati-  
uorum.



Homo.

Nilo amne uestus. Hominis quoq; uocabulum in eiusmodi sermonibus abundat, quales sunt Terentij, Ego hominem callidiores uidi neminem, quam Phormionem. Et Suctonij, Ex nonnullis comperi per suasissimū habuisse eum neminem hominem pudicum. Et Cicero nis, Neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut ante posuissem unquam, aut etiam comparassem.

Adiectiuorum pleonasmos:

Et adiectiua, ut Cicero Verr. Omnia quæcūq; Carpinatus postulabat, facere et discernere solebat. Et Valerius Maximus in, Mox humani ingenij pronauoluntate uetita scrutandi, pone respiciens, animaduertit immense magnitudinis serpentem, concitato impetu omne quicquid obuium fuerat, proterentem. Suet. Sallig. Omnes Germanico corporis animiq; uirtutes, & quantas memini cuiquam cōtigiisse satis constat. Satis enim fuerāt, quæcunq;, & quicquid, quæ ipsa uniuersalia sunt, et nemini, detracto illo cuiquam. Simile est illud Ter. Comperiebā nihil ad Pamphilū quicquā at timere. Vbi paret conesse illud, quicquā, Donatus ait.

Paruus &amp; minutus.

Paruus quoq; & minutus, cum diminutiuis adduntur, redundare uidentur. Cic. Parado. Accipies igitur hoc paruū opusculum. Idem, Minutis interrogatiunculis, quasi pūctis id quod proposuit, effecit.

Nescio an alio quam huc referam, quod de interrogatiui neutro, Quid, obseruo, ut in illo Cic. in Partit. Quid orationis, quot sunt partes? Et iterū, Quid quaestio, quas non partes? Et rursus, Quid in deliberatione, quid spectas. Item, quid in iudicijs, quæ est collatio?

Videtur

Videtur enim eo dempto, nihilo minus stare sensus, si modo ordo paulū mutetur. Etiā in illis *Quin.* Quid Hercules aēta non bene Pisandros? Quid Nicandrum frustra secuti Macer atq; Vergilius? Quid Euphorio nem frustra transibimus? Quid Horatius frustra Dirceum Homero subiungit? Et Teren. Quid pædagogus ille qui citharistriā, quid regerit? Item, Quid senem quoad expectatis uestrū? Vbi Donatus inquit, Quid, secundum morem quotidianum tunc dici, cum transitus sit à mentione alterius rei in alteram.

Geminatorū etiam in accusatio et ablatiuo pro nominū, si alterū redūdat, quoniā alio quam huc referat; ut in illis Vergilij, Me me adsum, quid feci, in me conuertite ferrum, O Rutuli. Item, Me me duce ferrū Corripite ô Rutuli. Item, Verte omnes te te in facies. Et Quint. Tete hoc loco mulier interrogo. Ter. Que sese in ignem iniicere uoluit. Et in nominatio aliquādo, ut Cicero in Philip. Tu tu faces illas incēdisti. De, se geminato et simplici Serui. ex Cæsare hoc notat, Se simplex ponimus, cum aliquis se in alium quid se cisse fatetur: Sese cum in seipsum.

Ille relatiuum sepe poetis græco et Homericō more redundat. Vergil. Multū ille et terris iactatus. Idem, Nunc dextra in geminās ictus, nunc ille sinistra. Idem, Quid maiora sequar? salices humilesq; geniste, Aut ille pecori frondem, aut posterioribus umbram Sufficiunt. Idem, undiq; iam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris.

Se gemina  
tum:

Ille relati-  
uum:



Hic & is  
relatiua

Præterea hic & is relatiua. Prius certe cum mira gratia ut apud Liuium, Ita geniti atq; educati, quum primum adoleuit ætas, nec instabilis, nec hi ad peccata segnes uenando peragrare saltus. Posterius, ut Sal. in Caril. Sed urbana plebs, ea uero præceps erat multas de causis. Et Teren. Sed eas fabulas factas prius latinas scisse sese, id uerò pernegat. Idem, Tum hoc alterum, id uerò est, quod ego puto palmarium me reperisse. Idem, Id propterea nunc hinc uenientem sequor, Huc pertinet & illud Ver. Sed reuocare gradū, superasq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Satis factum enim constructio legis fuisse, si superasq; euadere ad auras est opus & labor, dixisset, sed minus uehemens fuisse oratio. Item illa paulò duriora, meo iudicio, maxime quod in principio orationis sunt posita. Aemilius Probus, Chabrias Atheniensis, hic quoq; in summis habitus est ducibus. Idem rursus, Timotheus Cimonis filius fuit Atheniensis, hic a patre acceptam gloriā multis auxit uirtutibus. Et Terentius, Pamphilus ubi nam hic est? Cic. ad Atticum, Posthumius autem de quo nominatim senatus decreuit, ut statim in Ciliciam iret, Eusonioq; succederet, is negat se iturum sine Catone.

Ipsæ epita  
gmaticon;

Ipsæ quoq; epigrammaticon, siue subiectiuum, quum post Met discretionis item particulam adhibetur, ut Ter. Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus, id nosmetipsos facere oportet Phœdria. Et Cicero de Officijs, nisi nosmetipsos amabimus ualde.

Ex

Ex uerbis quoq; peculiariter, dico, præsertim apud Cicronem, ut in illo, Cui cum familiaris quidã quere retur, quod diceret uxorem suam suspendisse se de ficu. Idem Gregalesq; eum cum nõ uenisset in campum, requirerent, excusauit Vespia Terentius, quod eũ brachium fregisse diceret. Hic enim satis erat, quod brachium fregisset: ibi, quod uxor sua de ficu se suspende rat, omisso utrobiq; illo, Diceret. Non dissimile his uidetur & illud eiusdem de lege Manil. Reliquũ est, ut de Q. Catuli autoritate dicendum esse uideatur. Satis enim esset, ut dicatur. Caterum in his nulla fit debita structura iniuria: sicuti nec in illis periphrasibus, quæ tamen reduntantiã omnino præ se ferunt, quales sunt & illa Teren. in Hecyra, Sic est ut uelit reducere uxorem, licet: pro si uelit Et eiusdem in Phorm. Si est patre, culpã ut Antipho in se admiserit: pro si admisit ut Donatus interpretatur. Idem, Si est ut dicat uelle se redde. Si est, ut nolit, rectè consului gnate mea.

Participiũ quoq; nonnunquã in structura redundat, sed græco more, proinde Hellenismis dicitur.

Ex præpositionibus uero ijs, quæ cum uerbis componuntur, etiã nonnullæ ad constructionẽ superfluunt Teren. Adeon ad eum? Sal. Tanta uis auaritiæ in animos corũ, ueluti tabes inuaserat. Staret enim tum sensus tum constructio, si demeres hic In, ibi Ad. Sed hunc pleonasmon in alijs quoq; præpositionibus affectare uidetur antiquitas, ut in superiori libro multis exemplis uideri licet.

Pleonasmos præpositionibus:



Re quoq; in compositione non minus apud probatissimos autores saepe abundat, ut Cicero de fato, Ad Chrysippi laqueos reuertamur: Nihil enim aliud uult dicere, quam uenimus. Quintil. Si uerū est post multa secula & innumerabiles reddi rursus alijs corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis. Et Terentius. Renuntio here futurū. Quo loco Donatus, re, syllaba, inquit apud ueteres interdum abundat, ut renuntio, pro nuntio,

Ad, ab et  
per.

Item ante nomina urbium & oppidorum, Ad ab, & per, ut Cic. Ea die Verres ad messaniam uenit. Sall. Nā Brutus ab Roma aberat. Vergil. Illis qui ad Troiam forte diebus uenerat. Cic. Circiter Idus sextiles ab Epheso in Syriam nauibus profectus est.

Aduerbio-  
rum impleo-  
nismor:

Ex aduerbijs autem post uerba que à re, componuntur, cum retro, sequitur, uel ipsum retro, uel certe re abundat. Vergil. Asper acerba tuens retro redit. Idem, Et retro sublapsa referri. Et ante, post uerba composita à præ. Nonne oportuit præscisse me ante?

Ante

Simul:

Et simul cum uerbis à Con compositis. Idem, Multa simul, concurrunt, qui coniecturam hanc nunc facio. Vbi etiam qui, pro unde uidetur accipi, nisi fortasse quis scribendum pro quibus. Sicut in illo forsitan, Non qui argumentum narret, qui pro qua.

Qua longū

Qua breue

Qua longum quoq; redundat, ut Vergilius, Si qua fata sinant. Idem, Ne qua scire dolos mediusue occurrere possit. Item qua, breue. Vergilius, Phœbe diu res si qua diu mortalibus ulla est.

Negatio

Negatio præterea uarijs modis abundat. Alias post compositam negationem primo loco positam. Compositas uoco, quales sunt, Nego, nescio, nequeo, nemo, nullus, nunquam. Terent in Phorm. Negat neq; eius patrem scire quis fuerat. Cicero de finibus, Sed quam negent. Stoici nec uirtutes, nec uitia crescere. Et nescis nec in pace, nec in bello uiuere. Vergilius, Nulla neq; annem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Cicero Academ. Nullam deniq; esse artē, nec dicendi, nec desserendi putant. Nam si postponatur composita dedecet altera reliquarum. Ter. Agrum in his regionibus meliorem, neq; pretij maioris habet nemo. Si enim alteram apposuisset, aut compositā præposuisset, aut postremo pro ea posuisset affirmatiuā particulam, ut quisquam, uel ullus. Declarat autem, quod in his redundat negatio, quod una detracta, idē sensus seruetur, Neq; eius patrem ait se scire. Nec in pace scis uiuere, nec in bello. Nec ulla quadruples libauit annē, nec attigit herbam. Aliter quoq; superfluit negatio, ut in illo Ter. autore Donato. Neq; haud tu dicas tibi non prædictum caue. Item aliter. Sed cum quadā ui, ubi nimirum per secundam negationem adstruitur quicquā ucluti maius, ut in talibus, Non eam, ne nunc quidē quū accersor ultro? Cicero ad Lentulū, Neq; errarent ne aduersarij quidem Quorū non admodum dissimile est illud Terentij, Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam deserturū, non si capiundos mihi sciam inimicos omnes homines. Fi-



gura certè est & cum affirmatiuū per duas negationes interpretamur, ut Ver. Nec nocturna quidè carpentēs pensa puellæ Nesciuere hyemē. Et, Nequeo nō mirari. Et, Nemo non stupidus, Sed non huius loci.

Coniuncti-  
onum pie-  
natiuos:

Coniunctionū uerò quædā huic figuræ adeo sunt obnoxia, ut cum nihil ad constructionē, uel sensum conferant, expletivæ, uel ornativæ tantū dici meruerint, ut sunt, Num, nam, dum, in, etiamnum, numnā, & ad sum, aliæq;. Tere. Numnam perimus? Idem Ehodum bone uir ad me. Idem, Dic dum. Verg. Nam neq; Par nati nobis iuga, nam neq; Pindi.

Copulati-  
uæ:

Præterea copulatiuæ. ut Multa quoq; & bello passus. Redundat enim &. Idem Verg. Atq; hinc atq; illic humeros ad uulnera durat. Sed hæ sepiissime cum Epexegeſin tantum astruunt, ut in illo Ver. Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ. Est enim interpretatio iudicij Paridis, spretæq; iniuria formæ. Talia sunt & illa, Mollemq; & montes in super altos Imposuit. Item, Dixitq; & prælia uoce diremit.

Vt quoq; cum ci succedit ne, uel ipsa otiosa est, uel nepro non accipienda, ut Teren. Ego pol te pro istis dictis & factis ulciscar scelus, ut ne impune in nos iluſeris. Idem, Miseret me. Itaq; ut ne uiderem misera, effugi huc foras. Quanquam græca potius talia uidentur, pro ἴνα μή.

Et ne, ut in illo Horatij in Sermonibus, Nemōn ut auarus se probet. Item in illo, O serii studiorum, qui ne putetis difficile & mirum, Rhodio quod Pirhæoleonti conigit

contigit, autore Porphirione. Quamquam Priscianus confirmatiuam in talibus dicit pro etiam, ut Terent. Nunccine demum istuc uerbum in te incidit?

## EPANALEPSIS:

**HVC** spectat & Epanalepsis in primis scitu digna figura. Hæc accidit, quum post aliquam multa interposita, uel claritatis, uel alia quapiam causa resumimus quod in principio collocauimus, cū alio qui sine eo constructio suos numeros haberet. Resumimus aut uel iisdē uerbis, ut Ver. Talis amor Daphnim, qualis cū fessa iuuenicum Per memora atq; altos querēda bucula lucos, Propter aquæ riuū uiridi procumbit in herba. Perdita, nec seræ meminit decedere nocti, Talis amor teneat. Et Cic. ad Bru. Caue enim existimes Brute (quanquā nō est necesse ea mea ad te, quæ tibi nota sunt scribere) caue putes probitate, cōstantia, cura studio reipub. quidquā illi esse simile. Idem in lib. de Oratore, Nostra est enim, si modo nos oratores sumus, si in ciuium disceptationibus, si in periculis, si in de liberationibus publicis adhibenda autores & principes sumus. Nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinæq; possessio. Vel diuersis uerbis ab his, quæ sunt proposita, alias potestate paribus, ut Cicero in Tusculan. Confirmato illo, de quo si mortales animi sunt, dubitare nō possumus quum tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidē suspitio sensus relinquatur, hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excutiendum est, ut sciatur quid sit carere. Alias magis generalibus. Idem pro



pro Marco marcello, Verum animū uincere, iracundiam cohibere, uictoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, uirtute prestantem, nō modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem. Hęc qui faciat, non ego summis uiris comparo, sed similitū deo iudico. In his si demas in prioribus, talis amor, et caue putes, in tertio illud, hoc igitur, stabilito et fixo, in quarto, nostra est inquam, nihilominus integra ubiq; constructio fuerit. In quinto exemplo Cicero figuram mutauit, ut magis aptē clauderet. Adhibentur in hac figura aliquando notę quędam quales sunt, inquam igitur, & similia, ut, in modo dictis exemplis patet. Pręterea sed, ut Cicero in Philippa prima, Collegam tuum aiunt in hac sua fortuna (quę bona ipsi uidetur) mihi, ne grauius quippiam dicam, auorum et auunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior uideretur, sed eum iracundum audio factum. Idem alibi, Quum audio socrum meam Lęliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quod multorū sermonis expertes, ea tenent semper quę prima didicerunt) sed eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Neuium uidear audire.

## HYPERBATON:

Cum ordo legitimus dictionum, clausularum uematur, Hyperbaton Grammaticis dicitur. De recto huius generis seorsum tractauimus tractatu, quem de ordine inscribimus. Huius uarias species faciūt Grammatici, Anastrophę, Hysterologiā, Tmesin, Synchisim Parentthesin

Parenthesin. Dictionum præposterum ordinem, Anastrophen uocant. Accidit hoc multis præpositionibus, ut, Italiã contra. Et His accensa super, Et, Maria omnia circum. Et, Spemq; metumq; inter dubij. Et, Multa de nocte profectũ. Et, Quẽ penes arbitrio est. Item, Mecum, tecum, quicum, quibuscum. Sed non ignorandum quoties præpositionis alicuius casus in genitiuũ transit, relatiui substantiæ, præpositionem cum suo casu plerumq; in Hyperbato legi, ac genitiuo subijci, ut Cuius de honore agitur. Cicero, Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia. Idem, Cuius ob oculos Graij ora obuertebant sua. Idem, Quorum ẽ numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere questionem. Idem, Cuius in labris ueteres comici, etiam quum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licbat, leporem habitasse dixerunt. Idem, Cuius ad excoGITATAM speciem imitando referuntur ea, quæ sub oculos ipsa non cadunt. Accidit præterea aduerbijs & coniunctionibus. Quum, ut Cæsar. Frequentissime diutius quum nostrorum impetum ferre non possent. Item, Diu quũ esset pugnatum. Item, Ipse quũ primum pabuli copia esset inciperet, pro quum diutius, quum diu, quum ipse. Item, ut, Terentio, & Ciceroni, & Cæsari passim. Terentius, Nec te quiuit hodie cogere, illam ut duceres. Et, Huc face ad me ut uenias: &, Atq; ex incommodis alterius sua comparent ut commoda Cæsar, Ea; res consilium ut diremisset. Idem, Breui spatio interiecto, nix ut his rebus quas constituisset, collocandis



collocandis atq; administrandis tēpus daretur. Enim  
 ut Terentius, Enim non sinam. Quæ, copulatiua, ut  
 Horatius in car. seculari, Orbis ut cantus referatq; lu  
 dos, Idem, Ore pedes tetigitq; crura. Idem, Magna so  
 nabit, cornua, quod iūcatq; tubas. Tibul. Messalā ter  
 ra tum sequiturq; mari. Ne, ut Horatius, Cum faber  
 incertus scamnū faceretne Priapum. Sed hæc ordinis  
 mutatio in, que, et ne, durissima est, quare imitandam  
 non censeo. Sedenim, Vergilius, impius ex quo Tyti  
 des sedenim scelerumq; inuētor Vlysses, pro sedenim  
 ex quo. Quoniam, Idem, Insanire libet quoniam, pro  
 quoniam libet. Relatiuum quoq; substantiæ loco suo  
 nonnunquam abest, non sine gratia, ut Cicero, In me  
 dio relictis quod erat populo Romano adiudicauit.  
 Terentius, Mater quod suasit, sua adolescens mulier  
 fecit. plautus, Vix apud me sum, uigilans qui prope  
 dormio. Sicubi tamen lōgius a loco suo dictio est trās  
 gressa, Hyperbaton etiam speciali nomine dicunt, ut  
 in illo Ciceronis notat Quintilianus, Animaduerti iu  
 dices omnem accusatoris orationem in duas diuisam  
 esse partes. Rectum enim esse ait, in duas partes diui  
 sam. Ad hanc Hyperbeton referri potest & dictio,  
 quæ inter adiectiuum positum in accusatiuo, & ap  
 pellatiuum in genitiuo est interposita, quod sæpiissime  
 factitatum ab autoribus leges, ut Terentius, Paululum  
 da mihi operæ Cicero, Sed amor uoluntatisq; coniu  
 etio plus habet suauitatis. Idem, Neq; repeto pro illa  
 quicquam abs te precij.

## HYSTEROLOGIA:

**C**um prepositio nō casui cui seruit, sed uerbo, quasi cum eo compositum sit, iungitur, Hysterologian Seruius uocat, ut Tyriam qui adueneris urbem, pro ueneris ad Tyriam urbem, Et, Quas uento accesserit oras, & Atq; rotis summas leuibus perlabitur undas. Et Horatius, Innati triuijs. Donatus Hysterologian, si ue ὕστερον πρότερον, præposterum ordinem sensuum uocat, ut, Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Sed hæc ratio ad constructionis rationem parum pertinet. Huc pertinet illa, Urbem quam statuo, uestra est: Et Naucratem, quem conuenire uolui, in naue non fuit. Rectum enim non erat, Quam urbem statuo, & Quem Naucratem cōuenire uolui. Qualis ordo apud oratores obseruatur, nu ante est dictum.

## T M E S I S:

**T**Mesis uocatur, quum composita uoce diuisa, diuisio aliqua eius partibus interponitur, quod facere autores libenter uidetur, ut Quintil. Nam rogationibus plebis ue scitis sancta sunt ista præcepta. Vergil. Septemq; subiecta trioni. Et Terent. Que meo cunq; animo libitum est facere. Idem, Thais maximo orabat opere, ut cras redires. Idem, Omnia prius experiri q̄ armis sapientē decet. Plau. Sedne ego stultus, qui rem curo publicam? Cice. Quam rem procul inquit dubio dixisset. Idē, rem uero publicā penitus amissimus. Idem Ante Salaminā ipsam Neptunus obruet, quā Salaminij Tropæij memoriam: priusq; Boetio Leuctra tollentur,



400 DE EMEND. STRUCT.  
tur quam pugnae Leutricae gloria. Nō minus libenter  
& illa cōgregandi aduerbia, non modo, non solum,  
non tantum interposita dictioni dirimunt. Quint. Sen-  
tentijs quidem poctarum non orationes modo sunt re-  
fertæ, sed libri etiam pilosoforum. Cic. Est enim mu-  
nus eius non ingenij solum, sed laterum etiam, & ui-  
rium. Idem, Nec uero dubitet agricola quāuis senex,  
querenti cui serat, respondere, dijs immortalibus qui  
me nō accipere tantum a maioribus uoluerunt sed etia-  
am posteris prodesse.

PARENTHESIS:

PARENTHESIS est sensus quispiam sermoni antequam  
absoluatur interiectus, qui quanquam eius uiribus  
aliquid confert, tamen sublatus legitimum sermonem  
relinquit, ut Iupiter hospitibus (nam te dare iura lo-  
quuntur) Hunc letum Tyrijsq; dicm Troiaq; profec-  
ctis esse uelis. Horatius, Cetera de genere hoc (adeo  
sunt multa) loquacem Delassare ualent Fabium.

SYNCHYSIS:

SYNCHYSIS est ordo dictionum confusior, alicuius  
incontinuitatis uitandae causa susceptus. Donatus  
Hyperbaton obscurum, & ex omni parte confusum  
interpretatur, ut, Treis notus abreptas in saxa laten-  
tia torquet, Saxa uocant. Itali medijs quæ in fluctibus  
aras. Quod sic ordinat, Treis naues abreptas notus  
torquet in saxa, quæ saxa in medijs fluctibus latentia,  
Itali uocant aras. Sed hic confusio in una relatiui est  
clausula. Aliquando duarum clausularum miscetur  
diatio

dictiones, ut apud Hor. saepenumero, ut in illo, Namq;  
 pila lippis inimicū et ludere crudis. Idē, Pene macros  
 arsit, dum turdos uersat in igni. Et alibi, Cum mea ne  
 mo scripta legat uulgo recitare timentis ob hanc rem  
 quod sūt, quos genus hoc minimē iuuat, ut pote plures  
 Culpari dignos Et in illo anonymi autoris, Nā lachry  
 mis struit insidias dum fœmina plorat: est enim ordo  
 ibi, Ludere pila est inimicū lippis & crudis. Et dum  
 uersat macros, turdos pene arsit in igni: hic, Sunt plu  
 res, quos genus hoc minimē iuuat, ut pone culpari di  
 gnos. In quibus exemplis hinc maximē confusio ori  
 tur, quod quæ dictiones alteri sensui debentur, in alte  
 ro sunt positæ. Utitur hac compositiōe supra ceteros  
 omnes (quod sciam) autores Horatius, ut etiā in Saty  
 ra 8, Lanea & effigies erat, altera cærea. Et paulo  
 post, Serpentes atq; uideres. Infernas errare canes. Est  
 enim ordo, Erat lanea effigies, & altera cærea. Item,  
 Videret serpētes errare, atq; infernas canes. Vbi Por  
 phyrus ait, sic fere instituere Horatiū coniunctiones,  
 ut non suo loco ponat, Et iterum in arte poetica, Qui  
 uariare cupit rem prodigialiter unā, Delphinū syluis  
 appingit. Et in eadem, Chorusq; turpiter obtinuit su  
 blato iure nocendi. Sic enim ordino, Prodigialiter ap  
 pingit, & iure turpiter nocendi.

Huc quodammodo spectat & illud Hypallages ge  
 nus, quale est Verg. in secundo, Ibant obscuro sola sub  
 nocte, pro soli sub obscura nocte. Idē, Sceleratā intor  
 serit hastā, pro ipse sceleratus. Idem, Namq; omnem  
 C cursum



cursum mihi prospera dixit Religio, pro omnis religio dixit prosperum cursum ut Servius enarrat.

Est Hyperbaton & cum relatiuum qui, non ex proxima clausula, sed superiore aliquid repetit, ut in illo Vergilij, Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari quem regno Hesperie. Tale uult Servius & illud esse, Sunt & Amniee uites, firmissima uina, Tmolus & assurgu quibus, & rex ipse Phaneus. Ad uites enim referri ait, non ad uina, ne forte uinis dicere cogatur. Sed frustra, cum non solum eo casu latinissimi utantur, ut Plinius, uasa uiatoria ex ea uinis in Gallia facta mortifera fuisse compertum est. Sed etiam genitiuo. Idem de Faustino Solum uiuorum hoc flamma acceditur. Ut merito coarctanda in talibus grammaticorum superflitio sit, qui contra usum summorum in Romana lingua uirorum multa temere precipiunt, ueluti etiam propria carere plurali.

Metathesis Ad hunc locum pertinet & naturalis ordo sensuum mutatus, siue Hysterologan, siue ὑστερον προτερον, siue sensuum metathesin siue quocumq; huc nomine appelles. Cuiusmodi est tu in eo, quod σεαυμενὸν Græcis dicitur, ubi relatiui sensus demonstratiuo pronomini, cuius demonstratione interpretatur, ponitur, ut in illis. Cic. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Idem, Quotus enim istud quisq; fecisset, ut quibus partibus in dissensione ciuili non esset receptus, essetq; etiã cum crudelitate eiectus ad eas ipsas rediret?

ret: Tū ubi relatiuū sensui, ad quē refertur, postponitur, ut Ouid. de Ponto, Quodq; soles animo semper, quod uoce precari, Omnia Cæsaribus sic tua facta probes. tale est illud Liuij cum similibus, Quod bonum, faustū felixq; sit, inquit, Quirites regē create.

Etiā talia, licet sit Enallage relatiui, quale est Cic. ad Rufum, Tamen quæ tua suauitas est, quiq; in me amor, nolles à me hoc tēpore æstimationē accipere.

Tum uero in illa figura, quæ Græcis est usitatissima, in qua relatiui diuersitatis sensus, quæ natura sequi debeat, præponitur, ut in illo Cicer. Ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquā satisfacio. Idē, Cui quidem amori utinā Ceteris rebus possem, amore certe respondebo. Terent. Adel. Pisces ceteros purga Dromo, congrum istum maximum finito in aqua ludere paulisper. Celsus, Ex ijs ceteræ quidem futuræ in unguem committuntur: hæ uero, quæ super aures transfuersæ sunt, totis oris Paulatim extenuatur.

Tum in illa figura, ubi est obtestatio cū comprecatione, ut in illo Vergilij, Sic tua Cyrneas fugiant exanimata taxos, Sic cythiso parte distentent ubera uaccæ, Incipe si quid habes. Hor. Sic te diua potens Cypri. Sic fratres Helenæ lucida sidera, Ventorumq; regat pater, Obstrictis alijs præter Iapyga Nauis, quæ tibi creditū Debes Vergiliū finibus Atticis reddas incolumē precor. Natura enim precatio præcederet, ut in illo Ouidij de Pōto, Idq; facis, faciasq; precor, sic mater et uxor, Sic tibi sint fratres, totaq; salua domus.



404 DE EMEND STRVCT.  
EORVM QVAE PARTIBVS  
accidunt Enallage.

SEquitur accidentiū enallage, quā ideo in hunc locū  
distulimus, quod ea maxime legitimæ structuræ le-  
ges perturbat: quippe quæ in his potissimū uersetur.

Antiptosis  
Nominati-  
uus pro uo-  
catiuo.

Casum igitur pro casu positum, quæ Antiptosis di-  
citur, multis modis apud illustres autores legimus, nā  
& nominatiuus pro uocatiuo, ut Verg. Projice tela=  
manu sanguis meus, pro mi. Idem, Corniger Hesperia=  
dum fluuius regnator aquarum, pro fluuie. Idem, Mu-  
scoli fontes, et somno mollior herba, Et quæ uos rara  
uiridis tegit abutus umbra. Solstitiū pecori defendi-  
te, pro arbute, quæ eos tegis rara umbra. Et Persius,  
Vos o patritius sanguis, pro patritie, Tale mihi uide-  
tur & illud Plinij, Salue primus omnium parens pa-  
triæ appellate, quod exilius fortasse sonasset, si primæ  
dixisset rectius tamen esset dictum, cum in eandem re-  
cidat personam cum appellate.

Vocatiuus  
pro nomi-  
natiuo:

Et contra, uocatiuus pro nominatiuo, ut Persius, Cen-  
soremue tuum, uel quod trabeate salutas, pro trabea-  
tus. Et, Macte uirtute esto, inquit sententia dia Cato-  
nis, apud Horatiū Donatus uero ait, ut in illo Teren-  
tij uocatiuum poni pro nominatiuo, Tu modo anime  
mi noli te macerare. Sed frustra, ut mihi uidetur.

Nominati-  
uus pro ge-  
nitiuo:

Rursus nominatiuus pro genitiuo, Prisciano autore  
ut Liuius, Periti religionū iurisq; publici, quādo duo  
ordinarij consules eius anni, alter ferro, alter morbo  
perisset, susceptū consulem negabant comitia habere  
posse

posse. Salust. Igitur initio reges (nam in terris no-  
men imperij id primum fuit) diuersi, pars ingenium,  
alij corpus exercebant. In hoc tamen genere possunt  
& alij casus in priori loco poni, ut Plautus in Cassid.  
Habet gladium, sed duos, quibus altero te occisurum  
ait, altero uillicum, pro quorum. Quintil. Sed autores  
alios in ordinem redegerint, alios numero exemerint  
Ceterum ubiq; rectius & magis ex arte, genitiuus in  
priori loco poneretur. Non infrequens tamē est diuer-  
sus usus, & græcis usitatissimus.

Genitiuus pro ablatiuo, ut in illo Plinij, quod planē  
est Solæcophanes, modo recte scriptum sit, Omnium  
triumphorū laureā adeptē maiorem, pro omni trium-  
pho. Num igitur sorte omissum est laureis, fuitq; uc-  
tus lectio, omnium triumphorum laureis laureā ade-  
pte maiorem, aut laurea scriptū? Cic. Attico, In oppi-  
do Antiochiæ, pro oppido Antichia. Et pro accusa-  
tiuo, ut in illo Vergilij cum similibus, Et celsam Bu-  
troti ascendimus urbem. Et, Fontē superare Timauī,  
Esset enim magis ex consuetudine locutio, Butrotum  
celsam urbem, & fonte Timauum.

Datiuus pro nominatiuo, uel accusatiuo, ut Ver. At  
puer Ascanius cui nunc cognomē Iulo. Liuius, Scipio,  
cui Africano fuit cognomen. Item, Faustus fuisse no-  
men ferunt. Recta enim locutio in omnibus talibus est  
per nominatiuum, uel accusatiuum, Iulus, Africanus,  
& Faustulū, ut Cicero, Argentarius Sextus Clodius,  
cui Spuridion fuit cognomen. Terent. Hecyra est huic

Genitiuus  
pro ablati-  
uo:

Datiuus p  
nominati-  
uo uel ac-  
cusatiuo.



## 426 DE EMEND. STRVCT.

nomen fabulae. Frequens tamen est datiuus usus. De his supra dictum in primo libro est.

Datiuus ꝑ  
genitiuo.

Datiuus pro genitiuo, ut Vergil. *Cervix cui lactea erimes Accepit: pro cuius cervix. Idem in septimo, At iuueni oranti subitus tremor occupat artus. Ouidius, Ille pater, rectorq; deum, cui dextra trifalcis Ignibus armata est, pro cuius. Et illud Terentij in Phor. Vin primum hodie facere, quod ego gaudeam Nauisstrata, & quod tuo viro oculi doleant? Nisi, quod, pro ut, audis. Vergil. Et cultor nemorū, cui pin-gua Cæ Tercentum niuei tondent dumeta iuueni.*

Datiuus ꝑ  
Accusati-  
uo:

Datiuus quoque pro accusatiuo uarie usurpatur. Alias pro simplici, percipiē post infinitum, esse, ut in talibus quale est illud Horatij, *Mediocribus esse poetis non dii, nō homines, non concessere columnæ. Et Brutus ad Cicronē, Et quis supplicat, ut optime meritis de Rep. liceat esse salutis? Martialis, Nobis non licet esse tam disertis, Qui musas colimus seueriores. Rectum enim in his est, mediocres, saluos, disertos, ut Quintil. Procuratorem tibi esse non licuit. Terentius, Nam expedit bonas esse uobis. Sed sunt in datiuo ad Græcorum potius imitationem prolata. Alias pro accusatiuo cum præpositione, duntaxat poetis, sepius meq; Vergil. ut, *It caelo clamor. Ter. Interea mulier quædam ab hinc trienniū commigravit huic uiciniæ, pro ad hanc uiciniã. Donatus ad uerbium in loco dicit huic uiciniæ, cuius ad locum sit, huic uiciniam, quod tamen non congruit cum uerbo commigravit.**

Hunc

Hunc datiuum, octauū casum esse Sergius ait. Etiam alio modo cum, apud, præpositione, uel, secundum, ut, Pridie Nonas Ianuarias Cæsari Delphinus matutino exoritur, pro apud Cæsarem, uel ut alio Græco more sunt locuti, secundum Cæsarem, uel iuxta Cæsarem.

Accusatiuus pro ablatiuo, ut Horatius in Epod. Senem quidem omnes rideant adulterum nardo peruinctū, quale nunquam perfectius mea laborauerunt manus. Hoc modo & nominatiuus pro ablatiuo Idem in primo. Ser. Occurrunt animæ, quales neq; callidiores Terra tulit, pro quale & qualibus. Ponitur enim utrobiq; relatiuum in ipso casu, quo demonstratiuum talis, (quod Prisciano autore, ubi adiectiuū non præcedit, subauditur) poni deberet.

Ablatiuus pro genitiuo, ut Vergilius, Et iniquo pondere rastro. Et alibi, Et acuto robore uallos. De quo genere alibi inter legitimas constructiones meminimus, Item ablatiuus cū præpositione pro genitiuo, ut in illo Terentij, Adibo, atque ab eo gratiam hanc quā uideo uelle, imibo, ubi Donat. Gratiam ab eo imibo, pro eius gratiā merebor. Nā adeo amat Terentius, ab eo, pro eius, ponere, ut in Andria, Ea primum ab eo animaduertēda iniuria est, id est, eius iniuria.

Ablatiuus pro datiuo. Vergi, Heret pede pes, densusq; uro uir, pro pedi. Sunt & qui uoces illas Senatu metu, ornatu, ablatiuos pro datiuis positos putent, ut in illo Verg. Parce metu Cytherea, quum sint ipse potius datiui a uulgatis genitiuis Senatus, metus,

Accusatiuus pro ablatiuo:

Ablatiuus pro genitiuo

Ablatiuus pro datiuo



ornatus, ut Cæsari ex Gellio placet, non aliter quam illi Senatui, metui, ornatui à priscis et exoletis genitiuis Senatuis, metuis, ornatuis. Cuius generis apud Terentium legitur, Eius anuis causa. Sic in prima inclinatione antiquus genitiuus finiebatur in as. Ennius, Dux ipse uias. Liuius Andronic. Mercurius, cumq; eo filius Latonas. Cuiusmodi genitiui ratio in patrum familias & materfamilias adhuc durat. In tertia uero terminabatur in i, præsertim in proprijs, ut Verg. Et uulnere tardus Vlißi. Cicero, In Timarchidi potestate sociorum populi Romani antiquissimorum, atq; amicissimorum liberos, matres, bona, fortunas omnes fuisse. In quinta per es, ij, uel e exist, ut Huius dies, huius dij, huius die. Cicer. Equites uero daturus illius dies poenas. Vergil. Munera letitiamq; dij. Salustius, Vix decima parte die reliqua. Nec lectorem perturbet, quod quædam ex his ad Anacoluthon retulimus, quæ sit diuersa utriusq; loci ratio. Hic nanq; accidentium immutatio tantum spectatur, ibi consequutionis à superioribus uariatio.

## GENERVM ENALLAGE

Masculinū  
pro fœmi-  
mino:

EX generibus uero masculinum pro fœminino aliquando ponitur, ut, Amare cortices, & ualidi siles, pro amari, & ualide. Et apud Horatium, Et mammæ putres, equina quales ubera, pro qualia. Hoc autem pene Solæcophanes est utpote dissidente adiectiuo ab eo, cui inmittitur appellatiuo.

Masculinū  
pro neutro

Masculinum pro neutro, ut in illo Quintiliani, Ne miremur

miremur, quod ab antiquorum plerisque Aenea & Anchisia sit dictus nisi quis particulam, nominatiuus subaudiat. Sunt enim quæ ðgræcōs dicuntur, omnia neutra, nec declinata. Itaque interpretes aliquando neutrum articulum Græcum ijs præponunt, ut *Domus* natus super illud in *Andria*, ego ne dicam? tò ego, inquit, emphasin habet. Que ratio si in multis seruaretur, non parum claritati conferret. Nos aliquando eiusmodi uoces nota, quæ cum articulū quodammodo representet, à fronte includimus, semicirculo à tergo, ita nimirum à parenthesiqs consuetis notis has distinguentes. Non ignorandum oratores rem pro uoce in quibusdam huius generis loquelis libentius usurpare, ut, *Virtus* à uiro est appellata, potius quam nomen uirtus est dictum, uel deductum à uiro. Cicero, Ipse animus ab anima dictus est. Vtriusq; tamen dicendi generis exemplum est in illo Ciceronis, Ab inuidendo autem inuidencia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidie. Quod uerbum ductū est à nimis intuendo fortunam alterius, ne quis altero tantummodo loqui putet licere.

Neutrum pro fœminino. Terentius in *Eunucho*, de ancillis loquens, Continuo hæc adornant, ut lauet, Idem in *Phor.* Hæc ille erant itiones. Idem in *Heaut.* Vel uirtus tua me, uel uicinitas, quod ego in propinqua parte amicitie puto. Item in *Eunucho*, Ego quoq; una pereo, quod mihi charius est, pro, qui mihi charior sum, ut inquit Donatus. Et Plinius de tempesta-

Neutrum  
pro fœmi-  
nino:



## 410 DE EMEND. STRVCT.

tum præfagijs, Nube grauida candicante, quod uocant tempestatem albam, grando imminebit. Et Vergilius de capris, Hæc quoq; non cura nobis leniore tuenda. Simile his fuerit & illud eiusdem. Hic illius arma, hic currus fuit. Hoc regnum dea gentibus esse. Nisi quis pro illo, hoc, aut hic, aut hanc scribendum putet: refertur enim plane ad Carthaginē. Nec ignoro hæc, quoniam in diuersis sunt sensibus, ad Syllepsin posse referri.

## NUMERORVM ENALLAGE:

**EX** numeris quoq; singulari pro plurali, ut Sallustius, interea scrutitia repudiabat, cuius rei initio ad eum magnæ copię concurrebant, pro quorum. Terentius, Cuius maxime mos est consimilis uestrum, hi se ad uos applicant. Idem, Adeo homines immutariter ex amore, ut non cognoscas eundē esse? Et Horatius, At uestri proauī Plautinos & numeros & Laudauere sales, nimiū patienter utrumq; Ne dicam stulte mirati. Et Ouidius, Et flesti, & nostros uidisti flentis ocellos, pro flentium: nisi nostros pro meos dixeris Cicero ad Caelium, Vel quia totum negotium non est dignum uiribus nostris, qui maiora onera in Repub. sustinere et possim, & soleam. In prima tamen persona tolerabilius hoc est, quod in ea pluralis pro singulari etiam cum gratia frequentissime poni soleat: in secunda & tertia non item. Huius generis est & illud Plauti cum similibus, Nominandi tibi istorum magis erit, quam edundi copia. Nisi Diomedis

medis sententia magis placet, qui participalia uerba certam habere personam aut numerum, aut significatum negat.

Singularis pro plurali est & in illo Cn. Pomp. Singularis  
ad L. Domitium, Aequū est me à te impetrare, ut co- p plurali  
hortes quæ ex Piceno et Camarino uenerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias: Sed hoc genus nunc in Archaismon abiit.

Et pluralis pro singulari. Plinius, In Africa maior pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium. Pluralis p  
Vergilius, Pars in frustra secant. Ouidius, Pars uolucres factæ. Idem in Fast. Hoc dedimus nos tibi nomen eque. Sunt qui hæc Syllepsis uocant, ut ante est dictū. Singulari  
Ceterum huius generis sunt & illud Vergilij, Frater ut Aenas pelago tuus omnia circum Littora lactetur odio Iunonis iniquæ Nota tibi. Vbi notum potius uidetur dicendum, quum referatur ad sensum. Sensus autem omnino singularis est numeri. Item illud eiusdē Fulmē erat toto gentior quæ plurima cælo Deicit in terras. Et Cic. pro Milone, Si tempus est ullū iure hominis necandi (quæ multa sunt) certe illud non modo iustum, uerum etiam necessariū, quum uis illata defenditur. Et Terent. in Eunucho, Eunuchum dixi uelle te quia sole his utuntur reginæ.

## PERSONARVM ENALLAGE:

Persona quoq; permutatur, sed minus usitate, ut Danaï qui parent Atridis, contra Priamū arma sumite. Cui tamen nō ualde dissimile uidetur illud Vergilij  
Muscosi



Muscosi fontes et somno mollior herba, Et quæ uos ræra uiridis tegit arbutus umbra, Solstitium precori defendite. Aliter quoq; fit mutatio personæ, sed tollerabilius, ut Terent. in Phormione, Si quis me quæret rufus. Præsto est, desine. pro præsto sum, nam de se loquitur. Personæ Enallage est in illo, Dij faciant sine me nō moriatur ego.

## MODORVM ENALLAGE.

Finitimus  
pro imperatiuo.

Frequentissima tamen in omni ueterum lectione est immutatio modorum. Nam finituum pro imperatiuo legimus, Itis, paratis, pro ite, parate. Et indicatiuū pro potētiali, maxime in præterito imperfecto, ut Vergilius, Et si non alium late iactaret odorem, Laurus erat, pro esset. Plini. 8, Figura & magnitudo erat laerti, nisi crura essent recta, et excelsiora. Idem 18 de erisimo, Idemq; erat, nisi pinguius esset. Et pro subiunctiuo. Cicero ad Atticum, Dices quidē quasi istuc erat magnum, pro esset.

Futurum  
indicatiui  
pro imperatiuo.

Rursus futurum indicatiui pro imperatiuo. Cicero ad Trebatium, Sed ualebis meaq; negotia uidebis, meq; dijs adiuuantibus ante brumam expectabis, pro uale. uide. expectā.

Imperatiuus  
pro futuro  
indicatiui.

Contraq; imperatiuus pro futuro indicatiui. Vergilius, Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu si setura gregem suppleuerit, aureus esto: pro aureus eris. Et Ouidius in Metamor. Dent ocyus omnes quas meruere pati. Sic stat sententia, pœnas, pro dabunt

bunt, nisi potentialem dicas, pro debent dare, qui tamen isodynamos est futuro.

Rursus imperatiuo pro optatiuo, ut Vergilius, Viuite felices, quibus est fortuna perfecta iam sua, pro uiuant. Qua interpretandi ratione non erit Enallage in sua.

Imperatiuus pro optatiuo;

Subiunctiuus quoque pro imperatiuo, quum alibi, sicut predictum est, ut Terent, Quiescas. Tum ubi imperatiuus deest precipue, ut uelis, malis.

Subiunctiuus pro imperatiuo;

Et subiunctiuus, uel potius potentialis pro indicatiuo, ut in quotidiano usu, Vellem adesset, nolle abesse Ouidius, Nunc uellem formosa forem, pro uolebam. Nulla enim ratio est, cur subiunctiuui sint, aut optatiui huiusmodi uoces. Ne in illo quidam Verg. Hoc Ithacus uelit, quod Quintilianus pro, uellet exponit. Donatus autem in illo Terentij, Ita uelim me promerentem ames: Velim inquit, antiquè, pro uolo.

Subiunctiuus uel potentialis pro indicatiuo

Præterea infinitus modus pro præterito imperfecto finitiui, ut Terentius, Facile omnes perferre, ac pati cum quibus erat cumque unâ: pro perferebat et patiebatur. Idem, Ego illud sedulo negare factum, quod tamen Prisciano atque etiam, Quintiliano per defectiu uerbi Coepit, exponitur: ut, coepi negare, ut Vergilius Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri. Spes Danaum. Hanc figuram historicam uocat Seruius, sed usurpatur et ab oratoribus aliquando, ut Cicero, Galba autem alludens uariè et copiose multas similitudines afferre, multaque pro æquitate ius dicere, interdum uere uideatur

Infinitus in odus pro præterito imperfecto finitiui:

dictur



detur infinitum pro præterito perfecto poni, ut Ter. in Adel. Ille cōtra hæc omnia, ruri agere nitā, semper parce ac duriter se habere: pro eo quod est, egit, habuit. Nā & sequitur, Vxorem duxit, nati filij duo sunt. Et in Phor. Ita ne tandem uxorem duxit Antipho in iussu meo? Nec meum imperium (age mitto imperiū) non simultatem meā reuereri. pro reueritus est. Etiam pro supino in sum, uel tum. Teren. Vultis ne eamuisi sere? Sed hoc Græcum est.

## TEMPORVM ENALLAGE:

Præsens p  
imperfect  
et perfectō

**T**EMPUS uero pro tempore positum frequentissimè inueniis. Nam & præsens pro imperfecto & perfecto, tam in pro, a, quam in uersu positum legas, maximè quū rem quasi geri & sub oculis poni studemus. Vnde Energia grammaticis dicitur. Tere. Accedo ad pedissequas, quæ sit rogō, sororē esse aiūt Chrysidis, pro accessi, rogauī, dixerūt. Vergilius, Et omnis humo fumat Neptunia Troia, pro fumauit. Idē in 4, At regina graui iam dudum saucia cura, Vulnus alit uenis, & Ceco carpitur igni, pro alebat, & carpebatur. Idem, Quintiliano teste? Hoc Ithacus uelit, & mano mercentur Atride, pro mercarentur. Et post continuatiuas, si, &, nisi, etiam eleganter, ut idem, Nisafiat Maria, ac terras, coelumq; profundum Quippe ferant rapidi secum, uerrantq; per auras, pro faceret ferrent, & uerrerunt. Plinius de crinatijs, Si non sint illi aculei, frustra uellerum mollities in pecude mortalibus data: pro si non essent. Terent. Tu si hic sis, aliter

Energia:

ter sentias, pro esses, & sentires. Talia uidentur & il  
 la passim usurpata, quid facias, & quid faciat. Sic ui-  
 detur et imperfectum, pro plusquamperfecto in Adel-  
 phis poni, ut Nam si esset, unde id fieret, faceremas,  
 pro fuisset, et fecissemus. Etiam perfectum pro plusquam-  
 perfecto, ut Verg. Et nimia cura resistat, iam flammæ  
 tulerint, inimicus et hauserit ensis: ubi tulerint pro tu-  
 lissent positum est. Sic Lilius, Me quoq; iuuat, uelut  
 in parte fuerim laboris. Presens pro futuro, presen-  
 tim in infinitiuis. Ver. Progeniem sed enim Troiano a  
 sanguine duci audierat: pro ducendam esse. Item aliter  
 ut Seneca in nat. quest. His hoc nomen imponimus, an  
 facio quod Vergilius, qui dubitat de nomine? Deinde  
 id de quo dubitauit posuit. Item præteritum pro futu-  
 ro, ut in illa dicendi figura, qualis est Hannibalis apud  
 Liuium, Si tales animos in prælio habebitis, quales hic  
 ostenditis, uicimus. Et Quint. Si tales milites omnes ha-  
 bebimus, mari uicimus.

Imperfectum  
 p plusquam-  
 perfectum.

perfectum  
 p plusquam-  
 perfectum

Presens p  
 futuro in  
 infinitiuis;

Præteritum  
 pro futuro

Ceterum præteritum perfectum pro imperfecto  
 adeo frequenter, ut nisi quum rem inchoatam nec ab-  
 solutam signare studemus, translative sero pro ea poni  
 uideatur, Quod liquido in narratione illa Thaidis in  
 Eunuchis perspicui patet, Samia mihi mater fuit, ea  
 habitabat Rhodi, Et mox, ibitum matri paruulâ puel-  
 lâ dono quidam mercator dedit. Et Paulo post, Matris  
 nomen & patris dicebat ipsa, patriâ et signa cetera  
 neq; sciebat, neq; per etatem tum potuerat Mercator  
 hoc addebat & iterum, Sororem pleriq; esse crede-  
 bant

Præteritum  
 perfectum  
 pro in per-  
 fectum



bant meam. Ego cum illo quo cum uno rem habebam  
tū hospite, abij huc, qui mihi reliquit hæc quæ habeo  
omnia. Et post pauca, interea miles qui me amare cœ  
perat, in aream est profectus, te interea loci cognou  
ui. Et iterum, Forte fortuna affuit hic meus amicus.  
Quid autem ad Eunuchum legentes remitto? quasi nō  
ipsa prima scena Andriæ narratio Simonis, clarissime  
quod hic præcipimus ostendat. Ponitur et pro præ  
senti: sed poete duntaxat, ut Verg. *Quamquam ani  
mus meminisse horret, luctuq; refugit.*

Præteritū  
Perfectum  
pro futuro

Et aliter præteritum perfectum pro futuro, maxi  
me in potentiali modo, ut in talibus. Terent. in He  
cyr. Deniq; hercule aufugerim potius, quam redeam  
Quo loco Donatus coniunctiuum dici pro indicatiuo  
positū futuro, uel ut alij dicūt, promissiuo. Et in Heau  
In mea uita tu tibi laudē is questū scelus, Vbi si pau  
lulū modo quid te sugerit, ego perierim. Et in Adelp.  
Obsecro hercle hominem istū impurissimū quam pri  
mū absoluitote, ne si magis irritatus fiet, aliqua ad pa  
trem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim  
plusquamperfectum pro imperfecte, Cice. ad Att. Fit  
senatusconsultum, ut Vectius quod confessus esset se  
cum telo fuisse, in uincula cōijceretur, qui emisisset cō  
tra Rempublic. esse facturum, pro qui emitteret Cæ  
sar Comment, Nonnulli etiā Cæsari nuntiabant, quum  
castra moueri, aut signa ferri iussisset, non fore dicto  
audientes milites.

Plusquam  
perfectum  
pro imper  
fecto.

Huc spectat et quod, fore, quoq; pro esse legitur, ut  
Cic.

Cic. ad Att. Addis si quid secus, te ad me fore uenturū: Cum alioqui, ut notat Valla, huic infinito participii subijci nō liceat, quōd participium in se includat, ac sicubi subiectū legi uidetur, ibi nominis uice ponatur, ut Cic. Spero amicitia nostram notam posteritati fore. Et in illo Cæsaris, Non fore dicto audientes milites. In his notā et audiētes, nominū uice funguntur, ut etiam docet constructio cū datiuo. Afore quoq; compositum pro præsenti accipi in illo Cic. ad Sulpitium uidetur, Quo magis te expecto, teq; uidere quam primū cupio, maior mihi ratio afore nulla potest, quam coniunctio consuetudinis, sermonumq; nostrorum.

Porro legitur nonnunquā & futurum uerbum cum futuro participio coniunctum. In quibus Enallage est uel participij, uel certè uerbi. Ouid. Si quis tamē Hercule, si quis Forte deū doliturus erit. Idem, Tu procul absenti cura futurus eris. Prop. - Et si quid doliturus eris. Mart. Mergite me fluctus, quum rediturus ero. Rursus Ouidius, Ensiser Orion afficiēdus erit. Idem, Huic pater ante oculos durus habendus erit. Cicero ad Atticum, Tu tamen si quid cum Silio uel ipso die, quo ad Sicam uenturus ero, certiore me facias.

Sunt & aliæ nō paucae sermonis formulæ, in quibus legitima et naturalis emendatæ structure ratio in genere & numero ad unguē non seruatur, maxime ubi inter appellatiua quæ idem aliquo pacto significant, uerbū subsistendi uocandiue intercedit, in quibus cum ratio uerbum, participium, & relatiuū, ad prius refe-

Futurum  
uerbum cū  
futuro par  
ticipio con  
iunctum;



ferenda postulet, usus etiam ad posterius subinde refert. Verbum quidem, ut Ter. Amantium iræ amoris redintegratio est. Et Ouid, Siue aliqua est oculus in me dicta modestos, Vror, & insidiæ sunt pudor ille mæ. Idè, Vestes quas geritis, sordida lana fuit. Plin. Iustum erat duæ libræ in scmodios. In hoc genere sunt qui notent uerbum ad id quod proxime ipsum præcedit, quamuis in ordinando sensu post sit ponendum, aptari, debere, ut in iam dictis exemplis. Sed huic obseruationi reclamare uidetur illud Liuij, Patres certe ab honore, patritijq; progenies eorū appellati. In prima quoq; appositione similis legitur generis, itemq; numeri Enallage, ut in illis Plinij, Tungri ciuitas Gallie fontem habet insignem. Et Vulsinij oppidum Tuscorum opulentissimum, totum concrematum est fulmine. Participiū uerò ad posterius refertur, ut in illo Terentij, Nunquam æquè paupertas onus uisum est mihi graue & miserum. Relatiuū uerò, ut Salustius, Est locus in carcere, quod Tullianum appellant. Et Cicero, Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus. Et Liuius, Anxur fuit, que nunc sunt Tarracina, urbs prona in paludem. Quint. Nec miretur, cur ex scamno fiat scabellum, aut à pinnia, quod est acuum, securis utriq; habens aciem bipennis. Idem, Accentus, quas Græci profodias uocant. Vergilius, Hic subuam canibus rabiem Cocytia uirgo Obijcit & nota nares contingit odore, Ut ceruum ardentis agerent, que prima malorum Causa fuit.

Has sermonis formulas, q̄ in pröptu credo nõ erat, ad quã maxime figurarũ species referrent, ueteres (q̄ sciã) in incerto reliquerũt. Nobis uel propter examinis methodũ, quã latinæ linguæ tyronibus huic operi subijcere destinauimus, ad certum locum reuocandæ sunt uisæ: Itaq; quod commodissimũ est uisum, in accidentium Enallagen ea retulimus, ut sit in alijs numerus pro numero, in alijs genus positum pro genere.

In illis uerò Terentij cũ similibus, Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ nõ? sine modò, mori me malim, sentiet qui uir siem. Hæc uerba una me hercle falsa lachrymula, quã oculos terendo miscrè, uix ui expresserit, restinguet. Et Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos alere, aut canes ad uenandũ, aut ad philosophos. Horũ ille nihil egregie præter cætera studebat. Duplex ratio est. Nam uel Synestrammenon facias, estq; sic Enallage singularis pro plurali relatiuo, ut sit quod pro quæ nunc tute tecũ iratus cogitas. Et, quæ pleriq; omnes faciunt adolescentuli. Vel Epanalepsin, cũ ita concinnes sermonẽ, ut sit duplex figura, Eclipsis, subaudivito pronomine demonstratiuo, illud, Et Epanalepsis, resumpto diuersis uerbis quod prius erat positũ, hoc pacto, illud q̄ nunc tute tecum iratus cogitas, Egone illam etc. Hæc uerba. Et, Illud quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli ut animũ ad aliquod studiũ adiungat etc. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat.



**D**E anacolutho, quod huc distulimus, scire licet gr̃a  
maticorũ sentētia id tum accidere, cum ab ea quæ  
ponitur in protasi, dissidet uox, quæ adhibetur in apo  
dosi: sicut notat Donatus in illo Teren. Omnia prius  
experiri uerbis, quàm armis sapientem decet. Vbi ait  
ἐνακόλῳθορ esse armis pro arma. Item in illo Eunu.  
Phædr. Cur ergo in his ego te conspicio regionibus?  
Thraso, Vobis fretus: anacoluthon esse ait, & uitiosa  
ratio est, Est anacoluthon & in illo Colum. Nullum  
enim temere uidemus locum, qui modò pigrum conti  
neat humorem, non cūdem uel nigrum, uel cinerei co  
loris. Nec minus in illo Teren. Nos omnes, quibus est  
alicunde obiectus labor, omne quod est interea tem  
pus, priusquam id rescitum est, lucro est.

DE VARIIS IN EADEM  
oratione figuris.

**H**As simplices figuras quisquis rectè perceperit, fa  
cile deprehēdet, sicubi binæ ternæ ue coierint. Nos  
exempli causa paucas delibabimus. Incidūt pariter in  
eundem sermonem eclipsis & syllepsis, ut in illo Ver  
gilij, Vnde hominum genus, & pecudes, unde imber,  
& ignes. Est enim eclipsis uerbi Sum. Quod tamē nisi  
mutatū accōmodari quatuor diuersis non potest, quæ  
ratio syllepsos est: nam siue sit subaudias, non respō  
debit pluralibus: siue sint, nō cōueniet cū singularibus  
Prolepsis quoq; ipsa multæ plane sunt figura. Nā &  
eclipsis in ea coniunctionis est, ut dictū suo loco est, &  
sepe

saepe anastrophe uel hyperbaton, ut cū genitiuus præponitur dictioni, quæ in eū transit, & zeugma uel syllepsis, semper cū quod in partibus desideratur, a priorè petatur. In illo quoq; Salustij triplex non minus figura est, Igitur initio reges (nā in terris id nomē imperij primum fuit) diuersi, pars in genium, alij corpus exercebant. Nam & enallage in illo, reges pro regū & præter prolepsin etiam syllepsis in uerbo exercebant. Accidit autem prolepsis cum alia syllepseos ratione in illo Terentij, Verum Demca curcenus equans uterq; partem, tu alterum, ego item alterū. Refertur enim illud alterum ad rem, non ad uocem. Cum prolepsis uerò etiam eclipsis alicuius generalis uerbi in illo Vergilij deprehenditur, Continuo reges, in gēti mole Latinus Quadrijugo inuehitur curru, bigis it Turnus in albis, Tum pater Aeneas Romane stirpis origo, Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ. Simul enim cum illo reges audiendum est uerbum procedūt, uel tale quippiam. Iam in illo quoque Terentij, Scim<sup>o</sup> me in quibus sim gaudijs? notat Donatus duplicem figuram, syllepsin, quòd pronomen ad, scis, declinatum est, non ad, sim. Archaismon, quòd huiusmodi elocutio iam inueterauit, & quasi exoleuit. Mihi tamen Hellenismon esse magis placet, quàm Archaismon, cum sit Grecis sermo talis familiarissimus, ut post dicemus. Duplex figura est & in illo Horatij, Fuluius acer ambulat & Caprius Rauci. Nempe syllepsis et zeugma



422 DE EMEND. STRVCT.  
HELLENISMOS.

**R**ESTABANT tradenda duo, Hellenismos & Archaismus ( quorum uterq; à trita Romanis emendatæ structure ratione nonnihil deflectitur ) nisi mihi posterioris generis illustriũ Grammaticorũ Festi, Nonij, Donati, & Seruij diligentia laborè demeret, qui serè quicquid huiusce figuræ apud uetustissimos eorum, qui extant, Plautum, Terentium, Ciceronem, & Vergiliũ legitur, studiose notarunt. De reliquis enim, qui uel non extant, uel si extant ad stylum Latinũ efficiendum nõ multum conferũt (quandã de ijs quoq; memorati grammatici curam habuerunt) quid attinet esse sollicitos? De altero, cuius illi minus meminere, quoq; autores qui habentur, frequentissimè utuntur, potius quæ succurrunt, sed ad constructionem duntaxat pertinentia, age nõnulla de libemus.

Græcæ constructiones sunt, in quibus dictio non ei casui iungitur, quæ latina proprietat exigat, sed græca, quales sunt illæ Vergilij, Cui nec certauerit ulla. Et Ouidij, Dum nouus est etiã cœpto pugnemus amori: pro cum qua, & cũ amore. Sic enim Græci ἀγισθόωνος ἐγὼ περὶ ταύτης οὐ μαχόμεθαί σοι, Præterea Horatij, Desine curarum, pro à curis. Græcè enim, ἄλλ' ἄγε τῶν πόνων, ait Isocrates. Eiusdem Horatij, Aliũ sapiente bonoq;. Sic Græci, ἄλλορ, τε σοφῶ καὶ γαυθῶτε. Nam Latini alium à sapiente dicunt. Item

Ciceronis

Ciceronis ad Quintum fratrem, Nam quod inertiam accusas adolescentium. Et Aemil. Probi in Lysandro, In quo accuratissime eius auaritiam perfidiamq; accusarat. Sic enim Græci. Isocrat. Μη δὲ καταγνώσῃς ἄνθρωπων τοσαύτην δυσυχίαν. Idem, Οὐκ ἔστι πόσις οὐκ αὐτὸς αὐτῷ καταγνώσεται τῷ μεγίστην ζημίαν. Nam Latine, Accusas adolescentes inertie. Et, Accusarat cum perfidia potius diceretur. Item Horatius, Agrestium regnavit populorum. Græci, βασιλεύω σου. Thucyd. Ἐπὶ κύρου πεισῶν πρώτου βασιλεύοντος. Et statim post, ὅς με τὰ καμύσκη πεισῶν ἐβασίλευσε. Nobis enim absolutum est. Et Terentius, Ut uobis decet Græce, ὡς πρέπει ὑμῖν. Latine enim decet uos dicitur. Xenophon Apologia, ὡς τε πρέπουσα φαίνεσθαι τῷ μεγαληγορίᾳ αὐτοῦ τῆ δianoίᾳ. Lucianus, οὐδὲ πρέπουσα σεαυτῷ:

Ad græcam etiam formam figurata constructio est & quoties in masculino præsertim, uel fœminino ex intrâstitiua fit transitiua, appellatiuo in genitiuū pluralem mutato, & adiectiuo genus ab eo sortiente, ut Plinius, Plani piscium, quibus cauda non obest. Idem, Surdis etiam rerum sua cuiq; sunt remedia. Idem, In capite paucis animalium nisi uolucris apices. Idem, Canum degeneres caudam sub aluum reflectunt. Idem, Nigræ lanarum nullum colorem bibunt Sic Græci. Isocrates, Αἰσχόρουτὸς μὲν γραφεῖς ἀπεκάζει τὰ κακὰ τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ με-



μειῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων.

Græca metabasis ἔστι illa est, omnibus fere uerbis communis, quam Græci κατ' ἑλληνισμὸν uocant. Verg. Nec memini letoruc laborū. Cui simile est illud eiusdem, Quos illi leta laborum. Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat. Itē, Iustitiæ ne prius miser, belline laborum? Supplendum enim utrobiq; est, ut sit causa laborū, causa iustitiæ. Sic illi, Plutarchus Aristide, τοῖς μὲν πολέμοις συγγνώμην ἔχον φάσκοντες, εἰ πάντα πλούτῳ καὶ χρημάτων ὄνια νομίζοιεν. Xenoph. pedia Cyri, ἐγὼ τοῖσιν ἔφη ὁ τῆς γράμης, εἰ μὴ ἀγαθὰ ἔπατρὸς, ἢ ὅσα βεβονλευῖαι, ἢ ὅσα πέπραχε ἔδοκίμῳ παντα ἡμαρτηκέναι πάντες οἱ συμβαλένω τὸτο μεμειῖσθαι. Huc spectat et illud Salustij in Iugurtha, Quæ postquam gloriosa modo neq; belli patrandi cognouit. Vbi Priscianus, causa subaudit.

Græca nō minus constructio est, ἔστι quā Latini post uerba, quæ in infinitū non feruntur per defectum, ut finalis, per infinitum tamen eloquuntur, sed quod per, ut, est interpretandum, ut illa est Persij, Et pectore leuo Excutiar guttas, letari pratrepidū cor. Similiter post Adiectiua, ut Vergilius, Pestis acerba boum, pectoriq; aspergere uirus. In talibus enim subauditur, ut, pro ὥστε, quod apud Græcos infinito sepiissime iungitur. Isocrates πρὸς Νικοκλέα, καὶ γὰρ τοῖς κλισιοῖς γενόμενοι καὶ χρημάτων πλείω καὶ πραγμάτων μεγίστων διὰ τὸ μὴ καλῶς χεῖσθαι ταύτας

ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς πεποίηκασι, ὥσε  
 πολλοὺς ἀμφισβητεῖν πότρερον εἶσι ἀξιορῆ-  
 λιάς ἤ βίω, τὸν ἤ ἰδιωτῶν μετρίως ἢ πρᾶτ  
 τόντων, ἢ τὸν ἤ τυραννεύουσιν. *Latinum enim  
 potius sit, Vt letetur Vt aspergat. Huc ipse cū Seruio  
 et illa Vergilij referenda putem, Dederatq; comas  
 diffundere uentis. Et, Ille suo moriens dat habere ne-  
 poti Et, Magnum dat ferre talentum. Nisi Quinti-  
 lianus et post eum Donatus in postremo Enallagen  
 faceret uerbi pro participio, ut sit, Dat ferendum,  
 Seruius tamen nobiscum Græcam ait figuram, prout  
 diffunderentur, uel potius ut ipse interpretor, ut dif-  
 funderent se. ἀξιοφάνης, εἰ μοι πορίσας ἄετρον  
 τίς εὔ πεπεμμένον, δόινς καταφαγεῖν. Theo-  
 critus, βόσκει δὲ μοι αὐτὰς ἔδωκεν. Et in his  
 quidem tacetur particula, ut, In illa uero Horatij ui-  
 detur adhibita, Tunc quaesieris scire nefas, quem  
 mihi, quem tibi Finem dii dederint Leucothoe, neu Ba-  
 bylonios Tentaris numeros, ut melius quicquid crit,  
 pati: pro ut melius quicquid crit, patiaris. At in illo  
 Terentij in Adelph. Itaq; unam hanc rem habere me  
 præter alios præcipuam arbitror, fratrem hominem  
 neminem esse primarū artium magis principem. Vi-  
 detur, ut, particula subaudiendā, sed Apostaticōs  
 non telicōs, ut sit sensus, Fratrem talem, ut nemo ho-  
 mo sit magis princeps primarum artium.*

E Græco et illa Eclypsis accepta est, qua passim Eclypsis  
Græca:  
 pro particularibus utimur. Est qui, Sunt qui, Est

D S quando



quando, Est ubi. Horatius, Sunt quos curriculo pul-  
 rem Olympicū collegisse iuuat. Et iterum, Est qui nec  
 ueteris pocula Massici. Dicunt enim Græci, ἔσιρ ὄς,  
 εἰσιρ οὐς, ἔσιρ ὄπε ἔσιρ οὐ. Etiam illa, Deipho-  
 be Glauci, ἔ Hæctoris Andromache, pro Glauci fi-  
 lia, ἔ Hæctoris uxor. Hoc genere (Seruio autore)  
 circa patres ἔ maritos duntaxat utimur. Græci,  
 Aristoph. ἐπειτ' ἔγκμα μεγακλέες ἔ μεγα-  
 κλέες ἀδελφιδῆρ. Aliquando tamen uidetur ἔ ad  
 seruos referri: ut Ter. Forte huius uideo Birriam.

Græca Eclipsis est, ἔ quum in citandis autoribus  
 ablatiuo utimur sine in prepositione, ut Terent. Eu-  
 nucho, Verg. Aeneide, Plaut. Mil. Quod genus lo-  
 quendi frequens est quū apud alios, tū maxime apud  
 Nonium Marcellum. Sic enim Græci. Plutarch. in Pa-  
 rallelis, ὡς ἰσορῆ κριτόλαος τρίτη ἠπφρωτι-  
 κῶρ ὡς δεύτιμος δευτέρω μακεδονικῶρ. ὡς  
 ἀριστιδῆς ἔνενακάδεκάτω ἰταλικῶρ.

Græcam esse figuram affirmat Seruius etiam in illis  
 elocutionibus, Expleri mentem nequit Et, Os, hume-  
 rosq; deo similis. Idem, Omnia Mercurio similis, uo-  
 cemq; coloremq;. Et, Nuda genu. Et, Faciem muta-  
 tus ἔ ora. Cum sint ad similes Græcas afficte, in  
 quibus deest præpositio κατὰ. Latine enim per abla-  
 tiuū potius loquimur, ut Mart. Ore tener, latus pe-  
 ctore, crure glaber. Græci per accusatiuum ἔ præ-  
 positionē subauditā, ut Isocrates, Ἀλλὰ ὁπως τὰ τῶρ  
 τρέπων ἔθκ σπιδάτοι πεφυκέναι. δέξουσι.

Et

Et Theocrit. *Μορφῆ μὲν ἀγαθῶ τὸν δὲ τῷ πορ  
ὄντ ἐστὶ δμοίω.* Ex hac, quod in ea plerunq; proprie-  
tas partis toti tribuitur, præbita est neotericis erroris  
ocasio, ut quod in structura ratione hic nouatur, Sy-  
necdochen appellarent cum sit in græcis synecdoche  
tropi species, non lexeos figura. Idē Ser. ait hanc rem  
poetarū propriā. Reperitur tamē & apud historicos.  
Pomp. Mela de prisca Britannia, Vltro corpora in se  
sūt. Idem alibi, Sermate totū brachati corpus, & nisi  
qua uident, ora tecti. Mihi quoq; accusatiuus adiecti-  
uorū nomini, quæ ad quantitatem referuntur, ad eundem  
modū p̄ eclipsin græco more positus uidetur, Multum  
paulū, paululū, nimīū, minimū, plurimū, Aliquid quid  
piā, aliquantulū, quantum. Addantur his, cæterum &  
cætera, præcipuē cum uel comparatiuus iunguntur, ut  
Teren. Eius frater aliquantulū ad rem est auuidior. Et  
Quintilianus, At quidam si forte susceperint negotia  
paulum ad dicendum tenuiora. Valer. Max. Quantū  
domo inferior, tantum gloria superior euasit. Varro  
Praxiteles propter artificii egregium nemini est pau-  
lū modo humaniori ignotus. Vel ijs uocibus, quæ com-  
paratiuorum uim habent, ut Vergilius, O præstans  
animi iuuenis, quantum ipse feroci Virtute exuperas.  
Vel supra necessarias uerborum transitiones adhiben-  
tur, ut Cicero pro Plancio, Quoniam istis uestris la-  
chrymis, de illis recordor, quas pro me sæpe & mul-  
tum profudistis. Verg. Hei mihi qualis erat, quantum  
mutatus ab illo Hector. Terentius, Num illi mole-



ste quippiam hæ sunt nuptiæ? Columella, Circa uillam  
 dcinceps hæc esse oportebit, furnum & pistrinum,  
 quantum futurus numerus colonorum postulauerit,  
 piscinas minimum duas. Plin. de canibus, Ferunt 70  
 diebus, & plurimum tribus mensibus. Et de ursis, Pa=  
 riunt plurimum quaternos. Pro hoc uulgus, ut pluri=  
 mum, dicit Græcorum more, qui ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον  
 dicunt, sicut & ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, quod ad consue=  
 tudinem etiam refertur, Eodem modo & quid, usur=  
 patur, licet ad quantitatem non referatur. Quint. Quid  
 tibi tantum mali feci? Quid offendi? Terent. Homini  
 homo quid præstat? In quibus Laurentius, Quid pro  
 in quo accipit. Quo modo etiam Græci τὶ pro κα=  
 τὰ τὶ. Aristoph. τοῖς δ' ἐμβαδίοις τὶ χῆσται  
 τὶς ἐπέ μοι. Demosthenes, τὶ δὲ χησοῦμεθα ὡς ἄν  
 δ' εὖς ἀθηνᾶϊοι τοῦτω. Aliquando simile quid in pro  
 nomine accidit. Cicero, Hoc præstat amicitia pro=  
 pinquitati. Terentius, Hoc pater ac dominus interest:  
 Nec obstat huic sententiæ, quod in idiomatis uerbo=  
 rum de interest aliter præcepimus: & Cicero, Scipio  
 Africanus id ætatis, atq; ijs rebus gestis. Et Vergilius,  
 Teq; adeo decus hoc æui te consule inibit. Terentius,  
 Ego isthuc ætatis amori operam non dabam. Nisi duo  
 posteriora temporis esse accusatiuos maui. In illis  
 uerò, Multum uigilo plurimum ambulo, transitionem  
 uerborum, ut alibi diximus, expleat, nec ulla opus est  
 præpositione subaudita. Declarant ea quæ supra dixi=  
 mus, accusatiuos esse potius quam aduerbia, quod  
 etiam

etiam aliqua ex ijs in multitudinis numero leguntur.

Vergil. Multa gemēs ignominiam, plagasq; superbi  
Victoris. Linius, Ergo uirum, cetera egregium, secu-  
ta, quam in petendo habuerat, etiam regnātem, ambi-  
tio est. Plinius. Tradunt in Mysia feram, quæ Bonasus  
uocetur, equina iuba cetera tauro similē. Græci. Plu-  
tarch. in Cicerone, Πολλὰ ἀντιόχῳ παρακελευο-  
μὲνς τοῖς κοινοῖς ἐπιβαλεῖν πράγμασι. Et in ui-  
ta Aut. Ἡρ δὲ ἢ τὰ πολλὰ ξωμαίοις ἐπαχθῆς  
ἢ τῶν τριῶν ἀρχῆ. Sic etiam dicunt uulgo μέγα, ἔ-  
μεζω φρονεῖν. Isocrates, Πλεῖστα ὠφελῆσαι δι-  
κῆσσι. Idem in Arcopag. Οὐ τοῖς τείχεσι μέγε-  
σα ἢ καλῶς περιβεβλημένοις. Et statim post,  
Ἄλλα τοῖς ἀρίστοις ἢ σωφρονέσατα τῶν αὐτῶν  
διοικήσιν.

Græca mihi uidetur Eclipsis ἔ in illo Quintilia  
ni in primo, de quo alibi diximus, Quamlibet mul-  
ta egerimus, quodam tamen modo recentes sumus ad  
id, quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per  
totum diem cuiuscunq; artis unum magistrum ferat?  
mutatione recreabitur, sicut in cibis, quorum diuersi-  
tate reficitur stomachus, ἔ pluribus minore fastidio  
alitur, ut dicāt, isti mihi quæ sit alia ratio discendi. Vi-  
detur enim deesse sermoni, Si non ita est, ut sit, aut si  
ita non est, dicant mihi. Sic Græci. Demosth. Olynth.  
καρῶ ὡς ἄνδρες ἀδινίατον πρόσ τὸτο πάρεσι φι-  
λιππῶ τὰ πράγματα ἢ παρελθῶν τις ἐμοὶ  
μᾶλλον δὲ ὑμῶν διδάτω, ἢ ὥσο ἕκ ἀληθῆ ταῦτ  
ἐσ



## 430 DE EMEND. STRVCT.

ἔγω, ἥνώς οἱ τὰ πρῶτα, ἐξηπατημένοι τὰ λοιπὰ  
 πὰ πεινώσειν αὐτῶ. Eclipsis uerò illa Cæcilij  
 I Iinij ad Calestrium Tyronem, Increuerat ualetudo,  
 quam temperantia mitigare consuevit, tentauit, per  
 seuerantem constantia fugit. Iam dies alter, tertius,  
 quartus abstinebat cibo, etc. ad illam Demosthenis  
 formata uidetur. Demosthenes, καὶ μετὰ ταῦτα  
 διελθόντος τῷ ἐνιαυτῷ τέττε, ἑκατομβαιῶν,  
 μεταγεινιῶν, βυδρονιῶν, τούτου τῷ μηνὸς  
 μόλις μετὰ τὰ μουσικία δέκα ναῦς ἀπέστειλα  
 τε ἔχοντα χαρίδημορικηνᾶς ἢ πέντε τάλαντα  
 ἀργυρίου.

Eclipsis Græca est, & in illo Terentij in Adelp.  
 Ne nimium modo bonæ istæ tuæ nos rationes Mitio,  
 & tuus iste animus æquus subuertant: pro uide ne sub  
 uertant. Sic Græci Aristop. ὅπως δὲ μοι καὶ τ' ἄλλα  
 συμπαρασάτα ἔσεσθε, ἢ σωτήρες ὄντος ἔθεός.

Atticus imitari uidemur & in nominibus oppido  
 rum & urbium, quum tres motus localis differenti  
 as, quas illa diuersa duntaxat uocis terminatione δι,  
 δερ, & δε, discernunt, nos tribus casibus citra præpo  
 sitionem efferimus. Vbi enim illi ad questionem ποῖ  
 ἀθῆναζε respondēt, nos per accusatiuum Athenas  
 dicimus. Vbi illi ad questionem ποῦθερ, ἀθῆναθερ  
 nos per ablatiuū Athenis. Vbi rursus illi ad questionē  
 ποῦ, ἀθῆνασι dicunt, non alias per ablatiuum uel da  
 tiuum, nonnulla circa id doctorum discordia, ut Car  
 thagini, uel Carthagine. Alias per genitiuum, ut Ro  
 ma.

me. Simili cum illis ratione & in uocabulo domus utimur. Sicut enim illi οἶκοι, οἶκαδ', & οἶκοιερ dicunt, ita nos domi, domum, & domo dicimus. Hac fortassis interpretatione quidam etiam docti sunt inducti, ut dubitent, an aduerbia sint censenda. Quum tamen nomia esse illud haud dubie uincat. quod adiectiuus & relatiuum accidentium legem praescribunt. Adiectiuus, ut Ouid Doctas eat inquit Athenas. Vergil. Tyria Charthagine qui nunc expectat. Suetonius in Galba, Charthagine noua conuentu agens tumultuauit. Titus Linius, Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate ac indulgentia fortunae. Relatiuus, ut Cicero ad Lentulum, Te cum classe & exercitu proficisci Alexandria, ut eam cum pace praesidijsq; firmares. Lentulus Ciceroni, Nulla alia re confusus, Laodiceam, quae est in Syria, se contulit Seruio tamen aduerbia esse placet, super illo Verg. Oia ni repetat Argis.

Graeci sunt & illi Pleonasmii. Ver. Oestron Graeci Pleonasmii  
Graeci.  
uertere uocantes. Idem in Georgic. Sape uolutabris pulsos syluestribus apros Latratu turbabis agens. Et in Aeneide, Et diuum amplexae simulachra tenebant. Et rursus, Clypeosq; sinistram insertabam aptans. In quibus uel redundant participia illa, Vocantes, Agens, Amplexae, Aptans. Vel subaudiendum est pronomen pro loco, illum, illos, uel illa, ut sit Eclipsis, Graecis naque haec ratio familiarissima. Aristoph. Αλλα ου λαχθσ επινες εμ τω γραμματι Idem, φερε νη νόμος γάρεις, τα καταχύσματα των τι καταχέω



τί λατα χέω σου λαβῶσα. Idem, οὐκ οὐκ ἐρεῖς ἀνύσσα κνισμῶν τινα.

Pleonasmus ad imitationem Græcorum est & in illo Terentij in phorm. Negat, neque eius patrem se scire qui fuerit: negat. Neq; Stilphonem ipsum scire, qui fuerit: negat. Integra enim est locutio, si dicas neq; sic Græci, Ἰζαχνός ἔστι μὴδ' ἰδῆρ με πῶσ' ὠπῶτ'. In illo enim Horacij, Neg; se fore posthac tā facilem dicat: Hypallage Græca potius uider. Sic Græci, οὐ φασι πῶσ' ἀγενέας, pro, φασίμ ὅν παρὰ γενέας. Homerus ἑ Iliad. Οὐ γὰρ ἔγω σέο φημι χειρότερον βροτῶν ἄλλον ἔμμεναι. Αἰσοφ. Εἴ τ' ἔτο γένοιθ' ὀποθεῖθ' ὑμῖς οὐ φημι ἀρλυσίτην ἀεῖρ σφῶν.

Enallage  
Græca:

Enallage Græca est & cum præsens pro futuro accipitur, ut in illo Phormionis, Quid ago? dic Hægio. Sic Græci τί δ' ἔω. Ἀἰσοφ ἠταπὶ τοῦ τοῖς δ' ἔω. Præterea Terentij illa, in qua ad singulare red dicitur plurale, Si quisquam est, qui placere se studeat bonis quam plurimis, & minime multos ledere, in his poeta hic, nomē profitetur suum. Sic Demosthenes in Olynthiacis, Εἰ μὲν γὰρ τις ἀνήρ ἐμ αὐτοῖσις ἔμπειρος πολέμου καὶ ἀγῶνων, τότες μὲν φιλοτιμία πάντας ἀπωδείρ αὐτὸν ἔφη.

Si pro An.

Græca Enallage est & cum, Si, pro An ponitur, ut in illo Terentij, Est ne ca intus? Si sit rogas? Idem, Visam si domi est. Columella, Animaduertat an pulli rostellis oua procuderint, & auscultetur si pipiant. Aristoph.

Aristophanes πλούτω, πεισόμενος ἐὶ γῆ μετὰ  
 θαλόνητα τοὺς τρόπους εἶναι πανδύργου, ἀδι-  
 κορυγίῃ μὲν.

Item, Nisi pro Sed, ut Terentius, Nescio, nisi deos Nisi pro  
sed  
 fuisse iratos mihi satis scio, qui illi auscultauerim. Et  
 sæpe alibi. Græci enim. Aristophanes, εἴτοι λέγαν  
 ἔμοι γε φαίνεσθαι πανυ, πλὴν ἔμ μόνου δε-  
 δοικα.

Præterea quum, hoc, pro partim legitur, ut Ver-  
 gilius Georg. Jamq; reperti, Qui saxo super, atq; in- Hoc pro  
partim:  
 gentis p̄dere teste Vrgerent, hoc effusos munimē ad  
 imbres, Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arua.

Ισοκράτης συμμαχικῶ κτοῦτο μὲν γὰρ τῷ περὶ  
 σῶν δύναμιν ἅπαντες ἴσμεν τεκνικαύτως ὁ  
 μέγιστος γεγεννημένω, οὗ διὰ τῶν τῶν ἀν-  
 δρῶν φρόνησιν ἀλλὰ ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων  
 τῶν βασιλευσιν τιμῶσι τοῦτο δὲ διδόνουσι τῶν  
 τύραννων ὅτι παραλαβῶν πλὴν καὶ ἄλλων σι-  
 κελίαν ἀνάστατον γεγεννημένω πλὴν δ' αὐτῶ  
 πατριδα πολιορκουμένω οὐ μόνου αὐτοῦ  
 ἢ παρόντων κινδύνων ἀπὸ λαξερ, ἀλλὰ καὶ  
 μεγίστων ἢ ἑλληνίδων πόλεων ἐποίησεν.

Et quum, At pro ergo uel quare, sicuti ἀλλὰ α= Et pro  
licet:  
 pud Græcos. Ouidius in Metamorphoseos secundo,  
 Vix me patiūtur ubi acres In caluere animi, ceruixq;  
 repugnat habenis. At tu funesti ne sum tibi muneris au-  
 tor, Nate caue. Sic homerus,



Ἄλλὰ ἴθι μὴ ἐρέθιζε σαώτερος ὥσπερ κέννα. Idem,  
Ἄλλὰ πίθειθ ἢ ὑμῖς, ἐπεὶ πίθειθα ἄμειον.

Est, quoq; pro licet ad imitationem Græcorū simili figura uidetur dictū, ut Verg. Cernere erat, pro licebat. Et plinius de Erinatijs, aliter nō est occidere, et tergori parcere. Idem, Noctornorū animalīū, ueluti filium in tenebris fulgent, radiantq; oculi, ut contueri non sit. Et affirmatiue, ut alibi diximus. Plinius, De noctris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuisse auariā. Horat. Cois tibi pene uidere est ut nudam. Et Gellius sæpe, Ut multos uidere est pecunie cupidos. Idem, Animaduertere est pleraq; uerborū Latimorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse. Sic Græci ἐσι pro ἔξει dicunt. Demosthenes κατὰ μὲν οὐκ, οὐ μόνον δ' ἰπὲ τῶν τοῖς ἐκ προαφροσύνης ὑβρισταῖς χαλεποῦς ὄντας ἰδῆν ἐστὶ τοὺς νόμους ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἀπάντων.

Præterea, In, pro inter simili imitatione ponitur, ut Plinius de Cilio, Hoc uulnere diductum non coalescit in paucis humani corporis membris. Lucianus, ταῦτα μὲν τοὶ τὰ κέκνα ὀρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς

Græca imitatione usurpata est illa locutio Plinij, de helpide & leone, cum similibus, Miremur postea uestigia hominis intelliigi à feris, quum etiam auxilia ab uno animalium sperent? Terentius, Eho nonne hæc iusta tibi uidentur postea? Et Græcè, Aristophanes, εἶτ' οὐ ξυνίης τὴ ἐπινοίαν τ' θεῶ. Idem, ὧ μὲν ὥτατε

ῥώτατε ἀνδρῶν ἀπάρτων εἰτ' εἰσίγαις πλούτος  
 ὦρ. Hanc figuram per, &, nonnunquam efferre  
 uidentur latini Vergilius, Et quisquam numen Iuno-  
 nis adoret, Præterea, Aut supplex aris imponat hono-  
 rem: in quo genere aduertendum Latinos ferè uel po-  
 tentiali modo uti solere, uel eius periphrafi, ut Ciccr.  
 Et dubitari potest, quin ille seu uictus, seu uictor redie-  
 rit, eadem facturum sit:

Casus quoq; nonnunquam ad Græcū idioma im-  
 mutatur. Alias in tali figura, qualis est Terentij, Cum  
 me ipsum noris, quam elegās formarū spectator siem.  
 Idem Rursus, Scin me in quibus sim gaudijs: Idem, Ob-  
 serues filiū, quid agat. Sic enim Græci sepiissime. Ari-  
 stoph. Pluto, ἄγε δ' ἰσὺ πρότερον σάντορ ὄσις  
 εἰ φράσορ. In his enim omnibus Latina potius locu-  
 tio est per nominatiuū, Cum noris quam elegans ego  
 ipse formarū spectator siē. Et Scin in quibus ego sim  
 gaudijs: Et, Obserues quid filius agat. Alias sub hac fi-  
 gura, qualis est in Rhetoricis ad Herennium, Inter  
 insinuationem & principium hoc interest, quia prin-  
 cipium eiusmodi debet esse, ut statim apertis rationi-  
 bus, quibus præscripsimus, aut beneuolum, aut atten-  
 tum, aut docilem faciat auditorem. Et Tere. Restitue  
 in quem me accepisti locū. Vtrobique enim prouocubū  
 lū, qui, non ad suum, sed præcedens uerbum refertur.  
 cum rectam sit, quas præscripsimus, et in locū, in quo  
 accepisti. Ita Græci. Isocrates, τοῖς γὰρ ἄλλοις οἷς  
 ἔχομερ οὐδ' ἐρ τῶν ἄλλων ζῶων διαφέρομερ,



Aristophanes Pluto, τάλαν' ἐγὼ τῆς ὑβρεως ἦς ὑβριζομαι.

Alia rursus figura nominatiuus pro accusatiuo, Nempe post infinitiuū quoties ea uerba sequitur, quæ in sensu infinitiuū duntaxat feruntur, qualia sunt, *Di co, Sentio, Aio*, cū synonymis, & eadē est a gens persona uerbi finiti, et infiniti: ut *Catul. Phasellus iste, quem uidetis hospites, ait fuisse nauū celcrrimus. Et Parodia de hoc ipso, Sabinus ille, quem uidetis hospites, ait fuisse multo cellerrimus. Ouid. Sed enim quia retulit Ajax Esse Iouis pronepos. Verg. Sensit medios illapsus in hostes. Teren. Que sese opinauit inhoneste parare hic diuitias potius, quam in patria honeste pauper uiuere. Lucan. quoq; paulo etiā durius, Tutumq; putauit iam bonus esse socer. Nec minus durē, ut uideatur, Ouid de Trist. Acceptū refero uersibus esse nocens. Sic Græci. Isocrat. καὶ σταντόμωδες ἀνθρώπων ὑπομιμνήσκεις. Δημοσθένης ἐν τῷ παρὰ πρεσβέτας εἰ μὲν γὰρ ἀπαντα δὲ ὑπέχεθ' ὑμῖν ἐκτὶ ἐιςλίνης γέγονε τὸ σαύτης ἀνάαν δρίας καὶ κακίας δμολογεῖτε ὑμῶς εἰναῖ μεσοί.*

A Græcis plane & illa casus mutatio accepta est, cum ablatiuus in consequentia diuersa persona nō est ab ea, quæ finitiū uerbum præcedit, ut *Qu. Tul. ad Tyron. Nō potes effugere huius culpæ pœnā te patrono, Marcus est adhibendus, pro ipse patronus, uel si ipse sis patronus. Volcatius. Se digitus apud Gell. Eum me iudice*

iudice errorē dissoluā tibi. Sic Græci. Plato, Apolog.  
 Ἄλλα ἀπορία μὴ ἐάλωκα οὐ μὲν τοι λόγων ἀλλὰ  
 το λμῆς καὶ ἀνάσχυρτίασ' ἢ καὶ ἴμῃ ἐθέλω λέ  
 γαρ πρὸς ὑμᾶς τοιαῦτα δεῖα ὑμῖν μὴ ἴδεις α  
 ου ἴω ἀκούειμ' ἔρωσ' ἔντος μου καὶ ὀδυρομένης καὶ  
 ἀλλὰ ποιεῖν καὶ λέγοντι πολλὰ καὶ ἀνάξια  
 ἐμῶς ὡς ἐγὼ φημι.

Sed et illa, quum præpositioni, In, pro ablatiuo  
 subiicitur accusatiuus, ut Gellius notat in oratione Ci  
 cer. de imperio Cn. Pompei, Cum nostros portus, atq;  
 eos portus, quibus uitā ac spiritū ducitis, in prædonum  
 fuisse potestatem sciatis. Et in Amphit. Plauti, Nunc  
 uerò mihi in mentem fuit, pro in potestate, in mente,  
 quod cōtra rarò aut uix fit. Ideoq; illud Vergilij, Ra  
 puitq; in fomite flammam. Seruius esse ait pene Solæ  
 cophanes. Tale tamē est et illud Ouidij Met. Aspice  
 uultus Ecce meos, utinamq; oculos in pectore posses  
 inserere. Nisi quis in pectora scribendum censet. Plu  
 tarch. In Antonio, Ἀντώνιος δὲ τὸ πόλιμ' ἐκλιπῶν  
 καὶ τὰς μετὰ τῶν θείων διατριβὰς ἀποίκοισιν ἐνά  
 λιοιρ ἀπεσκευάζει αὐτῶ περὶ πλὴν φάρον εἰς πλὴν  
 δάλασσαν.

Græcam Antiptosin uocat Sernius, cum post Pas  
 sua daituus loco ablatiui cum præpositione adhibe  
 tur, ut Ver. Nec cernitur ulli. Horat. Scriberis Vario  
 fortis et hostiū uictor. Xenophon, δούως μοι ἑστὶ  
 καίως ἀπαντατὸν βίον βεβιωμένον. Isoc. ad De

Datiuus t  
 co ablatiui  
 cū præpo  
 sitione:



monicum, ὥστε μοί μηδὲ τὸν ἀπαρτὰ χρόνον δύνασθαιμ λήθημ ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων.

Nomen p  
adaerho

Græce non minus sunt et illæ, de quibus supra in Enallage dixi, Nobis non licet esse tam desertis. Et Macrobius, Si uobis uolentibus est. Sic Græci. Aristoph. ὄντως γὰρ ἐστὶ πλεονασμῶν ἀπασιμ ἡμῖν εἶναι Et ἐμοί βελομένω ἡμ

Græca quoq; antimeria est, cum nomen pro aduerbio summitur ad hunc modum. Plini. Hæc singula et matutina et uespertina datur, pro mane et uespere. Ver. Nec gregibus nocturnus obambulat, pro noctu. Idem Rursum, nec minus Aeneas se matutinus agebat, pro mane. Huc attinet et illud eiusdem, Vibranti gladio connixus ab aggere dexter Occupat. ἀριστοφ. Δῆλος δ' ἔστιν ὅτι τὸ πρῶτον ἀκρόασιμ τιτὴ βαδίσαι τῶν τάχων. Homerus, Ἄλλοι μὲν ξαθιοῖτε τὸ ἀνεῖρις ἰπποκορυθαῖ εὐδὸρ πάνυχοιοι. idem, οὐ χεῖρ πάνυχοιομ εὐδὸρ βελοφόρομ ἄρδρα

Græca uidetur, et illa Enallages forma quæ in Prolepsi sæpe usurpatur, ut Salustius, Ita quoque initio reges diuersi, pars ingenium, alij corpus exercebant. De qua in Enallage diximus. Est enim Græcis familiarissima, Cebes, αὐτὰι τοῖνω ἐφῆν ἢ μὲν πλὴν μάστιγα ἐχοῦσιν ἀλῆται τιμορσία ἢ δὲ πλὴν κεφαλῆμ ἢ τοῖς γόνασιμ ἔχουσα λύπη ἢ δὲ τὰς τριχὰς τίλλουσιν ἑαυτοῖς ὀδύνη

Græcum

Græcum est & illud Salustij cum similibus, in quibus post masculina & foemina subijcitur neutrum. Huic adolescentia cædes, rapinæ, discordia civilis gratia fuere. Terentius, Atq; hæc, qui misit non sibi postulat te uiuere. Ad Eunuchum enim & ancillā refertur illud, hæc. Idem, Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas, quod ego in propinqua parte amicitie puto, facit ut audacter moneam & familiariter. Cic. de off. Quā similitudinē natura, ratioq; ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consilijs, factisq; conseruanda putat. Sic Græci. Isocrat. κόσμος Αἰσχύνην Δικαιοσύνην, Σοφροσύνην, τούτοις γὰρ ἀπασί δοκεῖ κρατεῖσθαι &c. Tale putat Seruius & illud Terentij, Qui habet salem, quod in te est.

Homericæ figura est, qua utitur Vergilius in comparationibus interdū, qualis in illa cernitur, Qualis populea mærens philomela sub umbra, Amissos queritur fœtus, quos durus orator Obseruans, nido implumes detraxit. Et, Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus. Et Ouidij, Falcata nouissima cauda est, Qualia dimidiæ sinuantur cornua lunæ. Est enim Enallage, Qualis, pro qualiter, ut in illa Homeri,

οἷν δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὖρεος ἰοχέαιρα,  
ἢ κατὰ τήν γνετορ πέρι, μίκετορ κέρυμανθορ  
τερωμένη κάω ροισι καὶ ὠκείαις ἐλάφοισι.  
τῆδε δ' ἅμα νύμφαι κῆραι διὸς αἰγιόχοιο  
Αἰγροόμαρ



Ἄγρονόμα παύσσει γέγησθε δέτε φρενα λιῶ.  
 Πασάωρ δ' ὑπὲρ ἦγε κἄρη ἔχε ἠδὲ μέτωπα,  
 Ρῆαδ' ἀξινώτη πέλεται καλαί δέτε πᾶσαι,  
 ὧς ἦατε ἀμφιπόλοισ μετέτρεπε πάσθῆνος ἀδμῆς

In illa tamen primi Aeneidos, quae ex hac est uersa,  
 Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi,  
 Exercet diana choros, quam mille secutæ  
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades.  
 Eclipsis uel prouocabuli, qui, uel aduerbij, quando,  
 magis quadrare uidetur propter Apodosin illam, Ta  
 lis erat Dido, ut sit, qualis Diana, quae exercet, uel  
 qualis Diana, quum uel quando exercet choros. Si  
 mile est & illud Horacij in Sermoninibus, Eoq;  
 Non ut magna dolo factum negat esse suo pars,  
 Quod non ingenuos habeat, clarosq; parentes.  
 Sic me defendam. Sic Theocritus,

Ἄδ' ἰορ ᾧ ποιμαν τὸ τιὸρ μέλος ἢ τὸ κάταχρῆς τῷ  
 ἄπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑπόδερ ὑδῶρ.

In illa uero sexti Aeneidos, uix hoc sufficiat.  
 Quale solet syluis brumali frigore uiscum  
 Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos,  
 Et croceo fetu teretes circundare truncos:  
 Talis erat species auri.  
 Supplendum enim uidetur, quale est uiscum, quod ui  
 scum solet brumali frigore, &c.

FINIS.

INDEX

# INDEX IN THO

MAE LINACRI GRAMMATICA

iuxta paginarum numerum.

A	67	Abs	69, & 271
A	221, 226, 271	Absolutum	18
A subauditum	342, 343	Absolutum pro actiuo	113
A commentarijs	68	Absolutum pro compara	
A libellis	68	tiuo	104
A manu	68	Absoluta	29
A motu à loco significa-		Absolutiua	29
re	67	Absoluto	209
A pecunia imparatus	68	Abſq;	69, 99, & 271
A rationibus	68	Abſtineo	21, 227, & 235
A studijs	68	Abſtinens	161
Ab	69, 221, 226, 271	Abſum	222, & 227
Ab redundari	392	Abundans	161
Abdico	212	Abunde	94
Abest	199	Abundo	200
Abhorreo	223	Abutor	208
Abiero pro abibo	31	Ac	82, & 86
Ablatiuus	21	Ac pro quam	119
Ablatiuus pro genitiuo		Ac & atque uaria con-	
pag.	407	ſtructio.	307, 308
Ablatiuus in do	264	Accedo	224, & 227
Ablatiuus ꝑ datiuo	407	Accedo pro aduenio uel	
Ablatiui in tu uel ſu con-		adeo	248
ſtructio	265	E 5	Acc do



INDEX

Accedo pro assentior	Arceo	227
pag.	248	Actiuum quid
Accido	224	Actiuum pro passiuo
Accidit	200	Actiuum pro neutro
Accingunt operi	112	Actiui constructio
Accommodo	221, 224	Actiuorum tres species
Accuso	209	pag.
Accusaris à me furti uel		Actiuorum triplex ratio
furto	215	pag.
Accusatiuus	20	Actiuorum ratio triplex
Accusatiuus pro ablatiuo		pag.
pag.	407	Actutum
Accusatiuus post uerba		Ad
transitiua absolutè pro		221, 223, & 227
lata subauditur	328	Ad, quot modis accipia-
Accusatiuus in dum	266	Ad redūdari
Accusatiuus ante infiniti-		392 (tur 60
uum subauditur	327	Ad nubendum
Accusatiui cōstructio	136	Ad opus
& 137		Ad summum
Accusatiui in tum uel sum		Addico
constructio	267	Addo
Accusatiui in tum uel sum		221, et 224
constructio.	265	Adeo
Accusatiuus infinitū uer-		77, & 79, & 83
bum tū precedere tum		Adeo
sequi	126	Adeo pro ualde
Acquiesco	198	Adesse
		Adfer
		Adhereo
		Adhereo
		Adhibeo
		221, & 224
		Ad hoc

INDEX

Adhoc	83	Aduerbum cum prepo-	
Adhortor	221	sitione	97
Adicio	221 et 224	Aduerbum & uerbum	
Adiectiuum	9	pro uerbo	115
Adiectiuum nomen	11	Aduerbum uice prono-	
Adiectiuū p̄ aduerbio	89	minis	97
Adiectiuum cum proprio		Aduerbum loco prouo-	
uel appellatio	129	cabuli	97
Adiectiuorum species	11	Aduerbiū temporis pro	
Adiectiuorum pleonaf-		aduerb. solitudinis	118
mos	388	Aduerbum pro nomi-	
Adiectiuorum nomen ibi.		ne	94
Adiectiuorum eclipsis		Aduerbum pro coniun-	
	324	ctione	101
Adiectiuorum uaria ge-		Aduerbia uicem appel-	
nera in genitiuum	140	latiuorum suplere	97
Adimo	214	Aduerbia iūcta preteritis	
Adimo tibi	214		278
Adiungo	221, et 224	Aduerbia qualitatis pro	
Admodum	79	aduerbijs intendēdi	
Admodum quam	285		117
Admoneo	210, 211, 224	Aduerbum pro preposi-	
	236	tione	101
Adscribo	225, 236	Aduerbiorum pleonaf-	
Adsto	198	mos	392
Adsum	198	Aduerbiorū genera mul-	
Aduerbiale	9	ta	73 (ctio 276
Aduerbum quid	72	Aduerbiorum constru-	
		ctip-	



INDEX

Aduerbiorum eclipsis		Affirmationis aduerbia.	
	344	ibidem	
Aduersatiuæ desunt non=		Affirmo	188
nunquam	351	Affluo	200. 236
Aduersatiuæ conuictio=		Aforis	271
nes	298	Age	77
Aduersum	62, 271	Age singulare fere postu	
Aduersus	62, 166, 271	lat	281
Aduersor	208	Age rarius plurali iungi	
Aduesperascit	321	tur	281
Aduoco	221	Agite?	77
Adulor	208	Agite plurali semper iun	
Adultus	115	gitur	281
Aedes subauditum	316	Agedum	77
Aeditus	261	Agedum utriq; numero	
Aegrè	86, 79, 94	copulatur	281
Aemulor	206	Agitedum, pluralè nume=	
Aemulus	163	rum poscit	282
Aemulus mei	174	Ager	175
Aequalis	166	Agno. en	9
Aequè	● 307	Ago	209
Aequus	166	Ah	81
Aestimo	217, 219	Alienus	163, 286
Aeternum	75	Alienæ	230
Affero	221	Aliquanto	104
Afficio	212	Aliquid	134, 195, 219
Affirmatiuæ respondendi		Alioqui	82
	77	Aliquis	17
			Aliquis

I N D E X

Aliquis pro quidam	109	libus accommodantur	
aliquis pro quibus uel quicunq;	109	Amandus	282
Aliquis subauditur	329	Amans	166
Aliquot fariam	76	Ambrani	161
Aliter	78, 282, 286, 307	Ambigua	319
Aliud ab hoc	169	Ambo	12
Alius	210, 286, 307	Ambulo	210
Alius subintelligitur	325	Amens	193
Alligo	209	Amicus	163
Alloquor	206	Amolior	166, 319
Alō lacte	229	An	227
Alo te lacte	216	An	86, & 293
Alter	210	An pro siue	120
Alter ab illo	169	An ne	86
Alterior	207	An dubitatiuæ coniunctio	
Alteruter	18	nis uaria cōstructio	308
Altus	167	Ante subauditum	344
Amabilis	166	Ante redundat	392
Amabo	93, 77	An deest	356
Amabote	77	Anacoluthon	420
Amabo te	93	Anapodoton	314
Amabo & amabote siue		Anastrophe	314
aduerbia sunt hortantis		Anniculus	14
siue interiectiones blandientis licet singularia		Annotinus	14
speciē præbeant, tamen singularibus & plura		Annuntio subauditū	335
		Annus	14
		Animaduerto pro obseruo uel aduerto	248
		Ani	



INDEX

Animum ad uertite	114	Appellatiuum pro aduer-	
Ante	94, 232, 271, 282	bio	90
Ante alios	285	Appellatiuum pro parti-	
Ante & quam	305	tiuo	104
Ante desideratum	341	Appellatiuū cognatæ si-	
Ante pro prius	99	gnificationis cum uerbo	
Antequā constructio	305		321
Antecedo	362	Appellatiua in genitiuos	
Antecello	286	transire	139
Anteco	236	Appellatiuū aliquod post	
Antepono	211	uerbū Sū subaudire	323
Antestat	236	Appellatiuorū uim obti-	
Antimeriā fieri quatuor		nent et adiectiuorū neu	
partibus	89	tra	10
Antimetabasis	178	Appellatio eiusdē signi-	
Antiptosis	404	catiōis cum uerbo	322
Antiqui moris est, & mo-		Appetens	161
ris est	323	Applico	222
Antiquis mos est, & mos		Apposiopeſis	314, 357
est	323	A cōmūni aposiopeſis	358
Antiquitus.	• 80	Appositio	128
Anxius	161	Appropinquo	225
Apage	81	Apprime	79
Appageſis	81	Aptus	167
Appello	221	Aptus	64, & 271
Appellatiuum quid	109	Apud q̄ modis accipia-	
Appellatiuū eiusdem sig-		Arans	270 (tur 62
nificatiōis cū uerbo	321	Arceſſo	209
		Ar quo	

INDEX

Arguo	209	Au	81
Argutus	54, et 115	Auarus	163
Aristarchi sententia de pronomine	26	Aucro	222
In aruis	160	Aucupor	206
Aro	197	Audax	160.
Articulus postpositiuus		Audire desideratum	
	26		338
Aspicio	223	Audiens	161
Aspiro	198	Audeo	189.
Aſis facio	217	Aufero	214
Aſſentio	237	Aufertur à te uestis	
Aſſentior	208		215
Aſſentor	ibidem	Auguror	190
Aſis	216	Auello	214, 227
Aſſueſco	225	Auerto	227
Aſt	84	Auidus	160
Aſtringo	209	Aurigor	207
At	84, 87	Auſpicato	89
Atat	81, 82	Auſculto	247
At pro ſaltem	119	Aut	84
Atemia	87	Autem	ibidem
Atq;	82, 86	Authypotaſtus	modus
At pro quam	119		44
Atq; pro ſtatim	103	Authypotaſtos	modus
Atqui	84		39
Attamen	86	Autor eſt	114
Attendo	236	Auxilior	208
		Baccha	



INDEX

B			cantonem	248
Bacchanalia	uiuere		Canere, pro defendere,	
		90	atq; munire se	248
Bacchor		207	Cantus	116
Bene	79,94,117		Capax	160
Benedico		198	Capio uoluptatem	190
Benefacio		198	Careo	200
Benefit		199	Carius	220
Bene habeo		269	Caro	ibidem
Benignus		163	Caro, subauditum	317
Belli		229	Cardinale nomen	15
Bisariam		76	Cardinalia pro ordinalibus	
Blandor		208	bus	107
Bonus		167	Casus quatuor	19
Breuiterg;		319	Casum in diabasi etiam	
Britannus		76	passiuis communē	215
Brutij		319	Casu	80
C			Castor	77
Acchinnor		207	Caueo cū accusatiuo pro	
Cado uirgis		216	uito & declino	248
Celo		211	Caueo pro uideo	248
Celo & calor		237	Causa	176
Cesa pro casi		96	Causatiuus	20
Ceterum		84	Causalium eclipsis	151
Calesacio		188	Cautus	54, 115
Callidus		160	Cedo pro contingo	249
Cano receptui		203	Cedo pro do locum et pa	
Canit, pro meminit ad			reo	249
			Cedo	

## INDEX

Cedo pro discedo uel a=	Cis	62,271
beo	249	Citra
Cedo pro dic uel da legi=	Clam	100,272
tur	249	Clam constructio
Cedo pro discedo	248	Codex
Censco	188,334	Cæcus
Centenarius lapis	16	Cœpit
Cētena millia in illis num	Cœrcior uinculis.	216
marijs summis	325	Cœrceor á te uinculis
Centum	370	Cogo
Cereus	167	Cogito
Certè	77,87,89	Cognatus
Certior	163	Cognomen.
Certus	163	Cognomen pro agnomi=
Certus numerus pro in=	ne	10
certo	108	Collectiuum
Certum est.	202	Commilitio
Cerciacus pagus	319	Commodus
Cesso.	193	Commodum
Catij	319	Commoneo
Ceu	80	Communico
Ciceronis locus	141	Communis
Cingo	211	Communis in urbem op=
Circa	99,271	pidum ue
Circiter	63	Communis in certas præ=
Circiter	99	positiones
Circum	190,271	Cõmunis in tempus
Circumspectus	54,115	Communes omnium uer=
		borum



INDEX

borū costructiones	215	Complacitum	46
Cōmunes in datiuū	215	Compleo	212, 237
Commune trium	19	Compos	163
Commune duum	19	Compos tui	174
Cōmune uerbū quid	29	Con	22, 223, 227
Communium constructio		Concedētis aduerbiū	77
pagina	193	Concionor	207
Comedendo	263	Conclamatum est	196
Comparatiuū pro super=		Concludo	227
latiuo	106	Condemno	209
Comparatiuus 'casus	21	Conduco	237
Comparatiui aduerbij cō		Cōduco hoc, pro eo quod	
structio	283	est, precio ad tempus ac-	
Cōparatiui collatio qua		cipio	249
druplex	170	Cōducit huic uel ad hoc,	
Cōparatiua tria pro suis		pro utile esse	249
absolutis	105	Confabulor	207
Cōparatiuorū ablatiuus		Confero	210, 225
quomodo soluat	169	Conficio	212
Comparatiuum pro abso		Conficior	212
luto	104	Confido	190, 198, 237
Comparatiuum pro con=		Confirmationis aduerbia	
trario positiui cum mi		pagina	77
nus	105	Confiteor	335
Comparo	210, 225	Congredior	207
Comparatiuum	18	Coniunctio quid	82
Compertum habeo	114	Coniunctio pro aduerbio	
Complacitus	115	pagina	103
		Coluui=	

## INDEX

Coniunctio pro nomine	97	Construi intransitiue qua	
Coniunctio loco pronominis	97	tuor modis	128
Coniunctionis multæ species	82	Consulo huic rei, pro pro	
Coniunctionum constructio	292	uideo uel prospicio.	
Coniunctionum pleonasmus	394	pagina	249
Coniunctionum eclipsis, pagina	348	Consulo, pro consilium	
Coniunctionũ ordo	312	do	198
Coniunctim	78	Consulto te illud et de illo	
Conqueror	237	pro peto consilium	249
Conscijs	261	Consulo boni pro in bonã	
Conseruus	166	partem accipio	249
Consideratus	54, 115	Consulo in te istuc pro sta	
Consolor	206	tuo uel instituo	249
Constat	201	Consultus	162
Constructio quid	122	Contentus	54, 115, 162
Cõstructio uerbi sum	202	Contingere tibi uel in te,	
Constructionis accidentia	125	pro accidere	249
Cõstructionis duo prima genera	123	Contingere hoc, pro tan-	
Constructiones actiuorũ diabatica	209	gere	250
		Contingit	200
		Continuatiua uerba	29
		Continuatiua	84
		Continuo	102
		Contrarius	166
		Contubernalis	166
		Conuenit	200
		Conuenit ablatiuo cũ pre	
		positione de	250



INDEX,

Conuenit datiuo cū abla=	Creatus	261
tiuo præposita præposi	Credo	901
tione, cum, pro consen=	Credus	261
tiens est	250	Criminor
Conuenit datiuo & accu	Cum	69, 271
satiuo cū, inter, pro con	Cum pro quam	86
uenientia uel cōcordia	Cū uaria constructio	299
est	250	Cum paucis
Conuenit pro conueniens	Cum pro postquam	85
uel aptum est	250	Cum subauditum
Copia.	176	Cum & tum
Copulatiua pro disiuncti	Cunctor	207
ua	118	Cupio
Copulatiua pro rationis	Cupiens	161
redditiuis	119	Cupidus
Copulatiua pro electiuis	Cum primum	74
pagina	119	Cur
Copulatiuas cōiunctiones	Curo	219
deficere	348	Cura
Contra	100, 271, 307	Curro
Corusca pro coruscantia	Curro pedibus	216
pagina	98	Curro stadium.
Coruscat.	194	Curro cursum
Coram	100, 271	Cucurri cursum longissi-
Crapulor	207	mum.
Crassus	167	Curritur
Crastinus pro postridia=	Cursum	321
nus	110	Damno

INDEX.

	D	Deficit te aliquid pro de	
D	Amno	299	stituit 250
	Damnōsus	165	Defungor 208
	Datiuus	20	Dehinc 75
	Datiuus pro nominatiuo,		Deiicio 227
	uel accusatiuo	405	Deinceps 75
	Datiuus ꝑ genitiuo	406	Deinde 75, 271
	Datiuus pro accusatiuo,		Delectat 190
	pagina.	406	Delector 208
	Datiuus loco ablatiui cū		Delector tuis commodis,
	prepositione	436	pagina 216
	Datur nuptui.	203	Delibero 212
De	69, 221, 226, 271		Demum 75, 78
De subauditū	342, 344	Demonstrādi aduerb. con	
Debeo	189	structio	288
Debet	235	Demonstratiua primæ et	
Debet subauditum	237	secundæ personæ subau	
Decet	190, 238, 335	dita.	327
Dedecet	238	Demōstratiua tertiæ per	
Dedo	211	sonæ subaudita.	328
Defectiua neutra in geni		De uarijs in eadē oratio	
tium	206	ne figuris	420
Defectus	115	Deniq;	75
Defetiscor.	207	Denominatiuum	9
Deficio à te ad hunc, pro		Deponens quid	29
eo quod est, à partibus		Deponentium constructio	
tuis discedo	250	pagina	206
Deficit tibi pro deest	250	Deprecor	206



INDEX

Derepente	74	Digredior	207
Desinit	235	Dimidium	175
Desino	193, 198	Dis	168
Desisto	227	Disco	189
Despectus mei	176	Discretivæ coniunctiones	
In despectum	203	pagina	84
Desuper	271	Discretivæ	294
Detraho	226	Discretiuorum eclipsis,	
Detrudo	227	pagina	349
Deuius	161	Diserutior	238
Deuoueo	211	Disertus	54, 115
Dialecticus	319	Disiunctiua pro copula=	
Dic sodes	281	ua.	119
Dicebat desideratū	237	Disiunctivæ coniunctio=	
Dico 239, 334, 335, 365		nes	296
Dico reduntatiuè	391	Disiunctiuarum eclipsis,	
Dico uel aliquid cōgruū		pagina	350
subauditum	330	Despluceo	198
Dicturus subauditur	340	Dissentio	238
Dies subauditum	320	Differenat	194
Diescit	● 321	Disimilis	286, 308
Differt pro desidet uel á		Distat	199
liud est, ablatiuo cū præ		Distributiua	153
positione ab	250	Distributiua pro cardina	
Difficilis	165	libus	106, 160
Digladior	207	Diuersitatis aduerbiorū	
Dignor	212	constructio	282
Dignus	167, 168	Diuersus	

INDEX

Diuersus.	286, 307	Donec	85
Diuersus ab illo	269	Donec pro quam diu	279
Diues	168	Donicum	85
Diuinitus	80	Dubito	188
Diuisiuum nomen	15	Dubium genus	19
Diuisua	76	Dubius	161
Diuisa pro cardinali-		Dum	279
bus	106	Dum uaria constructio,	
Diusfidius	77	pag.	280
Dixit, desideratum	237	Dum pro quamdiu	280
Do	210, 238	Duplicia pro duplo plu-	
Do fidem	114	ra	104
Do nuptum filiam	265	Duntaxat	78
Do pignori, & do tibi pi-		Duodeuiginti	152
gnori	203	Duorum	176
Do uenum	265		
Doceo	211, 322	E	
Doceo à te litteras	215	B	70, 221, 271
Docendus	166	E sub auditu	342, 343
Doctè	78	Ea re	86
Doctus	162	Ecastor	77
Docibilis	166	Ecca	79, 288
Doleo	188, 238	Eccus	289
Dolor	176	Eclipsis	314, 315, 316
Domesticus subauditum,		Eclipsis græca	425, 426
Domus	228, (320		429, 430
Domi	229, 230	Ecquid	76
Dominor	208	Edax	160
		Edepol	77



INDEX

Edoceo	211	Enim	84,87
Effectum dabo	114	Enim uero	87
Efficiens	161	Eius,omissum	338
Egeo	200	In ens	161
Ego æger	270	Eo	91,277
Egredior	227	Eo minus	98
Egregie	78,287	Eòpro propterea	91
Egregius	161	Eo pro tanto	98
Eho	81	Eo magis	98
Ehodum	77	Epanalepsis	314,395
Eia	77	Epicænum genus	19
Eius	180	Epitagmaticò pnomē	23
Eius generis pro eiusmo-		Epulor	207
di	110	Equidem	77
Elegans	163	Equidem diuersis perso-	
Ellus	289	nis iungitur	281
Emoueo	227	Equidem pro ego quidē	
Emollitum subauditum,		pag.	281
pagina	340	Equidem pro quidem eo-	
Emungo	212	dem.	281
En	78,288	Erga	271
Enallage	314	Ergo	86,297, 313
Enallage Græca	432	Eripio	214
Enallage rerum que par		Erudio	211
tibus accidunt	404	Eruditus	162
Enallagen fieri quatuor		Est	174, 240
partibus	89	Est quando	145
Energia	414	Est qui	145
			Est

INDEX

Est pro licet	433	Execrabilis	166
Est ubi	146	Exegetis	87, 128
esto	77	Exeo	223
Et	82	Exhibet	90
Et non	85	Exigio	190, 211, 227
Etenim	84, 313	Exiguum	133
Etiā	82	Eximie	287
Etiā por sic	103	Exire	227
Etiā subauditum	349	Eistimo	188
Etiā si	298	Exonero	212, 222
Etsi	298, 313	Exoletus	115
Euado	223	Exorior	207
Euado gradus uel ad gra		Exoro	121
dus pro ascendo	250	Exosus	261
Euado hunc & ex hoc,		Expeditior	212
pro effugio	250	Expedio	228, 222
Euax	81	Expello	222
Euenit	200	Eperior	193
Euestigio	74	Expleo	212
Euge	81	Exploratum habeo	114
Ex	70, 221, 226, 271	Expedit	201
Ex illo	320	Expergiscor	207
Ex quo	320	Experiens	161
Ex aduersum	271	Expers	163
Ex eo	320	Expertus	162
In excidium	204	Expers tui	174
Exclusionisa duerbia	78	Extemplo	74
Excretus	115	F § Extendi	



INDEX

Extendi pro furi	121	Famulor	208
Extorris	168	Fastidio	240
Extra	63	Fastidium	176
Extra	100,271	Fatendi modus	33
Extraho	222	Fateor	206, 211
Exubero	200	Fauco	198, 257
Exulo	191	Fauor	176
Exulo	228	Febris subauditum	317
Exuo.	211, 222	Fecerit subauditum	336
	F	Ferax	160
Fabulor	207	Ferantur	206
Facio	188, 212, 219	Ferens	161
	234, 235, 239	Ferundo	263
Fac subauditum	330	Ferè	79, 284
Factum pro dicto	121	Fessus	163
Factum subauditum	321	Fide	198, 240
Facile precipuus & ad-		Fidens	161
mirandus	287	Fidissima tui	174
Facile pro haud dubie po-		Fidus	165
situm	286	Finitiuus	44
Facile secundus	287	Finitiuus	166
Falsus	54, 115, 116, 162	Finitiuus pro imperatiuo	
Fama	176	pag.	412
Familiaris	319	Fio	191
Familiaris subauditum,		Flagito	211, 215
pag.	320	Floccipendo	217
Famulus subauditum,		Floccifacio	216
pag.	320	Fluxus	54
		Fœcundus	

INDEX,

Fœcundus	168	Furor	206
Fœmininum genus	19	Furor à te	214
Fœneror	208	Futurum quid	31
Fœtus	168	Futurum exactum	31
Fors	79	Futurum exactum diuer-	
For san	79	forum modorum com-	
Forfitan	79	mune	32
Forfit	79	Futurum exactum quomo-	
Fortassis	79	do græci explicent	31
Fortasse	79	Futurum indicatiui pro	
Forte	80	imperatiuo	412
Forte fortuna	80	Futurum uerbum cum sic	
Fortiter	48	turo participio commo	
Fortuitu	80	dum	417
Fraudo	212		G
Fruor	208	GAudeo	190, 200,
Fraudes, uel simile ali-			216, & 240
quid subauditum	317	re	295
Fruiscor pro fruor	208	Gelat	194
Fuerit subauditum	336	Generaliter	78
Fugax	160	Generatim	78
Fugiens	161	Generis diuisio	18
Fugitans	161	Genera pronominum	24
Fulminat	194	Generum enallage	408
Funditus	80	Generum dignitas	368
Fundus	175	Genitiuus pro ablatuo,	
Fungor	193, 240	pag.	405
Furens	160	Gentile	



INDEX.

Gentile nomen	15	Habet me despectui	203
Gentilia pronomina	24	Hactenus	74
Gerundi modus	33	Herentia subaudiri	340
Gerundi ratio	47	Hereo	198
Gerundiorum constru-		Haud	76
ctio	168	Hei	81, 29
Gesticulor	207	Hellenismos	422
Gignendi casus	20	Hercle	77
Glorior	208	Heri	269
Gnarus	163	Hesternus pro pridia-	
Gnarus pro sciens	98	nus	110
Gradior	207	Heu	76, 81, 242
Græcus	319	Heus	76
Grammaticus	319	Hic	91, 182, 184
Grammaticæ utilitas	4	Hic redundatur.	390
Grandinat	321	Hic amplius	83
Grassor	207	Hoc	91
In gratiam	204	Hoc dico subautitū	333
Gratificor	206, 211	334	
Gratulor	207 & 208	Hoc minus	98
Grator	208	Hoc magis	ibidē
Gratus	165	Hoc amplius	83
Grauar	241	Hoc est	79
Grex centenarius	16	Hoc pro partim	433
Grocini laus	32	Hoi	81
		Homo subauditum.	319
H		Homo aliquando supera	
HA ha he	82	bundatur	388
Habito	241		
		Homi-	

INDEX

Homines subauditum	319	Ibi pro tunc	116
Horrendum pro horrendum		Idcirco	86
de	93	Idem	308
Horrentia Martis arma,		Idē omnibus personis iū	
	115	gi debet	23
Hortandi aduerbia	77	Idem pro etiam	90
Hortandi aduerbia omnia		Pronomen pro aduerbia,	
imperatiuos poscūt			91
	281	Ideo	86
Hortor	193	Ideoq; ibidem	
Hortor	211	Id est	79
Hui	82	Igitur	86, 297, 313
Humanitus	80	Ignarus	163
Humi	229	Ignotus	54, 115, 116
Hyemat	194	Illabor	226
Hyperbaton	369, 314	Ille	91, 179, 182, 184
Hypoteticus modus	33,	Ille relatiuum redundans	
26, 44,		tur	389
Hypozeugma	361	Illius	180
Hystero-logia	399	Illudo	242
ὕστερον πρότερον	399	Imagimor	206
I		Imago mea	176
Iacco	293	Induo	212
Iam	77	Immemor	164
Iamdudum.	279	Immineo	225
Iam olim	ibidem	Imminet	198
Iampridem	ibidem	Imò	78
Iam primum	75	Impar	166
			113



INDEX.

Impartio	212	Imprimis	79, 75
Impavidus	160	Imprudens	164
Impendet	198	In	221, 227, 272
Impendio	79	Insubauditum	342
Impense	ibidem	In pro ablatiuo subijci=	
Imperandi modus	33	tur accusatiuus	436
Imperatiuus	44	In pro contra	273
Imperatiuus modus quid		In pro cum	ibidem
	34	In pro erga	ibidem
Imperatiuus pro futuro		In uaria constructio,	
indicatiui	412		272
Imperatiuus pro optati=		In accusatiuus	20
uo	413	Inanis	163
Imperatiuus futurum de		In ans	161
esse	34	In ax	160
Imperfectum pro plus=		Incedo	225
quamperfecto	415	Incertus	163
Imperitus	163	Incessit	241
Impero	190, 210, 189	Inchoatiua uerba	29
Impertio & impertior,		Incido in es & ere,	
	243		241
Impleo	243	Incipio	188
Impono	222, 225	Incipit	235
Impono tibi, pro decipio,		Includo	222, 225
	250	Incommodis	167
Inpono tibi, & in te ali=		Inconsideratus	115
quid, pro super pono		Incumbo	198, 226
uel do	250	Incumbo pro inhæreo &	
		ini	

# INDEX

innitor	251	Indulgentissimus	115
Incumbo accusatiuo cum		Induo	211
in, pro uiolenter incido		Ineptus	167
uel irruo	ibidē.	Infandum	93
Incumbo accusatiuo cum		Inferius	96
præpositione, ad, pro		Infra	● 196, 271
obnixè operam do,		Inficior	207
uel impense me compa-		Infigo	227
ro	ibidem	Infinita nomina quæ ex	
Incumbo cum pericula,		simplicibus interroga-	
in, tam in bonam quam		tuiis fiunt	17
in malam partem sumi		Infinita subiuncta	13
tur	ibidem	Infinitum uerbum	33
Incusso	209	Infinitus modus	45
Inde	75	Infinitiuus modus quid,	
Indefinitum uerbum	33		42
In detrimentum	216	Infinitiuus modus pro	
Indicatiuus quid	33	præterito imperfecto fī	
Indico	188, 211	nitui	413
In diem	74	Infiniti duplex transitio,	
Indies	324		264
Indigeo	200	Infiniti sensum	10
Indignus	167, 168	Infiniti uerborū modi no-	
Indoctus	162	minū uim habent	ibidē
Indicatiuus	44	Ingratiam	216
Indico	222	Ingredior	207
Induitur togam	215	In horas	324
Indulgentior	115	In horam	74
		In	



INDEX.

In idus	160	Integer	361
Inijcio	222	Intentiōis aduerbia	283
In labras	324	Interdico	243
Inimicus	166	Interdico pro obfisto uel	
In modios	324	obfsto	ibidem
Inops	163	Interea	278
Io	81	Interest	173, 218
Iocor.	207	ô	82
In paucis	285	Interest genitiuo menfu-	
In primis	285	ra uel pretij iungitur,	
Infcius	161	252	
Inferuio	198	Interest accusatiuo cum	
Infideo	226	ad iunctum	ibidem
Infideor	208	Interest, absolute positum	
Infileo	226	ibidem	
Infimulo	207	Interest pro in re est, uel	
Infifto	226	utile est, genitiuo rei a	
Infolens	163	nimate	251
In fpem uenio	114	Interest ablatiio cū præ-	
Inftituo	188	positione in	252
Infto	198	Interest datiuo iunctū pro	
Inftuuo	212	differt	252
Inftulto	242	Interest accusatiuo, cum	
Inftum	226	præpositione fine inter	
Inftumma	226	iunctum	252
In ftumma	75	Interest accusatiuo cū, in	
Inftuper	83, 278	ter, pro differentia est	
Inftus	162		252
Inftantum	79	Inter	

## INDEX

Interest cū genitiuo	252	Inuado	223,242
Interest ab inter & sum,		Inuenerit pro inueniet	31
cum præsens esse signi-		Inueteratus	115
cat, datiuo	252	Inuicem	75
Interest pro interponi ab		Inuidco	242
solutè	252	Inuidus	160
Interest accusatio cum		Inuigilo	198
præpositione	252	Inutilis	167
Inter	63,223,271	Ipsè	179
Inter paucos	285	Ipsè epitagmaticon	390
Inter primos	285	Ipsè trium personarū pro	
Interiectio quid	81	nomen	22
Interiectionū species	81	Ipsius	180,176
Interiectionum constru-		Irascor	208
ctio	291	Ire uel aliquid simile sub	
Interpreter	193	auditum	338
Interrogandi casus	210	Is	179,182,184
Interrogo à te	215	Is pro talis	98
Interrogatiuū quid	12	Is redundatur	390
Interrogatiuū duplex	13	Is subintelligitur	326
Interrogatiua	12,76	Is subauditum	329
Interrogatiua interdū ni		Is pro talis & tantus	110
hil quærunt	13	Iste	182,284
Interim pro aliquādo	117	Ita	77,80,287
In totum	78	Ita pro ualde	118
Intra	63,232,271	Ita desideratum	345
Intro	83,223	Itaq;	86
Intus	83	Italus	319

G      Item



INDEX

Item	82, 307	Lator	190, 208, 216
Itemq;	82	Lapidat	194
Item pro sic	103	Lapsus	162
Iter	317	Largior	193
Itidem	80, 287	Largus	164
Itum est	196	Lassus	168
Itur	195	Latinus casus	21
Iubeo	189, 190, 244	Latus	167
Iucundus	165	Legibilis	166
Iudico	188	Leno	212
Iurandi aduerbia	77	Lenocinor	208
Iurandi aduerbia quibus modis conueniant	281	Libens	93
Iuratus	115	Liber	164, 310
In ius	161	Liberalis	164
Iusit pro decreuit	244	Libero	212
Iustus	319	Libet	200
Iuuat	190	Lubitum	46
Iuxta	67, 100, 217,	Liceo	191
	307	Licebit	93
		Licet	77, 86, 93, 200,
			313
<b>L</b>		Licitum	46
LABOR	207	Lignor	207
Laboro de ijs, pro so-		Liquefacio	188
licitus uel anxius sum		Liquet	201
uel curo	252	Litera subauditum	316
Laboro ex hoc, pro eger		Locale nomen	15
sum	252	Localia duplicia	73
Lachrymor	607		
		Locis	

INDEX

Locuples	168	Magnum stridens	89
Lod. Viuis laus	95	Male	79, 117
Logicalia parua	5	Malefacio	198
Longe	79, 277	Malefit	199
Longe aliter	286	Malo	188
Longe secus	286	Maledico	198
Longe pro ualde compa-		Manapij	319
ratiuis iungi et superla		Mandatiuus modus	35
tiuis	286	Mando	190
Longissime	78	Maneo datiuo	253
Longus	167	Maneo accusatiuo	253
Loquor	211, 244	Manco ablatiuo	252
Loqui omiffum	237	Masculinum genus	18
Lucri	216	Masculinũ pro neutro,	
Lucror	206	pagina	408
Lucrifacio	216	Masculinum pro fœmini	
Luctor	207	no	408
Ludo	244	Materiale	15
Lux subauditum	320	Maturus	164
M		Maxime	78, 79
Maceratum subaudi-		Maximus	219
tum	340	Mehercules	77
Madidũ subauditum	340	Meatim	30
Magis	79	Mea	230
Magnopere	79	Mecum	80
Magnus	218, 219	Medeor	208
Magnus	219	Medicor	208
		G 2	Medici-



INDEX,

Medicina	318	Minister subauditū	318,
Medius	134	Minitor	208
Medius filius	77	Minor	208
Mei	175	Minoris	217
Melius	220	Minus	79,95
Memor	164	Minus quam	285
Memoria	176	Minutus redundatur	388
Memoria ediscendis exer		Mirror	244
cenda	52	Mis	175
Mens	175	Misceo	244
Mensis subauditum	320	Miser	164
Mentiri pro dicere	121	Mesercor	245
Meridior	207	Misereatur	234
Mesozeugma	361	Miseret	233
Metathesis	402	Misereficit	233
Metor	206	Misericordia	233
Metuens	161	Misertum est	234
Metum capio	114	Missum facio	114
Metuo te & á te, pro ti=		Mitto	211
meo	233	Moderor	208
Metuo tibi, id est, in om=		Moderor	245
modū uel utilitatē tuā,		Modus quid	33
uel sollicitus sū de te	253	Modi quatuor	43
Milicia	229	Modorum solutio in infi=	
Mille	157	nitium	43
Minimus	219	Modorum diuisio	33
Minime	78,79,296	Modorū enallage	412
Minimum	78,133	Modicum	78
		Modo	

INDEX

Modo pro tantum	118	Natū est subauditū	237
Modo	78	Nauci	216
Modo non	79	Navis subauditum	316
Molior	207	Nausco	193
Monco	190, 211	Ne	76, 77, 84
Morini	319	Ne omiſſum	351
Moror	193	Ne pro non	118
Mouendo	263	Nedum	289, 290
Mulcto	210	Ne cōſtructio uaria	280
Multo	140	Ne subauditum	353
Multo aliter	282	Ne pro non poſitū	281
Multum	133, 175	Ne dicam	305
Multum	282	Ne pro an	312
Multifariam	76	Nec	83, 296
Munero ſiue mūcror	212	Necne	86
Multo ante	282	Necessarius	319
Mutatus	216	Nedum	78
N		Negandi aduerbia	76
Næ cum diphthongon,		Negationē uarijs modis	
pagina	77	abundare	393
Nactus	162	Negligens	161
Nam	84, 87, 297	Nego	188
Nam pro autem	119	Nempe	77
Namq;	84	Neq;	73
Nanciſcor	206	Nequaquam	76
Nanq;	213	Neq; pro & non	119
Nascor	207	Neq; geminata	294
Natus	262	Nequicquam pro nō	117



INDEX.

Nescius	161	Nomen quid	8, 9
Neu	83	Nomē pro adueccio	437
Neue	83	Nomē p̄ interiectione	90
Neuter	210, 150	Nomē p̄ propositione	89
Neutrum quid	29	Nomē cum præpositione	
Neutrum genus	19	Nominis diuisio	8 (324)
Neutrū p̄ fœminino	409	Nomina in datiuum	165
Neutorū cōstructio	193	Nomina i accusatiuū	167
Neutra in datiuum	198	Nomina in ablatiuū	168
Neutralia passiua	28	Nominum uice quæ po-	
Neutto passiua uerba	46	nantur	21
Ni	84	Nominū q̄ habeāt uim	10
Ni & nisi	303	Nominū uariae species	8
Nictor	207	Nominatiuus pro accusa-	
Nihil	134, 175, 219	tiuo	433
Nibili	216	Nominatiuū pro uocati-	
Nibilifacio	216	uo	404
Nimirum	77	Nominatiuū 3 casus	20
Nimius	219	Nominatiuus pro geniti-	
Ningit	194, 321	uo	404
Nisi	84, 293, 313	Nominatim	78
Nisi pro sed	433	Non	76
Nisi pro quàm	119	Non cōstructio uaria	280
Nitor	245	Non donat penuria	216
Nix	321	Non prodit pudore	216
Nobiscum	80	Non modo	78, 289
Nocco	198	Non solum	78, 289,
Nolo	188		345
		Non	

INDEX

Non solum	345	Nummus, subauditum,	
Non tantum	78,289	pag.	316
Non opus est nostræ	323	Nuncio	210
Non duntaxat	117	Nuncius	161
Non subauditum	346	Nunquid	86
Nostr	175	Nusquam	277
Nostratim	80		
Nostræ	230		
Nostr	III,176	O	77,81,292
Nostrum	175	Ob	63, 271
Nubo	112	Obedio	198
Nugor	207	Obijcio	211
Nouissime	75	oblector	212
Nullus	210	Obliqui	20
Nullus pro non	90	Obliuiscor	245
Nullus subintelligitur		Obnoxius	161
Num	86 (325)	obsecro	211
Numerale nomen	15	Obseruans	161
Numeralia	74	Obsequor	208
Numeralia ad pōdus uel		Obsisto	198
numcrum	16	Obsonor	207
Numeralia in ius	16	Obsto	198
Numeralium constructio		Obsum	198
Numerus	21 (152)	Obstrepo	198
Numerus duplex	45	Obtempero	198
Numerus pro rytmo	117	Obtrecto	245
Numerorum enallage,		Occumbo	245
pag.	410	G 4	Occur



INDEX

Occurro	198	Operior	206
Oculus	175	Opinor	190, 207
Olaus casus	20	Oppido quam	285
Ocyus	74	Oppido perquam	285
Officiū subauditum	320	Oppono	211
Officio	198	Oportet	191, 335
Oh	81	Optandi aduerbia	77
Oleo	246	Optandi modus	33
Olim pro aliquando	117	Optandi aduerbia optati	
Ominor	190	uis iunguntur	282
Omne uerbū in datiuum		Optandi modus	36
ferri posse eius perso-		Optatiuus modus	44
ne, in cuius gratiam uel		Subiunctiuus modus	44
detrimentum actio uer-		Optato	89
bi cedit	230	Opto	189
Omne uerborum genus		Opus esse datiuo cū abla-	
ablatiuum sibi subijcere		tiuio sub præpositiōe, in,	
posse eius rei, quæ præ-		pag	253
tij rationem obtinet	226	Opus esse ablatiuo et ac-	
Omne uerborum genus		cusatiuo cum præposi-	
ablatiuo iūgi posse eius		tiōe, ad, datiuo loco	253
rei quæ instrumenti ra-		Opus esse ablatiuo tan-	
tionem obtinet	216	tum	253
Omnis	17, 147	Opus esse, pro carere uel	
Omnium	177	indigere, ablatiuo et da-	
Omnino	75, 78, & 79	tiuio	253
Onero	212	Opus esse aliquando pro	
Oneratus	162	necessarius accipitur et	

Post

INDEX

post uerbum intelligitur	Paratus decernere	259
alio nominatiuo uel acti	Parco	198
uo numerum uerbo con	Parco ꝑ remitto cōdono	
ferente	253 uel ignosco datiuo	253
Orationis partes octo	3 Parco pro abstineo	253
Oratum uelim	114 Parco accusatiuo & da-	
Orbus	168 tiuo pro seruo	254
Ordinale nomen	15 Parcus	164
Ordinalia	153 (154 Parcelcon	314
Ordinalia sine copulatiō	Parentthesis	400
Ordinalia ꝑ cardinalibus	Par	166,308
Ordinis aduerbia	75(108 Partes subauditum	317
Orior	207 Parisij	319
Ornotiuus	14 Pariter	78,307
Oro	211,215,312 Paro	188
Oromansari	319 Pars	175
Ortus	261 Parum	76,78,219
Ortum est subauditū	237 Particeps	164
Osculor	193 Participiale	9
Osi	77 Participiale in dum	57
Ostendo	188 &	38
Otiōr	207 Participiale uerbum	53
	P Participiale nomen pro	
<b>P</b>	interiectione	93
<b>P</b> Ape	81 Participiale nomen per	
Palam	100,271 dus finitum	267
Palleo	193 Participialia in dum com	
Pallesco	193 (208 mode per oportet et acti	
Palpo et palpior	246, &	
	G 5	uum



INDEX

uum infinitum interpre-	Partitiui generis constru-
tari 58	ctio 141
Participo 212	Partim pro quidam 94
Participium quid 45	Amplius 94
Participium presens pas-	Paruus 218, 219, 388
siuorum 46	Paruus redundatur 388
Participiū nōnunquā in	Passuum quid 28
structura redundari 391	Passiū Pro actio 113
Participiū pro uerbo 99	Passuum participiū pro
Participium pronōmine	passuo 116
pag. 99	Passiua pro actiuis 115
Participium pro aduer-	Passiua neutralia 28
bio 93	Passiuorū constructio 191
Participij genus triplex	Passiuorū triplex ordo 28
pag. 45	Passiuorum tertium ge-
Participiorum eclipsis,	nus 196
pag. 338	Passiuorum quæ naturam
Participiorū tēpora 45	mutantur 191
Participiorū passiuorum	Passus sub auditum 319
Constructio 265	Patet 201, 299
Participiorum & indica-	Patiens 161
tiuorum uaria constru-	Patrius casus 20
ctio 259, & 260	Patrium nomen 15
Particulare nomen 17	Paucorum 177
Particularia infinita 18,	Paulatim 79
Partitiuū nomē 16 (et 140)	Poulo 104
Partitiuam pro numerali	Paulo clam 283
pag. 108	Paulo

INDEX

Paulo post	282	perfecto	415
Paulo secus	282	Perfecti uox duplex in	
Paulum	219, 282	passiuus	30
Paululus	219	Perfodiendo	263
Paululum	78, 133	Pergo	193
Paululum	282	Pergo accusatio p præ	
Pauper	164	terco	254
Pauxillum	219	Pergo infinito iuctu	254
Pecunia subauditum	318	Pergræcor	207
Pedetentim	79	Perhibendi aduerbia	77
Peius	79, 117, 220	Perinde	307
Pello	227	Perinde pro ualde	118
Pellus subauditum	327	Periculosus	165
Pendo	219	Periuis	164
Penè	79	Perlabor	228
Penes	64, 271	Permitto	190
Penetrabilis	166	Permissiuus modus	34, &
Penitus	79	Perosus	261 (44)
Pepigi tibi & tecum, pro		Perquam	79, 289
pactum feci, & uel pa-		Perseuero	193
cto promisi	254	Persona quid	123
Per	64, 271	Persona duplex	24
Per, uaria significat	283	Personæ tres	45
Per redundari	392	Personarū enallage	411
Per tēpora uariatio	377	Pertædet	234
Percontor	211, 206, 215	Pertæsus	246, 261
Percurro	195	Pertinax	160
Perfectum pro plusquam		Pes	



INDEX

pes	175	Plus	95, 217, 219
Pessime	79	Pluris	218
Peto	211, 215	Plures	105
Peto á te ueniam	215	plurium	177
Piget	23	Plus millies audiui	96
In pignus	203	Plusquamperfectum quid	
Pili	216	pag	31
Pilifacio	217	Pluuia	321
Pistrina	318	Poetor	207
Placeo	198	Pœnitentia	233
Placeo obsequio	216	Pœnitet	ibidem
Placui illis obsequio	216	Pœnitet pro tedet	234
Placet	200	Pœnitet pro parum est,	
Placetur	196	uel uidetur	ibidem
Placitum	46	Pol	77
Plane	77	Polliceor	211
Plenus	168	In pondus liquidie men-	
Pleonasmos	314, 387	suram constructio	220
Pleonasmos appellatiuo-		Pone	271
rum	387	Pone	100
Pleonasmi Græci	431	Pone sequens	ibidem
Plinij locus	154	Populi subauditum	319
Pluit	194, 321	Porro	84
Pluralis numerus	21	Porrigitur	199
Pluralis numeri quæ uim		Post 66, 100, 271, 232,	
obtinent	ibidem		283
Pluralis pro singulari	411	Post uiuo, uitam subintela	
Plurimus	70, 175	lige	323
		Post	

INDEX

Post hominum memori- am	66	Potentialis modi exempla per singula tempora	39
Post ea tempora	ibidem	Postetas	179
Post illa	ibidem	Potest	235
Posthabeo	286	Potior	208, 246
Postcurro, cursus subau- ditur	323	Potissimum	78
Post subauditum	344	Potius	ibidem
Post omissum	342	Præ	72, 100, 271
Postea	66	Præfatus	184
Postquam	85, 304	Præfectus	162
Posco	211, 215	Præfert	90
Possessiuum nomen	15	Prædictus	184
Possessiuum pro primiti- uo	112	Prædiū subauditum	317
Possessiuæ pronomina	24	Præditus	168
Possessiuæ subaudita	329	præceps	164
Possum	198	Præceptorum quorundā negligentia	4
Postremo	75	Præcipio	210
Postremus	134	Præcipuus	286
Posterior	105	Præire	246
Postridie	94, 278	Præiudatus	184
Postulo	190, 211	Præliox	207
Postulo	215	Prænitico	198
Postulo pro accuso ibidē		Prænomen	9
Potens	161	Præpono	211
Potens sub auditur	339	Præpositio quid	59
Potentialis modus	38	Præpositio pro coniuncti one	101
		Præpo-	



INDEX

Præposit. p aduerbio	99	Præsto uitium pro eo quod	
Præpositio pro aduerbio		est, prohibere ne cui ex	
pag.	94	uitio rei accepta fiat	
In præpositione cum suo		damnum	154
casu constructio	220	Præsto hæc pro cõfero ib.	
Præpositiones quod nume		Præsto me talem pro ex	
ro	60	hibeo uel præbeo ibidẽ	
Præpositiones utriusq; ca		Præstat cæteris et ceteros	
sus	272	pro præualet ibid.	
Præpositiones accusatiui		Præstat, pro melius est, ab	
& ablatiui	271	solute positum ibidem	
Præpositionum eclipsis,		Præter	65, 271
pag.	341	Præter pro præteritũ	101
Præpositionum constru-		Præter cæteros	285
ctio	271	Præterquam	293
Præpositionum pleonas-		Præterea	82, 313
mos	391	Præterea pro præter	98
Præsciũs	161	Præteritum perfectũ pro	
Præsens pro imperfecto		imperfecto	ibidem
& perfecto	414	Præteritum pro futuro	
Præsens pro futuro in-		pag.	415
fnitis	415	Præteritum imperfectum	
Præsideo	198	triplex	30
Præstans	161	Præteriti imperfecti &	
Præsto	198, 212, 246,	plusquãperfecti in potẽ	
	286, 307	tiali modo pprietas	42
Præsto absolute pro caue		Præualco	198, 307
ri & prohiberi	254	Præuaricor	207
		Præcor	

INDEX,

Precor	211	Prolepsis	314, 385
Premor onero	216	Prolepsin per omnia	
Pridie	94, 134	quæ generale in par-	
Pridie	278	tes diducunt fieri	386
Primus	286	Promissiuus modus	31
Primus pro prior	106	Promitto	218
Primum	74, 75	Pronomen quid	22
Princeps	286	Pronomen pro coniuncti-	
Principale	18	one	90 et 91
Priuo	212	Pronomen infinitum	26
Privatim	78	Pronomen demonstrati-	
Priusquam	85	uum	13
Priusquam constructio		Pronomen loco nominis	
pag.	305	pag.	98
Pro	71, 271	Pronomen infinitum cui	
Pro subauditū	342, 344	dicatur	26
Probo	112	Pronomina patria	24
Procul	27, 67, 278	Pronomina cum prepo-	
Profecto	77	sitione repetita, subintel-	
Proficiscor	207	gi	328
Profundus	167, 115, 162	Demonstratiua pronomi-	
Prognatus	261	na	22
Progradior	207	Pronominū eclipsis	326
Proh	82, 292	Pronominum constru-	
Proh nefas	82	ctio	173
Prohibeo	211	Pronominū reciprocatio	
Proinde	86	pag.	178
		Pronominale	9
		Pro	



INDEX

Pronuntiatiuus modus	33	Pseudulo	89
Prope	100,271	Pudor	233
Propemodum	79	Pudet	233
Prophetor	207	Puduit	234
Propinquus	166	Puditum est	ibidem
Propinq	198	Pulchrè	78
Proprium quid	9	Pulsus est, uel exulat in	uidia
Propriũ p adiectiuo	103		216
Propria pro suis possessi		Puto	188,190,219,334
uis	103		
Propriorum species	9		
Proprius	166	Q	
Propterea	84,86	QVA	73,91
Propter	65,271	Qua pro quacumq;	117
Propter subauditum	342	Qua breue redundari,	
Prorsus	77,79	pag.	392
Prosequor	212	Qua longum redundari	
Prosper	164	pag.	ibidem
Prospiciens	161	Qualis pro qualiter	437
Prospicio	298	Quam	76,79,86,293
Protinus	102	Quam aduerbium	283
Prouidus	160	Quamprimum	74
Prouocabulum	26	Quam uaria constructio	
Per prouocabulum uaria		pag.	306,307,284
tis	377	Quamuis	86
Prouocabula	13	Quamobrè	76,186,297
Prudens	164	Quam cum adiuncto ali-	
Prudēs pro prouidēs	98	quo	355
		Quam pro quantum	94
		Quamdiu	

INDEX.

Quamdudum	73	Que	312
Quamdiu	85	Que pro etiam	118
Quam electiua deest	355	Queror	206
Quampridem	73	Quemadmodum	76, 288
Quam pro quantum po-		Quia	85
sitiuis iungitur siue infi-		Qui	26, 319
nite legatur	284	Qui subauditur	329
Quamuis	313	Qui pro qualis uel quan-	
Quamdiu	231, 73	tus	110
Quando	73, 85, 231	Qui pro ut	85
Quanquam	86, 298, 313	Quicumq;	147
Quantitatis aduerbia ge-		Quicumq; pro quiuis	109
nitiuos post se recipere		Quicquid	147
pagina	282	Quid	10
Quantilibet	217	Quid ita	76
Quanticunq;	217	Quid istuc	77
Quantiuis	217	Quid ni	77
Quantus	14, 218	Quid pro quorsum	90
Quanti	317	Quid am	17
Quantum	76, 79, 134	Quidam pro aliquis	109
	284	Quidem	84, 313
Quantum ad illud subin-		Quilibet	18
tellectum	329	Quin	76, 84
Quare	76, 89, 297	Quinam	76
Quasi	80, 287	Quinetiam	82
Quatenus	85	Q. Cicero erat breuis sta-	
Que	26	turae, pro eo quod est, ho-	
Quero	215	mo breuis stature	323
		H	Quippe



INDEX.

Quippe	84,296	Quò	73
Quis	149,314	Quo pro ut	85
Quis relatiuum	13	Quoad	85
Quis pro aliquis	109	Quoniam	85,313
Quispiam	17	Quousq;	73
Quisquam	17,147	Quocirca	86
Quisquã pro quiuis	109	Quo pro quia	84,91
Quisquã p collectiuo	109	Quo pro in quæ	97
Quisquis	147	Quo minus	98
Quisq;	324	Quo pro quanto	110
Quiuis	18	Quo magis	98
Quod	10,26	Quomodo	76,288
Quòd	84,85	Quoq; pro etiam	118
Quod subauditum	337	Quo pro quanto	98
Quod causalis constru-		Quoq;	313
ctio	306	Quoq; pro similiter	118
Quod pro post quod, aut		Quorsum	73
quare	17,86	Quot	14
Quodcunq;	100	Quoteni	14
Quod dico subintellectũ,		Quoteni pro quot apud	
pagina	334	Ciceronem	13
Quod cum s <u>u</u> el nisi	84	Quotennis	14
Quod pro quia	84,91	Quoties	73
Quod subauditum	353	Quotus	14,148
Quod pro in quo	93	Quotuplus	13,78
Quod pro cur	91	Quotuplex	13,14
Quod pro quamdiu	280	Quum	79,85,313
Quod εἰς ἰνόη	311	Quum pro postquam	109
		Ratio	

INDEX

R	Relatiua que	183	
<b>R</b> Atiocinor	207	Relatiua subintellecta	329
Rationis reddituæ cō		Reliquum	175
iunctiones	84	Remitto	211
Radicitus	80	Rempubicam sine sapien	
Rapax	160	tia literarū administra	
Recens pro recenter	89	ri non posse	7
Recipio me ad urbem, uel		Renascor	207
ad meos, uel in castra,		Renuncio accusatio per	
uel proximo castello,		se pro declaro	255
alibi pro fero, alibi pro		Renuntio datiuo per se,	
colloco	254	pro recusato uel renuo,	
Reciprocum	23, 24	pagina	255
Reciprocum possessiuum		Renuntio datiuo & accu	
pro relatiuo	III	satiuo, pro aperte men	
Reciprocum primitiuum		tio & ostendo	255
pro relatiuo	III	Reor	206, 207
Reclamatum est	196	Repente	74
Reclamo	198	Derepente	271
Recordor	247	Repertæsum est	234
Rectus	20	Reposco	211
Redditiuum	14	Representato	90
Reddo	210	Repugno	198
Refert	173, 206, 218, 219	Rescribo	211
Refertio	247	Respondeo	335
Refragor	208	Respondet absolute posi	
Rei nō peractæ aduerbia		tum pro offert uel osten	
Relatiuū nomē	26 (284)	dit se, uel obijcitur	255
		H 2	Respon



INDEX

Rospondēdi aduerbia	76	Sane quānē	285
Respondere pro dicere		Sanus	164
quod rogatur, & pro		Sapio absolute legitur,	
consentire, & parē esse		quasi sapiens uel intelli-	
datiuo uel accusatiuo cū		gens sum	255
ad	255	Sapio transitiuē positum,	
Retransitio	178	pro intelligo.	256
Reuerentior	161	Sapit pro saporem habet	
Reuertor	207	uel representat	256
Reus	164	Sapienter	78
Rhetoricor	207	Satis	94
Rixor	207	Sepono	212, 227
Rogo	211, 215	Satisfacio	196, 247
Rogas, uel simile suban-		Satisfit	199
ditum	336	Satis habeo	269
Rorat	194	Satius	78
Ructo	193	Satur	164
Rudis	164	Saturo	247
Rus	228	Satus	261
Ruri esse non rure dicen		Scilicet	77
dum	230	Scio	188
Rusticor	207	Sciscitor	215
	S	Sciturus subauditur	340
Sagax	160	Scitus	54, 115
Saltem	87	Scribo	211
Per saltem uariatio	377	Scriptura subauditur	
Saluatorius casus	21	Scortor	207 (339)
Sanē	77	Se geminatum	389
		Secum	

## INDEX

Secum	80	Scu	84
Secundo loco pro deinde,		Sextus casus	21
pagina	93	Si •	77, 81, 300, 313
Secundum	66, 100, 271	Si aliter subauditum	354
Securus	164	Si pro an poni	432
Secus	28, 78, 271, 286	Si subauditum	353
	307	Si non subauditum	354
Sed	84	Sifi	77
Sed enim	84, 87	Sibula pro sibilantia	98
Sed &	82	Sic	77, 79, 287
Sed pro imò	103	Sic pro tunc	116
Sed tamen	86	Sicut	80, 287
Sedulo	89	Sicuti quidem	84
Se gregatim	78	Autem	84
Sensim	79	Signa dedit	114
Sentio	188	Similis	166, 308
Seorsum	78	Similiter	307
Sermo subauditum	318	Similitudinis adverb. con	
Sermocinator	207	structio	287
Serpens	54	Simul	78, 83
Seruans	161	Simul redundari	392
Seruitur	198	Simul pro postquam	102
Serus	164	Sine	271
Seruus subauditum	318	Singularis numerus	21
Sessio	321	Singularis pro plurali	
Sestertium centies	325	Singuli	224 (411
Sestertium decies	325	Simo	190
Sestertius subauditum	318	Siquidem	84, 313



INDEX.

Sis	93	Sto ablatiuo	276
Sistunt pro stant	112	Studeo	198
Sitiens	161	Studeo pro do oporā	257
Siue 79, 84, 85, 304		Statim	80
Siue pro si & uel	120	Sub	272
Sodes	77, 93	Subcontinuatiue	85
Socius	166	Subeo	247
Solet	235	Subiectiuū pronomen	23
Solius	176	Subijcio	211
Solicitus	164	Subito	74
Sollicitudo	176	Subiunctiuus quid	42
Solæcisimus	314	Subiunctiuus uel potentia	
Solum	78	lis pro indicatiuo	413
Solummodo	78	Subiunctiuus pro impera	
Speciatim	78	tiuo	413
Spektātia subaudiri	340	Subiungendi modus	33
Spator	207	Sublime uolat	89
Spernax	160	Submitto	211
Spero	190	Subter	100, 272
Spolior	212	Subter constructio	279
Spolior à te ueste	215	Subuenio	198
Spondeo	211	Suadeo	189
Stat	202	Succenseo	198
Stat sententia	114	Succurro	198
Statur	195	Sufficio accusatiuo duntia	
Statim	102	xat pro substitiuo	256
Sterilis	164	Sufficio cū accusatiuo ad	
Stipulor	193	iectā præpositione	256
		Suffici	

## INDEX

Sufficio datiuo & accu=	Supereffe pro uincere,
fatiuo pro subministro	pag. 256
pag. 256	Superior 105
Sufficio pro satis sum da=	Superius 96
tiuo 256	Superlatiui aduerbij con=
Sufficio cum infinito mo=	structio ● 283
do 256	Superlatiua 18
Sufficit 201	Superlatiua subinde abso=
Sufficiens subauditur 339	luté legi 105
Supragor 208	Superlatiuorum constru=
Sui 84, 175, 178	ctio 149, & 151
Sultis 77.93	Supero 286
Sum desideratum 330	Super omnes 285
Sum auxilio 256	Super sedco 200
Commoueo 227	Superstes 164
Summus 134	Supina 29
Super 150	Supplex tibi 165
Super constructio 275	Supra 67, 96, 271, 306
Superq; 82	Suspensiuæ coniunctiones
Supereffe pro abunde ef=	Suspensus 162 (83)
se uel abundare absolu=	Suspitor ● 190
te 256	Sutrina ● 318
Supereffe pro adesse 256	Suus 175, 180
Supereffe pro durare,	Suus pro proprius 98
pag. 256	Syllepsis 314, 353, 366
Super esse pro reliquam	Syllepsis per casus 370
esse uel restare, datiuo	Syllepsis à Diomede, quo
pag. 256	modo diffiniatur 359



INDEX

Syllepsis quando fiat	366	Tamen	86, 313
Syllepsis per numeros,		Ante tamen, quamuis	
pag.	368, 370	subauditum	356
Syllepsis per partes	377	Tametsi	86, 298
Syllepsis per personam		Tandem	75
& commune singulare		Tanquam	80, 287
pag.	367	Tanquam pro sic	117
Syllepsis per personas &		Tanta quanta	150
commune plurale	369	Tantæ molis erat	15
Per insignia aduerbium		Tanti	217
Syllepsin fieri	376	Tanti aestimo	14
Symbamata	33	Tanti perire potuisti	218
Synkategoremata	12, 33	Tantidem	217, 218
&	123	Tantisper	47
Synchysis	314, 400	Tantiuis	217
Synechdoche	316	Tanto constant	217
Synezeugmenon	388	Tanto pessimus	170
	T.	Tantum	79, 78, 133
<b>T</b> Aberna subauditū	318	Tantum quantum	150
Tacitus	54, 115	Tantummodo	78
Tædet	233	Tantum non	79
Tæditum	233	Tantus	218
Talis subauditur	326	Taurum	338
Talis qualis	361	Tete	389
Tam	79	Tecum	80
Tam pro ualde	118	Tenuissimæ accepta	21
Tam & quam uaria si-		Tenere	79
gnificant	288	Tena-	

INDEX

Temporo pro moderor	Tertiana	317
datiuum regit	198 Terunci	217
Temperius	74 Testificor	211
Templum subauditum,	Timentis interiectio	81
pag.	316 Timeo hunc	257
Tempus quid	30 Timidus	160
Temporis tres partes	30 Variorum temporum	
Tempus subauditum	320 connexio	311
Tēporis accusatiuus uel	To, tor, toto, non sunt su-	
ablatiuus	231 turi imperatiui uoces	35
Temporis aduerbia	73 Tollo	257
Temporis aduerbiū pro	Tonat	194, 321
aduerbio solitudinis	117 Toruum clamat	89
Tempora quomodo Gro	Tot	14
cius diuidat	32 Totidem	14
Temporū enallage	414 Totus	17
Temporum uariorū con-	Trans	271
nexio	311 Transgressiua uerba	46
Tenax	160 Transitiuum uerbū quid	
Tēdebat hic seus Achil-	pag.	30
les	317 Transitiuē omnibus iun-	
Tentoria subauditū	317 ctis commune	161
Tenus	272 Trepidus	160
Tenus constructio	277 Trifariam	76
Terentij locus	303 Triphonis error	25
Ternarius	16 Triste lupus stabulis	10
Ternis	107 Tristis pro similis tristi	
Terq; quaterq; beati	108 pag.	120

H Tristor



# INDEX

Tri <sup>or</sup>	207	Vah	79
Trium	176	Valde	285
Trómos	33	Valde quam	258
Truncor	206	Vale uiribus	99
Truncus	168	Vale dicto	258
Tu subintellectum	327	Valet tanti	258
Tuatim	80	Valet minimo	160
Tuae	230	Validus	165
Tum multiplicatum	82	Vanus	191
Tum uel tu supinorū con-		Vapulo	
structio	268	Varia per pronomen re-	
Tumultuor	207	latiuum	373
Tunc	278	Vbi	73, 277, 304
Turbatus pro similitur-		Vbinam	277
bato	121	Vbi pro postquam	102
In tus	162	Ve	312
Tuus	175	Ve dubitativa coniunctio	
Tui	175	nis uaria cōstructio	308
Tutus	54, 115	Vecors	165
V		Vel	48
Vaco pro do op <sup>am</sup>		Vel	87
pag.	258	Veh	291
Vaco culpa	258	Vel pro etiam	119
Vacat	201	Vel omiffum	351
Vacuo	212	Velitor	207
Vacuus	168	Velut	80
Vacuus frugum	169	Veluti	80
Vadens uifum	259	Veluti	287
		Verbale	

INDEX.

Verbale	9	uel puditum est	233
Veneror	193	Versor	207
Venor	206	Versus	271
Veneo	191	Vescor	208
Verberet hunc odio	216	Vesperascit	194
Verbum quid	26	Vester	175
Verbum subauditum	318	Vestri	III, 176
Verbum uel sensus pro ad uerbio	93	Vestrae	230
Verbum pro coniunctio= ne	93	Veto	210
Verbum pro nomine	98	Vestratim	80
Verbo quae accidant	30	Vestrum	175
Verborum idiomata	235	Via subauditum	316
Verborum tria genera, pag.	186	Vicinus	166
Verborum tria genera, pag.	26	Vicissim	75
Verborum eclipsis	330	Victus	162
Verecundor	207	Vide subauditum	330
Vereor	207	Vide sis	281
Vere ne ita est?	336	Visendus	166
Vero 84, 89, 294, 313		Viduo	212
Veruna	84	Viduus	168
Verum enim	84	Vile	220
Verum enimuero	84	Vilipendo	220
Verum ne est?	84	Villicor	207
Veritum est, pro puduit		Vilius	220
		Vinco	286
		Vindico	211
		Vino vitam miseram	323
		Vitua	



INDEX.

Vituperat inuidia	216	Vocatiuus	21
Vis	176	Vocatiuus pro nominati	
Viuo uitam	195	uo	404
Viuitur	195	Vocatiuus quibusdam &	
Vix	79	uniuersalibus & parti	
Vixi etatem	323	cularibus tum nomina	
Vlciscor	247	bus tum pronomini	
Vllus	17,146	non deesse uideri	25
Vls	62	Vociferor	207
Vltra	62,100,271	Volo	188,190
Vni	78	Volo subauditum	335
Vnde	73,76	Volens abire	259
Vnde uiginti	152	Voluntas uel propositum	
Vniuersale nomen	114	subauditum	317
Vniuersalia infinita	17	Vox quaelibet pro nomi	
Vniuersaliter	78	ne	97,12
Vniuersus	17	Vsq;	271, 378
Vniuersam	78	Vsq; cum prepositione	
Vnquam	146	pag.	100
Vnius	176	Vsque subauditum	346
Vnus subintelligere	325	Vsus	176
Vnusquisq;	324	Vt 77, 80, 85, 232, 384	
Vocabulum rei subintel		297, 313	
lectum per nominatiuū		Vt ut	94
interpretari	324	Vt pro utpote	84
Vocandi aduerbia	76	Vt ne	86
Vocandi aduerbia nomi		Vt subauditum	346, 357
num iūgiuocatiuis	282	Vt prostaticon	291
		Vt	





INDEX

VI	208	VI	208
VII	209	VII	209
VIII	210	VIII	210
IX	211	IX	211
X	212	X	212
XI	213	XI	213
XII	214	XII	214
XIII	215	XIII	215
XIV	216	XIV	216
XV	217	XV	217
XVI	218	XVI	218
XVII	219	XVII	219
XVIII	220	XVIII	220
XIX	221	XIX	221
XX	222	XX	222
XXI	223	XXI	223
XXII	224	XXII	224
XXIII	225	XXIII	225
XXIV	226	XXIV	226
XXV	227	XXV	227
XXVI	228	XXVI	228
XXVII	229	XXVII	229
XXVIII	230	XXVIII	230
XXIX	231	XXIX	231
XXX	232	XXX	232
XXXI	233	XXXI	233
XXXII	234	XXXII	234
XXXIII	235	XXXIII	235
XXXIV	236	XXXIV	236
XXXV	237	XXXV	237
XXXVI	238	XXXVI	238
XXXVII	239	XXXVII	239
XXXVIII	240	XXXVIII	240
XXXIX	241	XXXIX	241
XL	242	XL	242
XLI	243	XLI	243
XLII	244	XLII	244
XLIII	245	XLIII	245
XLIV	246	XLIV	246
XLV	247	XLV	247
XLVI	248	XLVI	248
XLVII	249	XLVII	249
XLVIII	250	XLVIII	250
XLIX	251	XLIX	251
L	252	L	252

PLATE

PLATE I  
 Plate I. In the center of the page is a large, faint illustration of a landscape or architectural scene. The drawing is very light and appears to be a watermark or a very faded print. It shows a central structure, possibly a tower or a church, surrounded by a landscape with trees and a body of water. The details are difficult to discern due to the fading.































